

21 a

11

B... ...ia
Data A
2
351

N° 1
16-251

Del Mauro Fuster

R. 1962

SERMONES IN PARABOLAS EVANGELICAS TOTIVS ANNI:

AVCTORE R. P. ALPHONSO
Salmerone Toletano, Societatis
IESV Theologo,

Nunc primum in lucem editi, adiecta Auctoris Vita,
& INDICIBVS copiosissimis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PETRI BELLERI.
Anno Sæculari sacro.
M. D. C.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

R. PATRI CLAVDIO AQVAEVIVAE, PRAEPOSITO Generali Societatis IESV, Bartholomæus Perez, eiuſdem Societatis Theologus, ac minimus filius, eam, quæ in Chriſto eſt, precàtur felicitatem.

ALPHONSI Salmeronis opera, pietatis iuxta atq; doctrinæ plena, incredibili cura, & infinito propè ſtudio quondam elaborata, & ingenio ſingulari polita atque perfecta, à tineis & blattis vindicata te auctore atque impulſore, Pater venerande, nunc primùm & liberam lucem, & hominum conſpectũ intuentur: & quæ abs te hoc beneficium conſecuta ſunt, eadem rurſus ad te redeunt, vt & gratias habeant non minus piæ, quam ſolicitæ benignitati tuæ, cui acceptum omninò referunt quòd ſint, & quòd viuant: & ſi quid adhuc ſupereſt ad vitam & dignitatem, id verò per te obtineant, à quo quidquid recentis habent ornamenti, profectum eſſe totum agnoſcunt. Accident tibi, credo, non iniucunda, tùm quòd ab eo edita, qui ad Societatem IESV inſtituendam (cui tu Generalis Præpoſitus, cum bonorum omnium lætitia & approbatione, ſingulari Dei prouidentia præes) Ignatij ſocius è decẽ

primis vnus fuit; tùm quòd illum propter eximia merita, & amasti dum viueret, & vita iam functum, ac præcipua quadam obseruantia coluisti. Accedit hûc, quòd illa tuæ fidei atque tutelæ ab auctore suo iam ante commissa, nunc fide, mandatis prælo libris, egregiè liberata, in te non minùs fideli, quàm liberali patrono suo libenter acquiescunt. Neque ego interim mediocrem fructum consecutus existimabor, cui tu ex Vrbe in Hispaniam decedenti in mandatis hoc primum ac præcipuum dedisti, si auctum aliqua ex parte, & excusum reddidero eidem, à quo acceperam Salmeronis opus: quod tùm suopte merito commendatum; tùm tuo nomine & commendatione posteritati probatum iri confido. Amplectere igitur hunc librum, qui ex tuo profectus antè complexu, in tuum se sinum atque clientelam postliminio dat: vt & alijs, qui latent adhuc in tenebris, ad bene sperandum certum aliquod signum ostendas, quòd propediem tuo quoque beneficio viuent; & studium meum satis ad nauandam sedulam & constãtem operam reliquis euulgandis incitatum, tua beneuolentia ac benedictione incendas quotidie magis, & inflammes. Vale.

DE

DE VITA, OBITV, ET SCRIPTIS ALPHONSI SALMERONIS,

VNIVS E DECEM PRIMIS BEATI IGNATII LOYOLAE SOCIIS:

Pet. Ribadeneira Toletanus Societatis IESV presbyter Hispanice conscribebat.

ALPHONSVS Salmeron, Toleti (quæ vrbs olim Carpetanorũ, nunc regni Castellæ nouæ caput, Regumq; Gothicis temporibus sedes) natus est, ante diem sextum Idus Septembris anni Millesimi Quingentesimi decimiquinti, tenuibus quidem parentibus, at honestis, integrisq; natalibus. Patrem nomine retulit: mater illi Marina Diaz fuit, Toletani agri pagis Olias & Magaro vterque oriundus, filium ingenuè, pieq; educarunt. Pueri iam indole, promptoq; ingenio perspecto, parentes ijs literis, quibus ætas puerilis impertiri debet, filium erudiẽdum curant, Complutumq; mittunt. Erat in puero, præter docilitatem ingenij, summa suauitas vocis, & actionis venustas, vt non celeriter solum acciperet, quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Bene dicendi vim, humanitatis artes, Græcas literas, supra ætatis captum, auidè imbibit, vt vtraque lingua declamitanti non raro ceteris vni in Gymnasio antecellere, premiaq; auferre contigerit, qua laude nobilis etiam tum puer inter æquales ferebatur, clariusq; exsplendescebat, quam æquo alij animo ferre possent: itaq; incitabat omnes studio suo, paresque & eruditos conciliabat. Philosophiæ post curriculo exacto Lutetiam Parisiorum studijs iam tum florentem, atque ingenijs Academiam, vna cũ Iacobo Laine tanquam ad laudandarum artium mercatum proficiscitur, vt sacras literas suo, & Ecclesiæ commodo perdisceret: moresque hominum, ingenia, & vrbes videret: scholas, bibliotecasq; dicendi flagrans cupiditate lustraret. Sic enim sapientiam tanquam è terræ venis laborando, hauriri, prudentiamq; peregrinãdo parari inaudierat. Hic IGNATIVM Loyolam tanquã vitæ, consiliorumque ducem nactus, ad illius se mox amicitiam exemplo Laynis contulit: cuius etiam noscendi gratia, famæ adhuc celebritate in Hispania vigente eodem accesserat. Confectis & hic Theologiæ spatijs, cum cæteris ad Ignatium adiunctis socijs, Lutetia pedibus iter faciens, in Italiam venit ante diem xvij kal. Decembris M. D. xxxvj. euocatus cum alijs ab Ignatio. Hic tum Venetijs in Nosocomio ægrotis, & inopibus ministrauit: inde Romam nondum à se visam contendit, reuersus Venetias sacris rite initiari cœpit. Dehinc Monte Celio in Oppido, vna cũ Francisco Xauerio, post etiam Senis cum Paschasio Broëto Ambianensi vilibus sese officijs, pietatis tamen, & amoris plenis exercuit, societatem vna constituit, Ignatiumque suffragio cum cæteris, & Laynem inde Generalem creauit: quæ officia in vita vtriusque Præpositi tractata prudens omitto: quare non hic cõmunia omnium sociorum colligam, sed quę Salmeroni propria, seligam.

Ante

Ante diem Idus Septembris, anni (vt opinor) M.D.XLI, in Hiberniam Pontificis Max. auctoritate Nuntij Apostolici titulo, Roma cum Pascasio mittitur. Quæ non hic pericula terra, marique adierunt? illinc à Gallia, quæ bello tum flagrabat intestino, hinc à Britannicis nautis. Certe victus sæpenumero, stratumq; quieti defuit, dum variè per sola loca summo vitæ discrimine iactantur, vti ne orationi quidem vacuum spatium daretur. Cognito tandem ab Anglicis mercatoribus hoc agi, vt Henrico Regi octauo Pontificiæ tum Sedis acerrimo hosti, pretio traderentur, in Scotiam, ex Hibernia fugere coacti sunt, iussu Pontificis, vt pari illic fide, & integritate munus obirent, misso etiam diplomate auctoritatis pleno. Verùm corruptis iam insulanorum animis, & insana hæresis opinione occupatis, infecta re Lutetiam repetunt. Hinc pedibus sine viatico, vt nuntios verè Apostolicos diceres, insequentis anni M, D. XLII, mense Quinctili Romam properant: cum ecce tibi Lugduni Segusianorum, quasi exploratum venissent, capti in custodia habentur. Post cogniti à Turnonio, & Gaddio Cardinalibus amplissimis, qui tum fortè Lugduni agebant, vinculis liberati, honorificeq; Romã versus dimissi, & viatico instructi. Nec Romæ cessatum à Salmerone, aures ritè cõfitentibus dare: de verbo Dei ad populum verba facere, cetera Societatis munia exequi gnauiter. Aprili verò sequentis anni M. D. XLIII. Mutinam postulante Ioanne Morono Cardinali, eiusque sedis Episcopo proficiscitur: qua in vrbe deprauatarum de Religione opinionum virus clam, vt solẽt, factiosi homines disseminarant. Necdum enim ea tempestate Italia Sectariorum fraudes, dolosque, quibus imperitum vulgus inescare student, cognouerat, vt hoc seculo animaduertere est, quo rerum vsu edocti Principes tanquam ad commune animorum incendium extinguendum, accurrere didicerunt. Sudatum hic à Salmerone, vt & hæreticorum occultas refelleret calumnias, & nutantium ciuium animos in Religione maiorum confirmaret. AEmuli tamen, dæmonis artibus instructi, in tam honesto Salmeronis labore, non deerant, qui de eius existimatione sic detrahebant, vt extinctum velle ostenderent, quo impunè inter incautos grassarentur: Romam itaque extremo anno quarto & quadragesimo, sui purgandi gratia aduolat: rei omnis gestæ rationem constare vult, & innocentiam probat ita maledicos facile repressit, Romæ in Societatis templo assidue concionatus ad annum vsque sextum & quadragesimum. Quo vna cum Layne in Synodum Tridentum indictam, vt Pontificius Theologus sese contulit. Hinc Bononiæ conuentu Patrum habito, translatoque, ob infecti aëris pestilentiam Tridenti ortam, ita vterque qua differendo, qua sententijs dicendis, operam præclare nauauit, vt magna eius Concilij pars, quemadmodum, & in Laynis vita ostendimus, ambo putarẽtur. Intermissus conuentus est, vacuumque ALPHONSO spatium datum concionibus, ceterisque Societatis officijs obeundis, Afflictis enim succurrere, subsidioque esse, vt & Bononiæ antea, atque Venetijs: quo Layne comitatus, negocium gessit, vnaque impetrauit à Senatu, populoque Veneto, vt opimum Sacerdotium ad Diuæ Magdalenæ, cedere vellent, iuberentque, Collegio Patauino Socijs extruendo, ex gratuita Andreæ Lipomanni munificentia Societati adtributum. Secutum est vernũ quadraginta dierum Ieiunium, anni (opinor,) M. D. XLIX. quo magno hominum concursu, atque frequentia, Belluni, oppidum id ditionis est Venetæ, assiduè concionatus, zizania, quæ finitimarum gentium opera, in agro Domini humani generis hostis, noctu disseminare cœperat, radicitus euellit, magno incolarum bono, quibus & animos acri oratione in Religione maiorum constanter retinenda addidit. Bononiam hinc reuertit, mensibusque aliquot consumptis, ab Ignatio in Germaniam mittitur, vt Bauarici Collegij fundamenta Socijs iaceret; quod Gymnasium Ingolstadij Guliélmus Bojorum Regulus liberaliter, pieque cõstituit. Salmeron hic sacras docendi literas munere, post Ioannem Eckium, (validum illum Catholicæ Fidei in Germania, vna cum Cochlæo

Cochlæo aduersus Lutherianam pestem athletam) susceptо, Diui Pauli epistolas de superiore loco, magna & audientium corona, & admiratione, fructuque incredibili, explanauit. Tridentum iterum in Concilium, quod instaurandum Iulius III. mandarat, redijt, hæsitque quoad ciuilibus iterum tumultibus interruptum est, Aprili mense, anni M. D. LII.

Igitur Neapolitanum in regnum Prouincialis Præfecti imperio, Ignatij iussu proficisitur, Humilem hic domum subijt, & qua erat animi demissione cum terra iaciendis fundamentis erueret, ipse dies aliquot cophino humeris imposito, baiuli in morem laborabat, Socijsque exemplo præibat. Ibidem ita perpetuo vixit, vt merito omnibus ad extremum vsque diem esset carissimus. Occuparat tum forte in frequenti illa vrbe nobilissimorum quorundam virorum animos pestilens illud virus damnatarum Lutheri opinionum, clandestinis Sectarij cuiusdam conuenticulis, ac sermonibus, vt & circum circa loca eadem tabes breui, vt fit, peruaserit. Hic si prudentem tantum ALPHONSVM dixero, minus, quam debeam, prædicaro, periculi.n. non ignarus ad excellentem doctrinam, qua plurimum valuit Zelo etiam domus Dei, Religionisque Catholicæ flagrans, conciones, lectiones, sermonesque inter ciues ita moderabatur, vt dicendi vehementia concitatos, nutantes, lapsosque erigeret, constantes & confirmaret magis. Ad hæc ignorantiæ errorumque caliginem dissipauit, lucemque reddidit. Rem denique publicam, fidemque sartam tectam constituit, quod vnum è multis Salmeronis eximium in Neapolitanum regnum beneficium extitit, meritoque hodie prædicatum, illi, secundum Deum acceptum est referendum. Tanti enim refert in primo statim ortu errores opprimi, quanti ad valetudinem tuendam venienti morbo succurrere, & næa statim incendia restinguere, priusquã domũ, ædesque vicinas flamma depopuletur. Cancer enim hæreticorũ, teste Apostolo, semper serpit. Quod exemplum si in alijs Christiani orbis prouincijs secuti Principes, qui & possunt & debent, ad communem flammam continuo opprimendam aduolassent, melius sanè se res Christiana, constantiusque haberet. Tertio iam & quinquagesimo supra millesimum & quingentesimum anno, vernis Ieiunijs in æde Annunciationis B. Virginis, Insequenti vero anno ad diui Ioannis Maioris: post in ede summa summo concursu ciuium, nobiliumq; vrbis inclytæ concionatus ALPHONSVS: in corona & religiosorum hominum, qui quotidie confluerent, & à dicentis ore pendentes, quæ dicta præclare essent, calamo excipiebant. Dominicis festisque diebus assidue de verbo Dei in suggestu summa alacritate, dicendique vi ad populum disseruit: promeridianis etiam horis sacræ Scripturæ libros explanandos sponte susceperit: idque non tam fucata, & ad pompam comparata eloquendi facultate, quasi hominis diserti potius quam pij nomen affectaret, quam vt hæreticorum fraudes detegendo, causam illorum singularet, nutantes attolleret, pios tandem confirmaret. His in administranda prouincia rebus ex animi sententia, reique publicæ, & Ecclesiæ commodo gestis, Romam Pauli Pont. IIII. auctoritate, anno M. D. LVI. accitus, Cardinali Pisano in Belgium legati nomine Apostolici proficiscenti comes datus. In quo itinere illud minime celandum, quamnis nonnullis leue visum iri putem. Basileã enim delatis, quæ Heluetiorum fœderata ciuitas est, sed hæretica pridem labe contaminata, dies aliquot morari visum est. Senatus audito Salmoronem Ecclesiasten apud suos egregium, doctumque Theologum, ministros pestilentis cathedræ cum illo disputare de fidei controuersijs iubet. Illi, ne quid existimationi decederet, aut sectæ, quam promulgarent, pugnam detrectare non audent. Disputatum vtrinque acriter: ALPHONSVS eos facile refellendo argumentis eo compulit, vt (quod solemne ijs, qui causæ diffisi, ne victi discessisse ignominiæ nota videantur, ad clamores, conuitia, cachinnosque cõfugiunt) probra in eum congererent, neque vt hospitem, sed hostem acciperent, patienter interim

1542 1544 1546 1553 1554

2. Timot. 2.

interim ferente ALPHONSO. Cardinalis quæstum misit, senatusque fidem, iusque hospitij appellauit. Iubent mox ALPHONSO læso satisfieri à Ministris, veniamque præcari. Ecce tibi insolens satisfaciendi formula: Factum nollemus: heri contumelioſe te à nobis acceptum dolemus: verum à nuptijs, conuiuijsque ebrij, disputando (vt fit) incaluimus, nec mens satis tum, vti solet suum officium fecit. Ad hæc lepidè & vrbane ALPHONSVS. Vel tacentibus vobis euentus verum id esse declarauit: nil aliud ab id genus hominibus nouæ, & damnatæ sectæ expectandum. Verum enimvero, quantum memoria repeto, nusquam in sacris litteris lectum Euangelicæ veritatis præconibus, quales videri vultis, fas esse temulēter inebriari, & pleno ventre de verbo Dei (vt solemne vobis) in vino, & epulis disserere. Hoc eo consilio libentius retuli, quo vtilius erit inuenibus pseudo-euangelicorum ingenia moresque nouisse, & è fructibus æstimari. ALPHONSVS Romam vix redierat, cum idem Pontifex vna cum Apostolico Nuntio Aloysio Lipomano, veronensium Antistite, singulari pietate & doctrina prædito, meritisque in Ecclesiam collectis sanctorum vitis claro, in Poloniam mittit: quo sociorum primus ALPHONSVS penetrauit, hodieq; tot Collegia spectantur egregia, vt Prouinciæ Societatis formam constituant. Hic ita se gessit, vt redeunti Paulus Pont. officium Apostolicæ sedi ab eo præstitum, collaudarit. Hinc rursum in Belgium allegatur: inita iam recens, optata pridem ab omnibus pace cum Philippo Rege Catholico, & Pontifice. Comes enim datus honoris gratia Salmeron vna cum Petro Ribadeneyra Carolo Caraffæ, Pauli IIII agnato, quem ad Regem in Belgiū legatum mittere constituerat. Igitur ante diem XV. Kal. Nouem. M. D. LVII. in viam se in Galliam
1558 Belgicam versus dederunt. Hic in Regia Bruxellis ALPHONSVS Italice ad Legatum de verbo Dei disserebat: cum quo reuertens, Ribadeneiram in aula manere iussit: qui deinde hæc non audita, sed cognita prædicabat. Insequenti vero anno Romæ in Iacobo Layne Præposito Generali deligendo præsens ALPHONSVS comitijs interfuit. Quo sociorum conuentu tandem dimisso
1562 Neapolim & ille reuertit, mansitque ad annum, vsque alterum & sexagesimum; quo Lainem Pius IIII. qui Pauli IIII, obitu vacuam B. Petri sedem occuparat in Galliam Celticam vna cum Hippolyto Estensi Cardinali legato miserat; quo Galliam hæreticorum armis seditionibusque vexatam, ad fidei constantiam retinendam reuocarent, & ad concordiam adigerent. Romam itaque accitus ALPHONSVS est, vt Vicariam Societati, absente Layne operam præstaret. Gesit hoc munus egregiè quoad Tridentum tertium iam ad instauratam Synodum profectus est. Hic Laynis assiduus comes fuit laborum, vigiliarumque, vt in ipsius vita dicere memini. Concilio quoque ad exitum adducto, dimissoque Patrum cœtu Neapolim rursum redire iussus ALPHONSVS est, rei gerendæ gratia: quem secessum loci genio amœnum ac salubrem, valetudinis, & publici commodi gratia adamauit: mansitque perpetuo, nisi si quando Romam excurrere cogeretur, dum conuentus seniorum habetur, Præpositis deligendis. Etenim anno post octauo, qui est Christi M. D. LXV, Franciscus Borgia ex
1573 Duce Gandiæ Societatis Iesu presbyter, Præpositus generalis tertius communi suffragio renunciatur. Nono vero post creatus Euerardus Mercurianus, Eburo, Demum nono altero anno M. D. LXXXI. suffectus Claudius Aquauiua, qui nunc moderatur feliciter. Anno item M. D. LXIX. à Pio Quintō euocatus Salmeron, vernique quadraginta dierum Ieiunijs Pontificis Ecclesiasten egit: sed postremum id concionandi munus obijt, quod ætate fessus, studijs, laboribusque fractus fatisceret, dentibusque, qui ad pronunciandum articulate plurimum iuuant careret, nec satis firmis iam lateribus, ad concionandi labores esset. Huc accedebat, quod aulam natura fugeret, secessumque amaret, studia quoque in obscura vita à latentibus tractari melius comperisset. Missione itaque licet ægre à

Pontifice

Pontifice impetrata, Neapolitanum in otium reuersus, in bibliothecam sese abdens, cum veteribus amicis in gratiam redijt: vt qui viua iam voce docere præsentes corporis imbecillitate non posset, scriptis saltem ingenij monumentis, posteritati etiamnum viuus interesse videretur: Animum itaque ad scribendum appulit, & sacrarum scripturarum libros, (qua lectione ita semper capiebatur, vt reliqua vel fastidiret, vel eodem referret omnia) Noui potissimum Testamenti volumina illustranda suscepit. Studiorum vero sacrorum hanc semper rationem tenuit, vt orationem sacra lectio, lectionem oratio exciperet. Solis enim ortum ante lucana diligentia longa precatione anteuertere solitus, hinc diurnarum pensum horarum persoluere, Litaniamque sanctorū recitare, moxrem diuinam quotidie faciens vota persoluere. Nec dies vllus temere intercesit, quo non rebus omnibus, negotijsque alienis prolatis, Liturgiam ageret, sacris rite attenteq; operatus. Dici mox reliquum, promeridianumque tempus studijs continenter impertiebatur, integra semper, & corroborata vsus ad inuictum animum valetudine. Sic horas omnes, dum cenæ tempus vrgeret, transigere. Hic quæ attente lectitasset, meditandoque eruisset, ea literis mandare solitus. Pertinaci hoc labore vigilijs tandem debilitatus, pituita primum tentatus est, quæ in ardentem mox sobrem, laterumque dolorem vertit, lectuloque senem affixit. Ille mortem animo præsagiens familiaribus suis multis retro diebus: *Velox* inquit *est depositio tabernaculi mei.* Interdum vero vitæ finem vrgere prædixit, sanus adhuc, valensque, priusquam in lethalem morbum incideret, nulla de re aut libentius aut frequentius, quam de morte sermones serere, & audire, vt hinc facile Socij diuinarent mortem iam in votis habuisse. Ortum fortè pium cum minoribus natu Patribus colloquium erat. Hic ALPHONSVS vehementi oratione, *laborate* inquit, *iuuenes dum integræ vobis ab ætate sunt vires.* De se vero suspirans, Iob illud *Iob. 14.* intulit: *Ego autem expecto donec veniat immutatio mea.* Venerat eo ipso tempore Neapolim Vidua nobilis, cuius magna exstarent in Societatem beneficia: hic è Patribus quidam non ab re fore ait, si illam officij gratia Salmeron validus adhuc inuiseret. At ille renuit: satis sibi in affecta hac ætate negotij esse ad mortem bene se comparare. Libris itaque clausis, scriptisque omnibus valere iussis, hoc agebat vnum quasi iam vniuersæ carnis viam ingressurus. Medicis vt solent, animum blandis verbis ægroto addentibus, bono vti animo esset, non adeo cito interiturum: constanter ille quod euenit, fore vt viuorum e numero breui eriperetur, affirmabat. Dicente altero: Confide, pater, equidem dabo operam quoad licebit, vti conualescas, Ad hæc ille: *Da potius operam, bene vt moriar, cælumque petam: id enim mea permagni refert, quoniam melior est misericordia domini super vitas.* Interrogatus à socio sacerdote, vt haberet, hilari vultu respondit: *Oblatum est de præterito, præsenti, & futuro.* Alio quærente libenterne mortem obiret, dictum illud Episcopi cuiusdā apud Augustinum intulit. *Si aliquando? cur non modo?* His persimilia mentem animi testabatur, quidque illo fieri vellet Deus. Igitur licet rite confessus ægrotans, sacra diuinæ hostiæ mysteria sumpsisset, iterare tamē sacramenta, totiusque anteactæ vitæ errata, in turis sacerdotis auribus deponere voluit. Allato itaque pane Angelorum viatici nomine: *Expectate* inquit *venis Deus:* cumque virium imbecillitate membris vti non posset, in cubitum tamen nixus, admirantibus, qui aderant Socijs, assurrexit, pieque est epulatus. Socij obnixe rogant vti vita migrans, bene illis dicendo Crucis signo precaretur. recusarat enim, qua erat animi modestia, ad eum diem, victus tandem precibus sublatisque in Cœlum oculis Deum venerans precatur Socijs. Latine locutus hisce verbis, vt, qui aderant, affirmarunt: *Patres*, inquit, *mei optimi, & fratres in Christo charissimi: semper ego vos dilexi, & nunc maxime diligo, etsi non habuerim intimam conuersationem cum omnibus vobis; tamen ego semper vos dilexi, & desideraui vos peruenire ad eam vitæ perfectionem, ad quam vocati estis in hac sancta Societate*

IESV. Ego iam meæ conuersationis & vitæ rationem redditurus, decreui nouo modo vos alloqui. Propterea quando Deus pro infinita sua bonitate voluit me vocare, decreui vos benedicere noua benedictione. Precor igitur Dominum nostrum Iesum Christum, vt dignetur vos protegere, manu tenere, & benedicere: vt possitis respondere huic beneficio vestræ vocationis, & peruenire in regnũ cœlorum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Gratiam quoque implorat, qua ratam Dei vocationem habentes, salui fiant. Mox iaculatus blande orationes sic appellabat: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, Et, *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Et id genus complura, tum vero è Psalmis potissimum adhibuit, animo blanditias migranti iaciens: Crucis sese signo frequenter muniebat, aqua item lustrali aspergens: nihil vero cruciare, animique tranquillitatem labefactare, ita vixerat, videbatur. Rogante, socios meminerisne rogare pro Socijs? *Dubitare mihi videris* inquit: *quasi vero tam ingratus sim futurus*. Oleo iam sacro, cum inungeretur, sedato animo ad singula respondit: rogauitque *quando octauus esset a B. Agatha festo die*, cras, inquit Socius, tum ille. *Hic vitæ nostræ terminus est.* Nocte quæ subsecuta est, identidem illud balbutiens iterauit: *In vitam æternam:* Et, *Hodie vitæ ærumnis tandem eripiar.* Vsurpabat & illud: *Lætabitur anima mea in Deo meo*. Quid ita hilaris esset interrogatus. Quod (inquit) *misericordiæ vias patefacere incœperit Deus.* Sanctorum litanias frequentius recitari iussit, quodque attentissime auscultauit, de Christi cruciatibus, Euangelium: in quo & repetere quædam loca anagnosten recitando iussit. Cum vox iam defecisset, labia agitare, Crucisque signum manu effingere, deficientibus tandem membris, oculos in Christi de Cruce pendentis, Deiparæque Virginis effigiem defigens acquieuit: quibus oculis fractis, clausisque placidè in Domino obdormiuit, vt somno tandem captus videretur, iuxta illud Prophetæ: *In pace in idipsum dormiam, & requiescam*. Erat is dies Iduum Februarij anni, M. D. LXXXV. ætatis vero, in summa hodie senecta, vnde-septuagesimus: cui viro vix pietate parem nostram tulisse ætatem vere videor posse contendere. De morte vbi increbuit Neapolitani Ciues confluxere ad spectaculum vniuersi: Patritij etiam viri, & Pro-Rex, manus osculabundi, Archiepiscopus item honoris gratia, solemni ritu, & habitu; omnisque adeo Clerus funus deduxit. Republica denique tota prosequẽte lachrymis exequias, iustaque vrbs ita persoluit, vt facile desiderium indicaret. Facta re diuina, is populi concursus fuit, vt alijs capillos mortui vellentibus, alijs lacinias vestis, & vngues, quæ religiosè omnia seruarent, detrahentibus, humi mandari non potuerit. Sed dimissa plebe noctu in communi sociorum crypta ad aram maximam conditur in capsa, cui inscriptum.

Psal. 16. *Psal. 41.* *Psal. 4.* *Psal. 89.*

PATER ALPHONSVS SALMERON TOLETI IN HISPANIA NATVS VNVS EX PRIMIS DECEM SOCIETATIS IESV PRIMVSQ. IN REGNO NEAPOLITANO PROVINCIALIS. VIXIT ANNOS LXIX. MEN. V. DIES. V. OBIIT IN NEAPOLITANO EIVSDEM SOCIETATIS COLLEGIO. IDIB. FEBRVAR. ANNO A CHRISTO NATO M. D. LXXXV.

Duo de quinquaginta annos, quos in Italia consumpsit, concionibus assiduis, & cõfessionibus, studijs denique, & commentationi sacrarum literarum tribuit. Missio nes

Missiones multas suscepit Pontificum auctoritate, pedibus sæpenumero iter faciens, & summa viatici inopia, in vltimas regiones, rei gerendæ causa, magno-q; Ecclesiæ commodo. His rebus fractus senectam, mortemq; anteuertit, vt iam canescere totus, dentibus careret. Illud in confesso est, Neapolitanis omnibus flebilem eius mortem accidisse, vt de Regno illo, tam benemeriti, quam qui maxime, per cunctas prope illius regni partes doctrina, sermonibusque in religione maiorum incolas confirmauit: irrepentibus clam nouis, & prophanis de fide opinionibus hæreticorum. Pios enim, constantesque in officio, qua hortando, qua docendo, retinuit, nutantes manu erexit, omnibus denique salutis viã ostendit. Rectam idem concionandi viam commonstrauit: frequentem Sacramentorum pœnitentiæ, & Eucharistiæ vsum, iam pridem obsolescentem, reuocauit. Ciuibus afflictis ea perpetuo præstitit officia, vt plura à parente proficisci non potuerint. Vitæ sanctimonia, atque innocentia omnes cœperat, etiã nobilissimos, vt animos omniũ moderari facile posset: quibus artibus & Proreges, summo illic cum Imperio agentes, deuinxerat: verùm Principum gratia tantũ vtebatur, non suo, sed aliorum emolumento, vel deprecandis miserorum iniurijs, vel incommodis pauperum depellendis. Huc enim potissimum curam, cogitationemque conuerterat, indigentibus vti prodesset, & odia, simultatesque penitus aboleret: ratus id quod erat, bene hic operam, vel temporis dispendio, collocari. Beneficiorum quæ in alios contulisset facile obliuisci; meminisse in quem collata essent oportere existimabat. Occurrit fortè vir nobilis, gratiaque comiter egit, quod apud Prætorem se in gratiam posuisset, quodque honore, quem prius ambijsset potitus commendatione illius esset. Ad hæc Alphonsus: *Bene me de te vnquam meritum fuisse non memini, quid enim officij à me præstari possit non video. Illud scio pleraque à me negligenter, vitioseq; geri*. De Societate verò ita meritum scimus, vt tria, hodieque Neapoli domicilia Sociorum spectentur, Professorum, Tironum, & Collegarum in litteris versantium: corpore fuit compacto, & robusto, valetudinis perpetua vsus prosperitate, vt labores omnes, studiorũq; vigilias perferret. Iam inde à puero litteris valde addictus, vt incredibili discendi flagrans cupiditate, excelso ingenio, disciplinas omnes quas scire doctum æquũ est Theologum, perdidicerit, memoriaque sit complexus: poëtas nimirum, oratores, historicos omnes præsertim Ecclesiasticos, Philosophos, Theologos qui via, & ratione progressi in scholis regnant, sanctorum Patrum scripta, Concilia denique, & Pontificum Decreta, tenaci memoria, qua præditus erat, tenebat. His artibus instructus, Tridentina in Synodo, cui cum Layne interfuisse ostẽdimus, sententiam, Theologos inter & Episcopos de maximis fidei controuersisque dogmatibus rogatus, ita respondit, fecitque satis, vt Patribus etiam admirationem concitarit. Tres ad hæc eruditas linguas, Latinam, Græcam, & Hebræam, quas Christus in cruce sanguine consecratas Ecclesiæ propagandæ destinauit, puer adhuc didicerat. In dicendo acer fuit, & vehemens, firmisque lateribus. Lectione diuinæ Scripturæ mirifice capiebatur, præ qua fordescent omnia, maximamque illi ætatis partem impendit: quindecim vitę postremos annos commentationi eius tribuit, scripsitque duodecim ingentia in totum Iesu Christi Testamentum volumina: in decem quoque priora Geneseos capita reliquit cõmentarios: cætera meditantem mors oppressit. Quæ quidem lucubrationes, nunc tandem, lucem aspiciunt, forasque datæ in vulgus apparebunt, Prætium operę legentibus erit, difficilium sacrę Scripturæ locorum explanationem, Sanctorum Patrum sensa, atque decreta cognoscere, Hæreticorum item nostri sęculi causam validis argumentis iugulari. Mores doctrinæ persimiles, candor ingenij, facilitasque, virtutis item Religionisque studium in illo tantum fuit, vt nihil supra. Zelus porro Catholicæ fidei, odiumque hæreticorum acerrimum. Affinium, agnatorumque, ne quid caro, & sanguis spiritui officeret, summa obliuio,

 Paupertatis

Paupertatis ad extremum vsque diem, mirum studium, honorum item summa contemptio. Ambitionem itaque oderat, & adulationem In susceptis Christi nomine rebus, incredibilem constantiam adhibuit, Rituum, & Ceremoniarum Ecclesiæ summum in eo studium. Duodecies vernis quadraginta dierum ieiunijs; egregiè concionantis munus, Neapoli potissimum, sustinuit: laborioſe quidem & summa vi, & alacritate, piscibus senex victitans, nec ieiunare vnquam intermisit extremo tamen anno, qui idem vitæ finem attulit, & laborum, quis ieiunia sustentauit. Non illud præteribo, scientia minimè, vt solet, inflatum ALPHONSVM, sed summa animi despicientia, de se humiliter sentire, & loqui, sua nihil venditare, aliena & vel minuta laudare solitum. Ab indoctioribus percunctando doceri, & ad verum euadere non erubuit. Lectionem Sacram publice Neapoli promeridianis horis festo die habuerat, stupentibus qui aderant cunctis. Vir nobilis admirabundus: *plurane* (inquit) *studio, atque ingenio consecutus vnquam Laynes est?* Intulit (qua erat modestia, Salmeron, & in Laynem studio) *Tantum me ille doctrina superat, quantum ego tibi antecellere videor.* De rebus diuinis perlibenter dum vixit, atque suauiter verba facere solitus: vt iniecta sacræ rei mentione in epulis, sermonem, vbi oblitus, quasi Deum præsentem cernens, produceret. Interrogatus item de locis sacræ Scripturæ, ea vi in mensa, cibis abstinens, differebat, ac profligabat, quæ obijci contra solerent quæstiones, (præsertim ab hæreticis, quos cane peius, & angue oderat) vt coram spectare, manusque conserere videretur. Pransus quoq;, & cenatus summa temperantia, nulla de re libentius, quam de Christo eiusque matre Virgine (cuius perpetuo quoad vixit, studiosissimus fuit) & loqui & audire consueuerat. Hinc & Sabbathis quadragenarij ieiunij in Deiparæ laudem conciones instituit. In Catholicam maiorum fidem zeli nullum afferre maius testimonium possum. Situs enim ALPHONSVS, & sepulcro condendus cum esset, vir domi nobilis, his alloquijs Neapoli vsus fertur: *Iure* inquit, *talem, tantumque virum lugemus, qui scutum Ecclesiæ hæreticorumque malleus extitit*. Quod verè ab illo dictum sæpenumero compertum. Insidias enim illi, eiusque existimationi non semel Sectarij struxerunt. Venetijs dum maioribus ieiunijs concionatur, in hæreticos quotidie stylum acuens, famosi libelli in Salmeronem iactabantur. Neapoli quoque falsus rumor in vulgus manauit, in Germaniã ad hæreticos transfugisse: quam calumniã vt dilueret, per vrbem publice mulo vectus, spectandum se præbuit. Romæ quoque Vicariam societati operam nauante ALPHONSO, & cum Pontifice quotidiè, ac Cardinalibus agente, sparsus est Neapoli rumor, hæreticis quod id optarẽt, auctoribus, ad Gebennicos transisse, verum Alcalæ Dux, qui Catholici Regis auctoritate tum præerat, mendacium edicto compescuit.

Hæc habui quæ de ALPHONSI. Salmeronis vita & obitu perstringerem, & Iacobi Laynis vitæ, cui cum vixit coniunctissime, communiaque multa habuit, adnecterem: vt innocentiæ, sanctioriſque vitæ, in his primis ædificij societatis lapidibus, cuius angularis lapis Christus est, exemplum nobis alterum, quod legendo socij miremur, & inspiciendo imitemur, suppeteret. Quod bene omnibus, feliciterque euenire volo.

And. Schottus vertebat.

Operum

Operum P. Alphonsi Salmeronis, quæ expectantur, INDEX.

IN EVANGELIA LIBRI XII.

I. LIBER Προλεγομένων est in vniuersam Scripturam.
II. De Incarnatione, seu in primum caput S. Ioannis.
III. De Infantia seu pueritia Christi Domini.
IIII. Historiam Euangelicam complectitur.
V. Explanatio est Sermonis Domini in monte.
VI. De Miraculis Christi Domini.
VII. In Parabolas Euangelicas. Sermones, seu Tractatus.
VIII. De disputationibus Domini.
IX. De sermone Domini in Cana, sed primo de sacrosancta Eucharistia.
X. De passione Christi Domini & morte.
XI. De Resurrectione & Ascensione Domini.
XII. Acta Apostolorum comprehendit.

IN B. PAVLVM ET CANONICAS Epistolas Libri. IX.

Primus liber Prolegomenis consumitur.
II. III. & IIII. In Epistolam ad Romanos.
V. In vtramque ad Corinthios Epistolam.
VI. In Epistolas ad Galatas, Ephesios, Philippenses, & Thessalonicenses.
VII. In vtramque ad Timothæum, ad Titum, & ad Philemonem.
VIII. Epistolam ad Hebræos explanat.
IX. In septem Canonicas Epistolas, & in Apocalypsim.

TRACTA-

TRACTATVVM, SIVE SERMONVM HVIVS LIBRI INDEX.

TRACTATVS Primus, explicans quid sit propriè, & nomine, & re, Parabola, & quomodo differat ab Historia, ab Exẽplo, Apologo, Prouerbio, Allegoria, & Metaphora, pagina 1.

Tract. II. In quo agitur, quibus de causis Dominus noster Iesus Christus parabolis frequenter vti voluerit, pag. 10.

Tract. III. De ratione venandi sensum germanum, & literalem in parabolis, pag. 18.

Tract. IIII. In parabolã seminantis in quatuor partes terræ: de qua Matth. cap. 13. Marc. 4. & Luc. 8. habetur, pag. 24.

Tract. V. In eandem primam parabolam seminantis, & seminis in quatuor partes terræ decidentis, pag. 31.

Tract. VI. In parabolam Zizaniorum: quam solus Matthæus proponit, cap. 13. pag. 37.

Tract. VII. In parabolam seminis iacti, & crescentis dum homo nescit: de qua solus Marcus, cap. 4. loquitur, pag. 46.

Tract. VIII. De parabola grani sinapis, quæ habetur Matth. 13. Marc. 4. & Luc. 13. pag. 51.

Tract. IX. De parabolis fermenti, quæ habetur Matthæ. 13. & Luc. 13. p. 57.

Tract. X. De parabola Thesauri absconditi in agro: quæ habetur tantùm Matth. 13. pag. 63.

Tract. XI. De parabola negotiatoris, quærentis bonas margaritas: & habetur tantum Matth. 13. pag. 70.

Tract. XII. De parabola sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quæ solum habetur Matth. 13. pag. 78.

Tract. XIII. De parabola Regis ponentis rationem cum seruis suis; quæ tantum habetur Matth. 18. pag. 84.

Tract. XIIII. De parabola veri pastoris, per ostium intrantis, & non aliunde; & de ouibus: quæ tantùm habetur Ioan. 10. pag. 93.

Tract. XV. Super eandem parabolam veri pastoris, intrantis per ostium, & non ascendentis aliunde. Ioan. 10. pag. 103.

Tract. XVI. De parabola hominis descendentis ab Hierusalem in Hiericho; & incidentis in latrones: quæ habetur tantùm apud Lucam cap. 10. p. 114.

Tract.

INDEX TRACTATVVM.

Tract. XVII. De parabola amici accommodato petentis tres panes; de qua tantùm habetur apud Lucam, cap. 11. pag. 124.

Tract. XVIII. De parabola hominis diuitis, cuius ager vberes fructus afferebat: de qua tantùm est sermo Luc. 12. pag. 130.

Tract. XIX. De parabola: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, &c. de qua Luc. 12. tantum, pag. 132.

Tract. XX. In parabolam illam: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Et habetur Luc. 12. Matthæ. 24. & Marc. 13. pag. 145.

Tract. XXI. De parabola habentis arborem fici plantatam in vinea sua; & quærentis fructum in illa, & non inuenientis: de qua solus Lucas cap. 13. pag. 152.

Tract. XXII. De parabola illa: Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, &c. de qua tantum Lucæ 14. pag. 158.

Tract. XXIII. In parabolam illam: Homo quidam fecit cœnam magnam; & vocauit multos: de qua solus Lucas cap. 14. pag. 166.

Tract. XXIIII. In parabolam volentis turrim ædificare, non prius computatis sumptibus necessarijs: & Regis ituri ad committendum bellum contra alium Regem, & non prius serio cogitantis an possit illi occurrere, &c. & de sale: quæ habetur tantummodo apud Lucam, cap. 14. pag. 178.

Tract. XXV. In parabolam pastoris, habentis centum oues, & vnius ex illis perditæ: & habetur Matth. 18. & Luc. 15. pag. 187.

Tract. XXVI. In parabolam mulieris decem drachmas habentis; & vnam illarum amissam inuenientis: quæ habetur tantum apud Lucam cap. 16. pag. 195.

Tract. XXVII. In parabolam hominis habentis duos filios; quorum iunior suæ substantiæ portione à patre petita, & accepta, abijt in regionem longinquam, &c. de qua solus Lucas cap. 15. pag. 201.

Tract. XXVIII. In eandem parabolam adolescentioris filij ad patrem reuertentis: à quo magno gaudio, & solenni conuiuio exceptus est. Luc. 15. pag. 213.

Tract. XXIX. In parabolam de villico iniquitatis: & habetur solummodo apud Lucam 16. pag. 223.

Tract. XXX. In parabolam illam: Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem oues, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, & recumbe, &c. cuius Lucas solus cap. 17. meminit. pag. 236.

Tract. XXXI. In parabolam illam: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur: vidua autem quædam erat, &c. quam Lucas solus commemorat cap. 18. pag. 244.

Tract.

INDEX TRACTATVVM.

Tract. XXXII. In parabolam illam: Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus: & habetur tantummodo apud Lucam cap. 18. pag. 252.

Tract. XXXIII. In parabolam vineæ, & operariorum ad eam colendam sub mercede denarij conductorum: & habetur tantum apud Matthæum cap. 20. pag. 266.

Tract. XXXIIII. In illam parabolam: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti, & habetur tantum Luc. 19 pag. 278.

Tract. XXXV. In parabolam de duobus filijs à parente ad laborandum in vinea emissis: quæ tantum narrantur à Matthæo cap. 21. pag. 286.

Tract. XXXVI. In parabolam illam: Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. Et habetur Matth. 21. Marc. 12. & Luc. 20. pag. 291.

Tract. XXXVII. In parabolam illam: Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire: quam solus Matthæus cap. 22. recenset. pag. 306.

Tract. XXXVIII. In parabolam illam: Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Et habetur solum in Matth. cap. 25. pag. 318.

Tract. XXXIX. In parabolam talentorum: quæ habetur tantum apud Matthæum cap. 25. pag. 329.

Tract. XL. In parabolam pastoris ouium, & hædorum: & habetur tantum Matth. 25. pag. 339.

Tract. XLI. In eandem parabolam pastoris ouium, & hædorum, pag. 346.

Tract. XLII. et postremus, in quo parabolæ distinguuntur; & quo modo singulis diebus Quadragesimæ applicari valeant, exponitur, pag. 358.

FINIS.

COM-

COMMENTARIORVM IN SACROSANCTA DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI Euangelia, quæ Parabolæ inscribuntur.

Ad Lectorem candidum Præfatio.

1 Deus qua ratione a nobis cognoscatur.

QVANQVAM DEVS Benedictus pro naturæ suæ magnitudine, & sublimitate, & vt in se est, incomprehensibilis, & ineffabilis existat: tamen vt ad creaturas se extendit, & notus est, & humano ore enuntiari potest, vt Scripturę tradunt. Atque hinc duplex consurgit Theologia Deum cognoscendi, & nominandi, altera quidem negans, quam & Mysticam vocant: altera affirmans, quam Rationalem appellare possumus. Nam vt Deus in se ipso existit, omnia de Deo negare possumus; vt autem omnibus se communicat, omnia rursus de eo affirmamus.

Duplex de Deo Theologia, negans seu mystica, & affirmans seu rationalis.

Nam ob eam causam Scriptura vt infinitum, immensum, immortalem, incomprehensum, inenarrabilem, inuisibilem, in tenebris delitescentem, lucem inaccessibilem habitantem celebrat; vt eum per ablationem cognoscere, atque laudare nos doceat. Hinc Damascenus rectè ait: *Infinita igitur diuinitas, & incomprehensibilis: & hoc solum eius comprehensibile, infinitas, & incomprehensibilitas.* Sic ille, ex Gregorij Nazianzeni sermone de Natali. Rursus eum vt supremum ens, & vnum, & summum bonum, & pulchrum, & sapientem, & iustum, & misericordem, & omnibus modis perfectum nobis commendat; vt per affirmationem, & positionem agnoscamus, & celebremus. De qua duplici Theologia hæc scripsit Dionysius cap. 1. De Diui. nominib. circa finem. *Itaque supersubstantiale illud diuinum (quicquid tandem id est) suprema bonitatis substantia eximia, neque vt verbum, aut virtutem, neque vt sensum, aut vitam, aut substantiam laudare licet vlli ex his, qui excellentis omnem veritatem veritatis amatores sunt, sed vt ab habitu omni, motu, vita, imaginatione, opinatione, nomine, sermone, mente, intelligentia, substantia, statu, sede, vnione, fine, infinitate, & his (quæ sunt) omnibus eminentissimè exceptam.* *Coloss. 2.* *Psalm. 17.* *1. Timot. 6.* *Damascen. lib. 1. cap. 4. in fine.* *Gregor. Nazianze.* *D. Dionys.*

Nomina vt Deo conueniant, Dionysio teste.

Quoniam vero vt bonitatis substistentia ipso esse suo est omnium substistentium caussa, boni authorem summæ diuinitatis prouidentiam ex omnibus creatis laudare conueniet. Circa ipsam enim, & ipsius caussa sunt omnia, ipsaq; est ante omnia, & in ipsa cuncta conjistunt, atque eo ipso quod est, vniuersa producta sunt, atque substistunt, ipsamq; desiderant omnia. Spiritualia quidem, & rationalia scienter; his autem inferiora sensibiliter, alia vero vitalis ratione motus, aut per substantialem, habitualemve aptitudinem. Ista denique non ignorantes Theologi, ipsam & vt carentem nomine, & ex omni nomine celebrant.

2

Hactenus ille magnus in Ecclesia Theologus, docens, vt in se ipso est, nullum nomen Deo competere: vt vero est creator, & prouisor omnium, omnia nomina de illo affirmari. *Idem.*

3 Quid diuina caligo, eodē teste Dionysio.

Porrò negantis huius Theologię methodum tradit in Epist. 5. ad Dorotheum: *Caligo, inquit, diuina est inaccessibilis lux, in qua inhabitare dicitur Deus. Et quidem cum sit illa inuisibilis propter eximiam, & quę substantia superemineat claritatem, eadem-* *1. Timot. 6.*

UNIVERSITARIA

demq; inaccessibilis pro immensa ex se manantis supersubstantialis luminis copia: ad hanc pertingit, eaq; absorbetur quisquis Deum nosse, ac videre meruerit, eoq; ipso quod neque videt, neque cognoscit, illi qui visionem omnem, cognitionemq; transcendit, familiarius iungitur. hoc ipsum nosscns, quod post ea omnia est, quæ in sensum atque intelligentiam cadunt, & cum Propheta pronuntians: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Sic ille. Quod vero hæc Theologia negans, via sit quædam Deum cognoscendi, atque laudandi, per omnium quæ menti nostræ occurrere possunt, ablationem, vt facit sculptor ex marmore, vel ligno, superfluas auferens partes, quo pulchritudinem velut latitãtem proferat, donec statua omnibus suis numeris absoluatur, docet idem in cap. 2. de Mystica Theologia, his verbis: *Ad hanc nos perlucidam, liquidissimamq; caliginem admitti oramus, & per visus, scientiaq; priuationem videre, ac scire eum, qui est supra omnem scientiamq; transcendit. Et hoc ipsum non videre, & non scire, est veraciter videre, ac scire, & cum etiam, qui substantia superior est, supersubstantialiter ex omnium quæ sunt ablatione celebrare, veluti qui natiuam effigiem ex quauis materia faciunt, omnia tollentes quæ impedire possint liquidum latentis decoris intuitum, ipsamq; in se ipsa pulchritudinem occultam sola sublatione pandentes.* Adde Clementem libr. 5. Strom. paullo à medio. *Si ergo ablatis omnibus quæ adsunt corporibus, & ijs quæ dicuntur incorporea, nos ipsos proiecerimus ad Christi magnitudinem, & deinde in vastitatem, immensitatemq; sanctitate processerimus, ad intelligentiam omnipotentis vtcumq; processerimus, non quod est, sed quod non est, cognoscentes.* Vides ergo vt hi duo Patres negantem Theologiam assimilent sculptori, qui demendo, & auferendo facit statuam. Affirmantem vero comparare merito possumus pictori, qui addendo colores, & superimponendo, imaginem pulchram effingit.

Negãs Theologia, seu mystica, qualis sit.

Idem Dionysi.

Clemens Alexandr.

Affirmans Theologia cui similis.

4 Doctores negatiuè de Deo cum loquuntur, quo tendere videantur.

Verum cum Theologi à Deo adimunt omnia, etiam quæ perfectionem sine limitatione aliqua significant, vt ens, bonum, iustum, perfectum nequaquam putare debemus intelligere negationem, quasi nihil sit Deus, vel penitus absque vlla bonitate, iustitia, & perfectione: absit, sed potius auferentes ab eo limitatam, finitamq; creaturarum perfectionem (qualem penè solam cognoscimus) quandam immensam, ac penitus infinitam in Deo esse præcogitamus, per quam illis omnibus excellere dicimus. Quod etiam ipsemet explicat Dionysius, dicens, *Angelos supremam Dei lucem, vt quæ ineffabiliter emineat omnibus, propriè, ac decentissimè omnium ablatione concelebrare.* Idem & de tenebris, & caligine ait: *Hæc autem per eminentiam, & non per priuationem dicta accipe, & verè prorsus enuntia.* Et Damascenus eodem modo interpretatur: *De Deo tamen (inquit) quid est secundum substantiam, dicere impossibile. Contenentiusq; de Deo longè est, per omnium ablationem facere sermonem. Nam nihil eorum quæ sunt, est: non vt non ens, sed vt omnia entia supereminens, & super ipsum esse, ens.* Et infra: *Sunt etiam & nonnulla affirmativa de Deo dicta, vim superexcellentis negationis præferentia: vt cum tenebras de Deo dicimus, non tenebras intelligimus, sed quod non lux: quippe qui superexcellit lucem. Et lucem dicimus, quia non est tenebra.* Sic ille.

Dionys. libro de Diuin. nominib. cap. 1. paullò à medio.

Idem.

Damascen. lib. 1. De fide orthod. cap. 4. propè finem.

Psal. 17.

5 Theologia affirmans quid sit.

Porro Theologia affirmans est, per quam ad cognoscendum Deum assurgimus, ex ratione, & ex creaturis varias perfectiones illi adscribendo, secundum varios mentis conceptus varia nomina illi applicando, per quæ veluti indicia quædam vtcunque eum cognoscimus, vt pastores in Euangelio Lucæ, ex signis per Angelum ad se datis Verbum incarnatum, & in Bethlehem natum agnouerunt. Perfecta vero Dei cognitio sicuti est, patriæ seruatur in præmium danda.

Luc. 2.

1. Ioan. 3. & 1. Cor. 13.

Dei perfecta cognitio vbi tantum nobis seruetur.

Affirmans Theologia duplex, Naturalis, & supernaturalis, & quid sint.

Hæc affirmans Theologia duplex est, altera Naturalis, quam in Metaphysicis libris tradit Aristoteles, quam ipse vltramundanam Philosophiam, & Theologiam vocare voluit: quæ perfectiones omnes in creaturis inuentas Deo tribuit: de qua Apostolus: *Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* Alia supernaturalis est,

Rom. 1.

ralis est, diuinitus Prophetis, & Apostolis reuelata, & in Scripturis, & Ecclesiæ Patribus contenta. Et de hac Dionysius edidit libros Hipotyposeon, & libros de vtraque Hierarchia, cœlesti siue Angelica, & Ecclesiastica; & libros de Diuinis nominibus: & hæc aliquo modo imperfecta est, cum per eam Deum perfectè cognoscere non audeamus. Ait enim Basilius lib. aduer. Eunomium. *Vnum quidem nomen inueniri non potest, quod totam naturam Dei complexum sufficiat satis edere: plura vero, & varia in sua qualibet significatione, etsi tenuem omnino, atque pusillam, ad totius nobis tamen sufficientem significationem congerunt. Eorum igitur, quæ de Deo dicuntur nomina, hæc quidem quæ insunt, illa vero quæ non insunt Deo, significant: nam ex his duobus, negatione videlicet eorum quæ absunt, & eorum quæ insunt confessione, quasi quidam character Dei nobis imprimitur.* Sic ille, docens nos pluribus vti nominibus, quia nullum per se totum explicat, nec omnia, sed modicam quandam eius cognitionem præbent. Et cum Basilius ait, quædam negari de Deo, non mysticam Theologiam, sed affirmatiuam, in qua tolluntur omnia, quæ imperfectionem aliquam significant, intelligi. Et Bernard. lib. De considerat. ad Eugenium docet, infinitam simplicitatem Dei omnia continentem, caussam esse tot affirmationum de Deo, dicens: *Quid est Deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quid inquis? Tenemus te quæ ternitatis (quam abominatus es) professorem? Minimè. Abominatus sum, & abominor. Visus sum protulisse plura, sed vnum est. Vnus Deus signatus est pro captu nostro, non pro suo statu. Diuisus est hic, non ille. Voces diuersæ, semita multa, sed vnum per eas significatur, vnus quæritur; non diuisiones substantiæ in quaternario isto expressæ sunt; non dimensiones, quales in corporibus intuemur; non distinctio personalis, qualem in Trinitate adoramus; non numerus proprietatum, qualem personis ipsis inesse fatemur, etsi non aliud à personis. Alioquin hoc singulum horum video quod quatuor simul, hæc quatuor ipsa quod singulum est. Nobis autem, quia non possumus cum Deo simplicitate contendere, dum contendimus apprehendere vnum, occurrit veluti quadruplicatum. Facit hoc speculum, & ænigma, per quod solum interim videre datur. Cum autem videbimus facie ad faciem, videbimus sicuti est. Nec enim iam tunc fragilis acies mentis nostræ quantũlibet vehementer intẽdens, aliquatenus resilict, dissiliet vè in suam pluralitatem. Colliget se magis, adunabit, confirmabitq; vnitati illius, vel potius vnitati illi, vt vna vni facies respondeat faciei.*

Areopag. Dionys.

Basil. lib. 1. aduer. Eunom. paullò ante med. tom. 1. inter mediũ circiter, & finẽ.

Nullum nomen totam Dei naturam exprimit, aut comprehendit.

Bernard. lib. 5. De consid. sub finem.

Deus quid secundũ Bernardum.

Quæ nõ sint in Deo.

Ephes. 3.

1. Cor. 13.

Ibidem, & 1. Ioan. 3.

6 Affirmationes omnes de Deo quẽadmodũ accipiendę sint.

Illud etiam diligenter expende, affirmationes omnes de Deo cum eminentia quadam, & excellentia, quæ infinitatem attingat, esse accipiendas. Ita enim Dionysius capit. 4. De diuin. nominibus affirmat his verbis: *Si autem super omnia quæ sunt, est (vt est profecto summum illud bonum) eius quod est informe: forma formans est, idq; in seipso solo, & eius quod substantiam non habet, substantiæ excellentia est, quodq; vitam desiderat, eminentissima vita: & quod mente non nititur, suprema sapientia est.* Et Hilar. lib. de Trinit. *Sermo autem Dei, etsi ad opinionem religiosæ intelligentiæ proficit, tamen plus significationis intra spectus sensu continet, quam exceptus auditu.* Boëtius libro de Trinit. *Nam cum dicimas, Deus, substantiam quidem significare videmus, sed eam quæ sit vltra substantiam. Cum vero Iustus, qualitatem quidem, sed non accidentem, sed eam quæ sit substantia, sed vltra substantiam.* Et Cyrillus lib. 7. Thesaurorum asserit, nomina de Deo potius dici, quam de creaturis, quia perfectio per nomen significata altius Deo conuenit, quam creaturis, licet modus noster concipiendi, & imponendi nomina, aptius creaturis accommodetur significandis.

Dionys. De diui. nomin. par. 1. sub initium.

Hilar. lib. 1. de Trinit.

Boët. li. 1. De Trinit. c. 6 & 7. circa finem operis.

Nomina de Deo potius dici, quã de creaturis. Cyrillus affirmat.

Cyril. c. 3. tom. 11.

7 Negãs Theologia cũ affirmante cõponitur.

Et comparando has duas inter se Theologias, perpendendum, negantem, siue auferentem à vilioribus & inferioribus ascendere ad nobiliora, donec in beato silentio desinat; Affirmantem vero, ac ponentem è contrario, quia laus à perfectioni est inchoanda. Hinc Dionysius cap. 2. de mystica Theologia: *Oportet autem, vt reor, ablationes, ac contrapositiones collaudare; illas enim à primis inchoantes, & per media ad extrema descendentes ponebamus: hic autem ab extremis ad prima gradibus*

D. Dionys.

factis ascendentes, omnia tollimus, vt ignorationem illam velamine amoto noscamus. Et rursus cap. 3. in fine: *Sed fortassis inquiras, cur à primo positiones diuinas inchoare pergentes, diuinam ablationem ab extremis inchoamus? Ob id scilicet, quod cum id ponamus, quod super omnem positionem est, eius rei significantem affirmationem oportuit ponere, quæ sibi propinquior sit; cum vero id tollimus, quod omni ablationi eminet, ab ijs quæ magis ab eo distant, auferre. An vero non magis est vita, & bonitas, quam acr, & lapis? Et magis non crapulatur, & non furit, quam non dicitur, & non intelligitur?* Quod si vltra quæras, quænam sit via potior agnoscendi Deum, atque sublimior? Dicendum est, quod simpliciter affirmatiua præcelli: tum quia negatiua per se perfecta non est, sed potius infinitam positionem ponit. Est enim affirmatio potior negatione, vt dicitur in Analyticis, quia negatio reducitur ad affirmationem, sicuti potentia in actum: actus autem prior est potentia, vt habetur lib. 9. Metaphys. Tum quia in cœlo, vbi est perfectissima Dei cognitio, non opus est negationibus, sed quisque cognoscit Deum sicuti est. Tum denique, quia Deus per affirmationem se ipsum agnoscit, non per negationem. Vnde & Nazianze. libr. Theolog. *Qui aliena*, inquit, *per abnegationem recenset, & interim quid rei sit, tacet, is perinde facit, ac si quis bis quinque quantum conficiant, interrogatus responderet, neque duo esse, neque tria neque quatuor, neque quinque, neque viginti, neque triginta, neque aliqua, vt summatim dicam, ex ijs quæ sunt citrà, vel vltra denarium, verum decem esse non diceret: hic, inquam, nequaquam scisitantis mentem in quæstione proposita vacillantem firmaret. Quandoquidem rei essentia expressa, quæ ab eadem aliena sunt, declarare, multo est leuius, & breuius, quam ex eorum, quæ non inhærent, enumeratione, ipsam essentiam demonstrare.* Et Cyril. lib. Thesau. *Quod autem ab eo quod est, quam ab eo quod non est, commodius Deum nominamus, inde perspicuum erit: nam si quis ineffabilem, incomprehensibilemq; illam naturam Deum appellabit, rectè ab eo nominauit quod est. Nam cum Deum dixit, illam naturam significauit. Si quis autem ab eo quod non est, ipsam significet, innocentem vel indepranatam appellans naturam, verè quidem dicit, sed non omnino Deum significauit. Nam homines quoque inde prauati & innocentes dicuntur; Angelos etiam sanctos tales esse credimus.* Sic ille. Quia tamen nos verbis à creaturis desumptis, & eas potius significantibus vtimur, securior est via negatiua, quæ etiam magis ad Deum, prout in se est, vadit, quam nostræ affirmationes: ob idque Dionysius dixit, cognitionem per negationes esse augustissimam, & affirmationes de Deo minus congruere. Magis etiam Deum honorat, qui cognoscit, Deum cognitione nostra minimè cognosci posse, vel comprehendi, ob infinitatem suam. Quæ licèt ita sint, tamen quia mystica, & negatiua Theologia puritate potius mentis, & precandi studio est obtinenda; ideo eam silentio venerabimur: quæ enim summa sunt, silentio honorari volunt: vt Clemens lib. 1. Recognitionum docet.

De negante Theologia Dionysius, quam de affirmante cur differat prius, eodem auctore

Vtilitas ex prædictis Deũ cognoscendi ratio alteri antecelliat.

Nazianzeni simile perelegans.

Negans Dei cognitio quid in se cõtineat excellentiæ.

Summa quę que (ait Romanus Clemens) volunt silentio honorari.

8

Duplex Theologorũ traditio.

Idem.

Ariſt.

Idem.

1. *Cor.* 13.

1. *Ioan.* 3.

Nazian. lib. 2. *Theolog. medium intus & initium.*

Cyril lib. 1. *Theſau. cap.* 1. *prope initium to.* 2. *initio.*

Dionyſ.

Cæterum via, qua per affirmationem Deum cognoscimus, diuiditur ab eodem Dionysio Epist. ad Titum, dicente: *Operæpretium est animaduertere, duplicem esse Theologorum traditionem, arcanam alteram, ac mysticam; alteram vero manifestam, atque notiorem: & alteram quidem significatiuam, ac perficientem; alteram vero sapientiæ studiosam, ac demonstratiuam.* Hæc ille, per arcanam, intelligens symbolicam, quæ de Deo aliquid per tropum affirmat. De qua cap. 3. Mysticæ Theologię ait: *In significatiua autem Theologia, quænam sint à sensibilibus ad diuina deductæ appellationes, quæ formæ diuinæ, quænam diuinæ figuræ, quæ membra, & instrumenta, quæ diuina loca, qui ornatus, qui furores, quæ tristitia, & ira, quænam ebrietates & crapulæ, quæ iuramenta, & quæ maledictiones, qui somni, & quæ euigilationes: et si quæ aliæ significantiùs figurationis, sacratius fictæ formationes exprimuntur.* Hæc ille.

Dionyſ. Epiſt. 9. *circa principi.*

Idem.

9

Per tropos & symbola in Scripturis diuina cur nobis tradatur.

Porro Scriptura frequenter ad diuina declaranda, tropos, & symbola vsurpat: vel quia nos diuina, vt in se sunt, capere non poteramus, & præstat vel crassa Minerua intelligere, quam penitus ignorare: vel quod ipsa diuina cum omnia excedant,

dant, aliter accipi, & apprehendi à nobis nequeunt: vel denique vt improbis, & indignis abscondantur, pijs vero, & studiosis detur occasio perscrutandi ea, vt sic sibi meritum comparent in labore quem adhibent, & in precibus quas fundunt ad Deum, vt Deus aperiat illis mentem ad eas intelligendas, & inuenta dulcius sapiant. Vnde cap. 2. Cœlestis hierarchiæ docet multis verbis Deum figuratè, & per tropos nobis loqui voluisse, vt nobis sese attemperet, & capacitati nostræ; & conuenientiores esse metaphoras à rebus vilioribus & dissimilioribus sumptas. Propriè autem de Deo dicuntur, quæ perfectionem aliquam innuunt, nulla aliqua limitatione adiuncta, vt sunt, ens, bonum, pulchrum, perfectum. Hinc Anselmus in Protologion doctè dixit: *Quicquid simpliciter loquendo melius est adesse, quam deesse hoc conuenit Deo cum excellentia penitus infinita: imo consubstantialiter est idem ipse, cui ait Psalmista: Tu autem idem ipse es* Hæc Anselmus, qui tribuit Deo perfectiones, sed cum excellentia infinita, & cum identitate essentiæ, sine substantiæ. Et vt negationes in Deo non sunt puræ, sed eminentiam quandam infinitam ponunt in eo præexistere, & tantum finitam, limitatamque perfectionem à Deo auferunt: ita affirmationes non dicunt finitam perfectionem in Deo; sic enim falsæ essent, sed prorsus immensam. Et ita fit, vt affirmationes negationibus non opponantur, sed Deo in omnino coincidunt, vt testis est Dionysius, in idololatras dicens cap. 1. de Mystica Theologia: *Quid de illis dicemus, qui longè imperitiores supremam illam omnium causam ex infimis quoque creaturis effingunt, nihilq; hanc excellere fictis ab se impijs, varijsq; sculptilibus autumant? cum debuerint potius ipsi omnium causæ omnes etiam rerum applicare, atque affirmare positiones, rectiusq; de ea illi omnes (vt quæ super omnia sit) negare, neque arbitrari negationes aduersari affirmationibus, sed longè prius ipsam supra priuationes esse, quæ super omnem & ablationem, & positionem est. Hactenus de his sit dictum.*

Proprię quæ de Deo dicantur.

B. Anſelm. cap. 5. *Pſal.* 101. *et Heb.* 1.

In Deo negationes quid ponant, quid affirmationes.

Aduersus idolorum cultores.

Dionyſ.

10

Dionysij Areopagitæ encomium. Tres libros potissimũ de Deo scripsit Dionysius.

Iam attende. Dionysius Areopagita, in Platonica, & Peripatetica Philosophia instructissimus, sed, quod longè maius est, Apostoli Pauli discipulus, & Christianæ Theologiæ facile princeps, inter alios doctissimos suos tractatus, tres potissimum edidit libros; quorum primum inscripsit De Diuinis nominibus, in quo ea tantum nomina, quæ perfectionem aliquam, & excellentiam continent, Deo cõuenire demonstrat; qualia sunt ens, bonum, pulchrum, perfectum, & similia. Secundum vero conscripsit de Mystica Theologia, in quo nullum nomen Deo propriè conuenire posse tradidit; & perfectius cognosci Deum per negantem, quam affirmantem Theologiam, ostendit. Tertium librum de Symbolica Theologia composuit, in quo omnia nomina, quæcunque illa existant, Deo attribui posse, ex Scripturis sacris demonstrauit. Nulla enim creatura est, quæ proprietatem aliquã non habeat, in qua Deum referat, & designet: atque ita innumera penè nomina Deus habet. Nam & cœlum, & Sol, & lux, & stella, & ignis, & aqua dicitur. Assimilatur etiam plantis, & arboribus, vnde scriptum est: *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma, &c.* Dantur etiam illi in hac Theologia nomina animalium: dicitur enim aquila, turtur, serpens, agnus, leo, & denique omnium creaturarum nomina Deus induere soleat, vt se nobis per symbola metaphoricè explicet, atque declaret. In Theologia igitur affirmante, quam in primo libro conscripsit Dionysius, paucis tantum nominibus Deus nuncupari potest: in negante vero, seu mystica Theologia, nomen habet nullum; sed silentio tantum honoratur: in symbolica vero Theologia quæ temporum iniuria intercidit, omnium creaturarum vocibus quasi adumbratur, & delineatur: atque ad hanc symbolicam Theologiam maximè spectant Parabolæ Euangelicę, in quibus Deus multas rerum species, & hominum similitudines quasi alter Proteus, propter nos induit. Et nunc quidem comparatur homini Regi, qui fecit nuptias filio suo; aut ponenti rationem cum seruis suis; aut venienti in bellum cum viginti millibus; nunc vero patrifamilias, nunc agricolæ, nunc pastori, nunc piscatori, nunc

Idem operis initio.

Act. 17.

Quibus Deũ nominibus scriptura diuina compellet, ac celebret.

Eccli. 24.

Parabolæ Euangelicæ ad quam Theologiam pertineant.

Matth. 22. *Supra* 18. *Luc.* 14. *Matth.* 13. *& alias. Infra* 21. *Ioan.* 10.

Qualis sit Domini nostri Iesu Christi doctrina.

alunc negotiatori, nunc fœneratori, & alijs permultis, quibus se Christus assimilare voluit: vt iam non tam vocibus, quam rebus ipsis, ad eruditionem nostram, se ipsum repræsentare voluerit. Est enim præclara, atque adeo admirabilis Domini nostri Iesu Christi doctrina, multisque, & illis quidem singularibus, proprietatibus à Spiritu sancto exornata, & illustrata exiſtit. Atque illud in primis magnum ei adfert ornamentum, quod non tantum verbis mortuis, aut vocibus mutis, sed etiam factis ipsis viuis, efficaciterque clamantibus nobiscum loquitur, quo à nobis magis intelligi, atque comprehendi possit, forteque proinde nobis persuadere valeat. Habet enim, præter externum literæ corticem, intus delitescentem, & suauissimè nos pascentem, atque oblectantem spiritum. Nam, vt Christus externa humanitate latitantem gestabat Diuinitatem, & nos præter corpoream hanc molem, spiritu, siue animo constamus, vt per assueta nobis & familiaria nos instrueret: ita in Euangelicis verbis, & in Sacramentis Noui Testamenti, externum quiddam quasi corpus apparere voluit, & intus diuinam quandam virtutem, & fructum spiritualem, quasi animum, contineri, nobisque exhiberi disposuit. Vt enim homines vocibus, & nominibus, quasi literis quibusdam, sua animorum sensa, & cogitationes exprimere solent; ita Deo proprium est, non tantum verbis, & scripturis, sed etiam rebus ipsis, & gestis, quasi alphabeto quodam res Diuinas, & Euangelicas repræsentare.

Matt. 13. *Ibidem. Infr.* 24. & *Luc.* 19. & *seq.*

11 Noui supra Vetus Instrumentum dignitas, & excellentia, ex quibus perspici possit. Euangelium duplici sensu nos pascit.

Quod si quisquam contendat, hoc idem Veteri Testamento commune esse cũ Euangelio: nam & illic magna est symbolorum silua, & latissimus allegoriarum campus, in quo veteres Patres magna cum iocunditate interdum spatiantur: non inficiabor: sed hoc ipsum ad gloriam Noui Testamenti spectare asseram. Nam cum veteris Testamenti Scripturæ ad Euangelium referantur, Euangelicãque doctrina non minus spiritali, quam literali sensu nos pascat: propterea magna cum Dei arte, & sapientia factum est, vt Vetus Instrumentum, quod totum symbolum quoddam erat Noui, non tantum rudiore literæ sensu, quam etiam allegorico, & mystico constaret. Habet igitur doctrina Christi, quod verbis, & factis nos instruit: habet, quod & hæc doctrina non tantum apertis, & disertis verbis prædita sit, sed etiam vmbris & figuris Veteris Testamenti sit adumbrata. Rursus & aliam sibi vendicat Euangelica sapientia dignitatem: nam ita est à Spiritu sancto contexta, & concinnata, vt & rudes & simplices fructu lectionis eius non destituantur; & magna, & excelsa ingenia, difficilia multa, & obscura, in quibus exerceri, & de sudare valeant, inueniant: quia neque semper aperta est, nec semper obscura, sed in ea potest & agnus natare, & elephas submergi, vt Magnus dixit Gregorius. Et vt causſa, quæ à Philosophis vocatur vniuersalis, diuersos effectus pro varietate materiæ operatur: Sol enim & ceram liquefacit, & gelu, rursusque lutum indurat: ad hunc modum eadem Christi doctrina, & facilis est, & accessibilis paruulis; & difficilis est, atque velata mentibus superbis, & ingenijs multum sibi tribuentibus. Ad hoc ergo præstandum Dominus parabolis multis vsus est, quibus sæpè res inuoluebat, atq; tegebat, ne omnibus, potissimum vero inimicis suis, periuiæ, & manifestæ essent. Proinde Dominus rogatus ab Apostolis, illas omnes parabolas seorsim disserebat, atque elucidabat.

Heb. 10.

Gregorij de Scriptura diuina dictum elegans.

Quare Christus parabolas vsurpauit.

Marc. 4.

12 Quæ Domini parabolę hoc volumine nõ fuerint enarratæ.

Hic igitur liber nobis instituitur, in quo parabolas omnes Euangelicas interpretari, Deo bene fauente, proponimus; imitati consilium antiquorum Patrum. Nam vel OEcumenio teste in Epistolam priorem ad Timotheũ, B. Basilius integrum in Parabolas Domini interpretandas edidit volumen: tum vt cum simul tractantur, & exponuntur, vna commentarius alterius fiat, & explicatio. Nam singulariter hoc nouo dicendi genere & Parabolas ad singula quæque explicanda adhibendi, Dominus magnis de causſis maximè est delectatus. Illud tamen hic admonendum putamus, vt, dum pollicemur omnium Parabolarum interpretationem, nemo admiretur, si quasdam in historiæ vitæ Domini nostri, vel disputa-

Oecumen. Luc. 7.

vel disputationum eius libris exposuerimus: nam ita coniunctæ erant ipsi historiæ, vel disputationi, vt inde diuelli minimè possent. Hinc est, quod parabolam duorum debitorum vnius fœneratoris, nos apud Lucam inter historica pertractauerimus: & Parabolam, *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*, apud Matthæum inter Disputationes habitas cum scribis, & Pharisæis, consulto exposuerimus: fortassis enim parabola non est, sed proprius, & simplex sermo, vt B. Hieronymus, atque alij annotarunt, etsi Apostolis visa sit parabola: sicut & illud: *Nunquid possunt filij nuptiarum quandiu sponsus cum illis est, ieiunare?* &, *Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres*, & illas Parabolas, quas teste B. Marco, Dominus dixit, quando sanato surdo, & muto, & expulso dæmone, probauit se virtute Beelzebub minimè expulisse dæmonium, Nam conuocatis eis, in parabolis dicebat illis; *Quomodo potest Satanas Satanam eijcere?* Marc. 4. cuæ in libro disputationum exponuntur. Quædam etiam sunt, quæ speciem quidem aliquam habent parabolæ, & parabolæ interdum à quibusdam dicuntur: at parabolæ eius generis non sunt, quales hoc libro tractamus. Non enim quæuis similitudo cõtinuo parabola est. Nam Dominus parabolis vti cœpit à loco Matth. 13. Sunt ergo aliæ similitudines quædam, etsi parabolis non dissimiles; vt illud apud Matthæum: *Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo*; & illud: *Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam*: quam Gregorius Nazianzenus in Carmine de Parabolis quatuor Euangelistarum primo loco recenset. Rursus; *Cui similem æstimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro*. Et illud apud Ioan. *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum*. Et iterum: *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum*. Propterea hæc, & his similia, si quæ alia sunt, alijs in locis commodius sunt à nobis interpretata, atque exposita. At quæ dicitur diuitis Epulonis, & Lazari parabola, quoniam nos eam pro mera historia habemus, & solidis, vt existimo rationibus comprobamus, merito ab hoc volumine excluſa; & in librum historiarum reiecta est, etiamsi magnam speciem parabolæ præseferre videatur: quemadmodum illa Pharisæi, & Publicani vera narratio esse videtur, quia Publicanus descendit iustificatus præ Pharisæo: tamen quia parabola à Domino nuncupata est, inter Parabolas à nobis connumeratur, & exponitur. His ergo demptis, reliquas omnes ordine temporis quo à Domino sunt dictæ, semoto, enarrabimus. Deinde illud est submonendum, Parabolas vix posse tractari, nisi explicato earum scopo, vel conclusione, & proinde opus est aliquando quædam historica præcedentia, vel subsequentia, vt melius exponantur, differere. Est autem tractatio hæc de parabolis Domini, voluptatis, & iocunditatis plena, & naturæ nostræ maximè consona, dulcissimè enim sapiunt nobis diuina, quando sensibilibus similitudinibus & exemplis explicantur atque vestiuntur. Proinde, prudens lector, attente legito, & laborem nostrum boni consulito.

Tract. lib. quarti.

Matt. 15. *Li.* 8. *tract. B. Hierony. in Matthæ.* 15. *cap. tom.* 9. *initio.*

Marc. 2. *Luc.* 5. *Tract.*

Matth. 5. *Infra* 7. *Gregor. Nazianz. circa finem operis.* *Infra* 11. *Ioan.* 15. *Infra* 16.

Luc. 16.

Infra 15.

Vtilis, imo necessaria parabolas interpretandi ratio.

(*)

R. P. AL-

R. P. ALFONSI SALMERONIS SOCIETATIS IESV THEOLOGI IN PARABOLAS EVANGELICAS quæ per annum in Ecclesia leguntur Commentarius.

SERMO SEV.

TRACTATVS PRIMVS.

Explicans quid sit propriè, & nomine, & re, Parabola; & quomodo differat ab Historia, ab Exemplo, Apologo, Prouerbio, Allegoria, & Metaphora.

I

Parabola nomine tenus quid sit.

QVONIAM de Parabolis nobis sermo instituitur, non erit ab re ab huius vocis germana significatione, & ratione, iuxta Sapientum sententiam, principium dicendi sumere. Est igitur parabola, neq; Hebræa, neque Latina vox, sed Græca tantùm, & à Græcis ad Latinos, vt pleræque aliæ deriuata, atque in eorum vsum accepta. Significat autem comparationem siue collationem, à verbo Græco παραβάλλειν, quod est conferre, siue comparare. Hinc Quintilianus inquit: Parabola, quam Cicero vocat Collationem, longius res quæ comparantur, repetere solet: vt, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm apud Vticam fecit Cato. Et in Euangelio: *Sicut in diebus Noë, ita erit & aduentus Filij hominis*. Quare audiendi non sunt, qui à lingua Latina huius vocis etymologiam petendam sentiunt. Inter quos quidam scribit, Parabolam dictam, quòd facilem ori parat bolum, vt capiatur, & digeratur quod dicitur. Vel rursus, inquit, parabola dicitur, quasi parans vela: quia tegit & velat, remq; ipsam propterea obscuram reddit: ob quem finem à Christo inuēta, & excogitata est. Sed profectò ab omni ratione alienum est, vocis alicuius etymologiam à lingua peregrina petere, vt non semel docet Hieronymus: sed cuiusuis vocabuli ratio ex propria, & natiua lingua inuestiganda est, nisi quis velit desipere. Dicuntur autem parabolæ in lingua Hebræa מְשָׁלִים à verbo מָשָׁל, quod inter alia significata, assimilare & comparare denotat: vnde liber Prouerbiorum Salomonis Hebraicè dicitur מְשָׁלֵי Misle, id est, Similitudines, siue Parabolæ. Quanquam Septuaginta interpretes Græcè παροιμίας interpretati sunt, & Latinus interpres eos imitatus, Prouerbia: Syriaca verò lingua, quia mutat elementum שׁ in ת parabolam vocat מְהָל & מְהַל methal, & mothol, & מַתְלָא & מְתָלָא methalo, & mathalo: in plurali verò מַתְלִין & מְתָרִין mathdin, & mathlin. B. Hieronymus linguarum peritissimus, admonet, magis vocem Hebræam parabolam, quàm prouerbium significare: nam

Parabola vnde dicta.

Quintil. lib. 5. c. 9. paullò à medio.

Cic. lib. 1. de Inuent.

Matth. 24.

In eos, qui vocem Parabolæ è Latino fonte deriuari contendunt.

Simon de Cassia libr. 6. initio.

B. Hieron. in lib. quæstionum in Genesim.

Cuiusuis vocabuli ratio vnde sumenda sit.

Parabolæ Hebræis vnde dictæ.

Παροιμίαι Græcè quid.

B. Hieron. in Prouerbiorū c. 1. si tamen illa commentaria eius sint.

nam prouerbium propriè apud Hebræos alio nomine vocatur, nempe, משׁלה ab acumine: quod prouerbia acutũ aliquid & sensum continere soleãt. Et profectò, si rectè rem expendas, omne prouerbium aliquam tacitam similitudinem continet, vt postea dicemus.

2 Quod similitudo latius pateat, quàm parabola. *Mar. 4. Origen. in Matt cap. 13 tom. 11. in initio.*

Etsi autem Parabola, & similitudo, synonima esse videantur, similitudo tamen generalior est, Parabola magis est specialis, vt Origines in Matthæũ annotauit. Edisserens enim illa verba Marci: *Cui assimilabimus regnũ Dei aut cui parabolæ comparabimus illud?* scribit: *Ex hoc siquidem demonstratum est, discrimen esse inter similitudinẽ & parabolam, id est collationem. Videtur igitur similitudo esse generalis, parabola verò specialis. Fortassis & similitudo, cùm vox sit maximè generalis ad parabolam, vt complectitur in se speciem parabolam, sic & similitudinem speciem cognominem voce generali.* Hæc ille, asserens nonnunquam speciei deesse speciale vocabulum, ac tunc eam generis nomine designari. Videtur ergo, quòd omnis parabola sit similitudo; nõ autem omnis similitudo parabola: Nam parabola in Euangelio nunquam sumitur nisi inducendo personam ratione præditã, vel negocium cum ratione cõfectum, vt comparetur ad personam spiritualem, vel ad spirituale & rationabile negocium. Quemadmodum Nathan propheta pulchra quadam & eleganti parabola Dauidem Regem est aggressus, nempe diuitis illius habentis oues & boues plurimos, qui, vt amico suo ad se diuertenti conuiuium exhiberet, à vicino paupere ouem vnicam habente eam illam abstulit, ex qua cibos præparauit amico suo: vt tradit II. liber Regum. Similitudo verò non tantùm actus rationabiles comprehendit, sed etiam ad res sensu præditas, vel sensu etiam destitutas comparationem facit. Hinc Sali, Luci, Lucernæ, Ciuitati in monte positæ, Stellæ, & Lampadi comparantur Apostoli. Imò quidam interdum comparantur Leoni, Lupo, Vulpi, Serpenti, Oui, Boui, Agno, & Columbæ, iuxta illud: *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces: Dicite vulpi illi: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.*

Parabolę pro similitudine, & è contrario, in Scripturis frequens acceptio. *2. Reg. 12.*

Similitudo ad quæ duo se extendat. *Matt. 5. Ibidem. Ibidem. Matth. 7.*

Luc. 13. Matt. 10.

3 Vbi Parabola voce similitudinis clarius verti potuisset ab interprete.

Frequenter tamen similitudo pro parabola, & parabola pro similitudine vsurpari consueuit, & voces confunduntur, & vna pro altera in Scripturis ponitur. Quemadmodum ad Hebr. cũ dicitur; *Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur, & vnigenitũ offerebat, in quo susceperat repromissiones*, ac subdit; *Arbitrans quia & à morte suscitare potens est Deus: vnde eum & in parabolam accepit:* vbi etiam verti poterat: In similitudinem, vel in typum adduxit: nam accepit eum vt similitudinem gestantem Filij Dei, cuius humanitas immolata est, remanente viua, & immortali Diuinitate; Humanitate verò post triduum à morte ad vitã reuocanda. Cum etiam apud Matthæum & Marcum dicitur: *Ab arbore autem fici discite parabolam*, æquè potuisset verti. Discite similitudinem, vt habet Lucas: quia illa fici figura potius est similitudo, quàm parabola.

Heb. 11. Gen. 22. Sup. 21.

Isaac Christi typus, qualis.

Matt. 24. Mar. 13. Luc. 21.

Interdum verò verbum Græcũ parabolæ interpres vertit similitudinem, vbi etiam posset retineri vox Græca. Vnde apud Lucam scribitur, Iesum dixisse per similitudinem; vbi Græcè dicitur, per parabolam. Nam Matthæus eandem historiam narrans, inquit: *Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis nõ loquebatur eis.* Nam quemadmodum genus speciem continet sub se, licet non solam, & species continet totam rationẽ generis: ita istæ voces non sine causa in Scripturis cõfunduntur. Hinc frequẽter in principio parabolæ dici consueuit: *Simile est regnum cælorum*, vel, *Regnũ Dei assimilatum est*: vel, *Regnum Dei comparatur, &c.* Interdum denique parabolam rectè vertit voce generica similitudinis, quemadmodum apud Lucã, quando ait: *Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere?* vbi Græcè habetur: *Dicebat illis parabolam.*

Vbi è contrario similitudo per parabolam aptius poterat conuerti. *Luc. 8. Matt. 13.*

Luc. 6.

Præter hanc generalem significationem 4

Parabolæ alia in Scripturis acceptio. *Psal. 68.*

Fieri in parabolam, quid. *August. in Psalm. 68. concto 1. circa finem, tomo 8.*

Sap. 5.

2. Paral. 2.

Tradere in parabolã & in exemplũ, & Latine traducere, idem esse. *Hierem. 24.*

Habac. 2.

5 Parabolæ significatus alter. *Num. 23. Infra 24. Iob. 27.*

nem, vox parabolæ in Scripturis interdum vsurpatur in malam partem; vt significet exemplum punitionis Diuinæ, vel similitudinem improperij: quemadmodum apud Dauidem dicitur: *Et posui vestimentum meum ciliciũ, & factus sum illis in parabolam.* Quod versus præcedens declarat: *Et operuit in ieiunio animam meam; & factũ est in opprobriũ mihi.* Idem est ergo dicere, in parabolam, ac dicere, factus sum illis in opprobriũ, siue in irrisionẽ: nam vt B. Augustinus in eo loco docet, *Parabola dicitur, quando datur similitudo de aliquo, quando de illo malè dicitur: verbi gratia, Pereat, quomodo ille; parabola est, id est, cõparatio, & similitudo maledicti.* Hæc Augustinus. In hunc sensum dixit Salomon: *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij:* vbi Græcè dicitur: *In parabolam improperij.* & ita frequenter accipitur in Prophetis: nam lib. Paralip. 2 ait Dominus: *Euellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo, proijciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.* Perinde ergo est tradere in parabolã, ac tradere in exemplum. Porrò tradere in aliorum exemplũ, elegãter Latinè traducere, & Græcè παραδειγματίζειν dici consueuit. Et in Hieremia clariùs explicatur modus ille dicendi: *Et dabo eos*, inquit, *in vexationem, afflictionemq; omnibus regnis terræ, in opprobriũ, & in parabolam, & in prouerbium in vniuersis locis, ad quæ eiecti eos.* Et Habacuc ita comminatur; *Nunquid non omnes isti super eum parabolam sumẽt, & loquelam ænigmatum eius, & dicetur, Væ ei, qui multiplicat non sua? &c.*

Præter hanc parabolæ acceptionem vsurpatur interdũ pro narratione obscura & eleganti, siue pro ænigmatico sermone: ita vt interdum vbi nulla est similitudo, vel comparatio, siue sit sermo Poeticis metaphoris, aut figuratis Rhetorum locutionibus depictus, & phaleratus, parabola dicitur. Hinc Balaam dicitur. *Quater assumpta parabola locutus*, id est, obscurè, & inuolutè. *Et Iob assumens parabolam suam, dixit: Vinit Deus (qui abstulit iudicium meum, &c.)* Et Dominus Isaiæ præcipit, dicens: *Sumes parabolam istam contra Regem Babylonis*: vbi vocat parabolam, audentiores figuras, & hyperboles, quibus instar Poetarum ludit Vates. Ezechiel quoque proponit parabolam Aquilæ grandis magnarum alarum, quam etiam ænigma vocat. Idem inferius scribit. *Et dixi: A, a, a, Domine Deus: ipsi dicunt de me. Nunquid per parabolas loquitur iste?* id est, per obscuros ænigmaticos sermones; nam propterea excusabant se non intelligere vaticinia quæ loquebatur. De hoc genere parabolæ, id est, obscuri & elegantis sermonis, dixit Salomon in Prouerbiis: *Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola*; siue, vt iuxta Hebraicam literam legitur, *Inæquales fuerunt tibiæ claudo, & parabola in ore stultorum.* id est: Quemadmodum in claudo tibiæ sunt inæquales, & vna alteri non respõdet, ita in ore stulti parabola & grauis sententia. Rursus in Prouerbiis, *Parabolæ, interpretationes, verba sapientum, & ænigmata*, pro eodem accipiuntur. Idem ferè in Ecclesiastico ait Sapiens: *Ex ore stulti reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo*: quo in loco parabola (hoc est, sapiens, sed obscurus sermo) extra tempus dicta reprobatur: quemadmodum in priori, quòd moribus, & vitæ loquentis non respõdeat.

Isa. 14.

Ezech. 12. Ibidem.

Infrà 20.

Prouerb. 26.

Quid illud Salomonis: Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola. *Prouer. 1. Eccles. 20.*

Isti autem tres significatus non sunt æquinoci, neq; à se inuicẽ longè diuisũcti, sed per analogiam quandã deducti: propria enim & germana significatio vocis parabolæ est similitudo, siue cõparatio, sed in secundo significatu similitudini exemplum punitionis diuinæ, vel improperium humanum adiungit, in tertio verò significatu similitudini addit sapientiam & obscuritatem. Neque mirum esse debet, si similitudines & rem ipsam inuoluant, & rursus illam eandem explicent; nam inuoluunt, quandiu non sunt interpretatæ & declaratæ: explicant, vbi sunt expositæ atque patefactæ.

6 Quales parabolæ acceptiones prædictæ sint.

Quomodo si multitudo rem eandem & inuoluat, atque explicet.

7 Parabola secundū rem, quid. *Clem. Alexand. libr. Strom. 6. inter medium, & finem, tomo 2.*

His de voce ipsa præmissis, iam ratio, siue diffinitio ipsius tradenda est, secundum quam accipitur in Euangelica doctrina. Clemens Alexandrinus libr. Strom. *Est enim*, inquit, *parabolare eiusmodi oratio ab aliquo, non proprio quidem, sed quod est simile proprio, ad id quod est verum & proprium, deducens eum qui intelligit. Aut, vt dicunt aliqui, dictio, quæ per alia, ea quæ propriè dicuntur, ostendit cum efficacia.* Et Hieronymus in Marcum (si tamen eius sunt illi commentarij) in hūc modum illam definit: *Parabola est natura discrepantiū rerum sub aliqua similitudine facta cōparatio, &c.* Quod sententiæ Donati accedit, dicentis: *Parabola est rerum genere dissimilium comparatio.* Græci verò ita definiunt: Παραβολὴ, ἐστὶ λογος ὅμοιωματικὴ ἐπὶ σαφηνείᾳ τῶν ὑποκειμένων. Hoc est: Parabola est similitudinaria quædam comparatio, ad euidentiā eorum quæ subiecta sunt, inducta. Siue si quis velit vnam ex omnibus conflare definitionem, in hūc modum dicet: Parabola est rerum, siue verarum, siue verisimilium, ad aliud significandum apposita, & artificiosa narratio, vbi in primo loco generis narratio ponitur, vt continet sub se similitudinem, siue comparationem, & tacitam vel apertā collationem. Dicitur secundò apposita & artificiosa narratio: quia etsi exemplum sensibile, vel similitudo proposita planè sit conficta, & ingenio hominum excogitata, non tamen debet esse à ratione, vel probabilitate aliena, ita vt absurdum, vel impossibile tale quid contigisse aliquando, vel contingere posse existimemus. Dicitur tertiò, rerum verarum, vel verisimilium: quia ad rationē parabolæ nihil refert, quòd exemplum ad aliud significandum adductum, aliquando acciderit, siue non. Nam illud quod dicitur de grano sinapis, & illud: *Nisi granū frumenti cadēs in terram mortuū fuerit:* & rursus id; *Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius;* & illud de fermento, *quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria;* atq; illud de pastore quærente cēteſimam ouem perditam; itemque de muliere quærēte decimam drachmam amissam, rationi minimè repugnat, aut veritati, aliquando contigisse, aut etiam nunc contingere posse, cum sint vulgatæ similitudines, ex rebus ipsis quæ quotidie cōingunt, assumptæ. Vltimo loco dicitur, rerum verarum, aut verisimilium ad aliud significandum apposita, & artificiosa narratio: quod loco differentiæ dicitur, & rationem veram parabolæ exprimit. Nam si propter se tantum illa assumerentur, & narrarentur, illa non parabolæ, sed historiæ rationem complerent.

Parabolæ definitio explicatur.

Eius prima conditio.

Secunda.

Tertia.

Matth. 13. Ioan. 12. Infra 16. Luc. 13. Infra 15. Ibidem.

Quarta ac postrema.

8 Humanæ parabolæ à Diuinis quid differant.

Sed hæc est differentia inter parabolas hominum ingenio excogitatas, & inter illas, quæ in Propheticis, & Euāgelicis literis traditæ sunt, quòd illæ sensibilibus similitudinibus cōstent ad humana negocia explicanda, vel persuadenda; quæ verò Scripturis commendatæ sunt, vt res sensibiles ad explicanda mysteria regni Dei, & hominibus persuadenda assumuntur. Quare cùm dicit Donatus: *Parabola est rerum genere dissimilium comparatio:* vel, vt Hieronymus, *natura discrepantiū rerum sub aliqua similitudine facta comparatio:* intellige, eam definitionem tam ad humanas res, quàm ad diuinas extendi. Cæterùm in hominum parabolis res externæ assumūtur ad explicandū quæ cum ratione & mente fiunt negotia: in illis verò diuinis vsurpantur comparationes sensibiles ad significanda spiritualia mysteria Euangelij, & quæ supra naturam sunt, quæ planè genere, & natura discrepant à sensibilibus. Et hactenus quid nomine, & re sit parabola: iā quomodo differat ab historia, apologo, & reliquis considerandum est.

Donat. Gramm. Hieronym. loco præcitato.

9 Parabola ab Historia quo modo diſtinguatur.

Differt igitur parabola ab historia, nam est narratio rei gestæ: parabola verò, rei fictæ, & cōpositæ. Hinc Iustinus lib. Respōsionum ad Orthodoxos, *Parabola*, inquit, *oratio est rei fictæ, ad eam quæ futura est, similitudinem complectens: Historia verò commemoratio rei factæ expositionem continens.* Hinc Damascenus in sermone de his qui in fide hinc migrarunt, prope finem, tractans de Diuitis Epulonis, & Lazari narratione, quæ habetur

Historia quid.

Iustin. martyr lib. quæstion. & respons. ad orthod. respon.

60. tom. 3. B. Damasc. inter operis medium, & finem.

habetur Luc. 16. *Ne quis*, inquit, *dicat, quòd parabola sit, propterea minus satis cō probatum quod propositum fuerat, sciat, diuinæ Saluatoris nostri parabolas rerū esse existentium, sicut in eis contenta sunt & demonstrata.* Sic ille. Quod etsi verum sit respectu illius exempli quod historia est, non parabola, in vniuersum tamen falsum est, parabolas omnes rerū esse existentium.

Cùm res fictæ, & arte cōpositæ mendacia sint, quid ad docendam veritatem valēt? *Augustin. q. 41. initio tom. 4.* Fictio quando mendacium, teste Augustino.

Quod si obijcias, res eiusmodi fictas & artificiosè compositas mendacia esse, & mendacia non esse accommodata, siue apta ad docendā veritatē Euangelicam; huius dubitationis solutionē accipiamus ab Augustino, qui lib. 2. Quæstionum Euangelicarum inquit: *Non omne quod fingimus mēdaciū est, sed quādo id fingimus, quod nihil significat, tunc est mendacium. Cùm autē fictio nostra rēfertur ad aliquam significationem, non est mendaciū, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiā ab ipso Domino figuratè dicta sunt, mēdacia deputabuntur, quia secundū vsitatum intellectum non subsistit veritas in talibus dictis.* Et infra: *Sicut autem dicta, ita etiam facta finiuntur sine mēdacio ad aliquam rem significandā. Vnde est etiā illud eiusdem Domini, quod in fici arbore quæsiuit fructum eo tempore, quo illa poma nondum essent. Nō enim dubium est, illam inquisitionem non fuisse veram: quiuis.n. hominum sciret, si non diuinitate, vel tempore poma illam arborē non habere. Fictio igitur, quæ ad aliquam veritatē refertur, figura est, quæ non refertur, mendaciū est.*

Idem ibid.

Matth. 21.

Luc. 24.

Sic & Christus fingit se longius ire apud Lucā, &c. Hæc Augustinus, docens, nō omnem fictionē, siue dicto, siue facto compositam, esse mendacium; sed illā, quæ ad aliud significandum non refertur: vnde vel fabulæ ad docendum accommodæ non sunt mendacia, multo minus parabolæ. Et Horatius prudenter admonuit: *Ficta voluptatis gratia sint proxima veris*, quanto magis ficta docendi gratia, probabilia, ac verosimilia esse debent?

Horatius in Arte.

10 Ab Exemplo in quo differat.

Exēplū Græcè παράδειγμα

Eadem ratione differt ab Exemplo, quod Græcis παράδειγμα dicitur: Nam Exemplum pars est historiæ, dum rem aliquam vt rectè factā, alterius rei gestæ similitudine defendimus: vel rem malefactā alterius pessimi criminis exemplo demōstramus: vt Dominus qui Apostolos accusatos quòd in Sabbatho vellerent spicas, exemplo Dauidis tuetur, qui quando esuriit, panes Propositionis comedit: Iudæos item nolentes audire verbum Dei, Niniuitarum Ionam Prophetam audientium exemplo & Reginæ Austri, quæ venit à finibus terræ audire sapientiā Salomonis, conuicit, & confutauit. Atq; ob hanc causam narratio Diuitis Epulonis, & Lazari, quæ exemplum à Patribus dicitur, ad historiam, non ad parabolam est referenda.

Matth. 12. Ionæ 3. Luc. 11. 3. Reg. 10. & 2. Paral. 9. Luc. 16. & seq.

11 Parabolæ ab Apologo discrimen quod sit.

Differt tertiò parabola ab Apologo, siue fabula, quod hæc sit rerum, neque verarum, neque verisimiliū ad significandū narratio: nam in Apologo rationis discursus, affectus, & voces hominum animantibus sensu rationis carentibus tribuuntur: quod veritate, & verisimilitudine caret. Dicitur porrò ἀπόλογος Græcè, ea oratio, à qua primus & verus sensus alij sententiæ accōmodaretur, & quod ab illo in hāc profici ceretur: idcirco ἀπό & λέγειν simul coniunxerunt. Apologi autem etsi vim magnam persuadendi habeant, & plurimum oblectent, ac illis frequēter vsi fuerint sapientes huius mundi, tū Philosophi, tum Poëtæ & Oratores, illisque plerumque persuaserint populis quæ volebant: Christus tamen, virtus, & sapientia Dei, illis nunquam vti voluit: tū vt distingueret Christianā philosophiam à mundi sapiētia, quæ Apologis & commendata & illustrata satis videtur, tū, ne authoritate verbi Euangelici, muta animalia sensu rationis donari viderentur: quod offenderet Iudæos rudes, & fabularū amatores. Nā nec inter Philosophos defuerunt, qui non tantùm animantibus, sed etiā plātis, & stirpibus rationē tribuebant. Tū denique ne propter confictos sensus, affectus, & linguā hominum in mutis animalibus, mysteria Euangelica per fabulas repræsentata, in suspicionē falsitatis aliquo modo venire possent. Imò, quod

A ἀπόλογος Græcè quid, & vnde dicatur.

Apologi auctoribus profanis cur tam familiares extiterint.

Quare Christus apologis minimè vti voluerit.

1. Cor. 1. 1. Timot. 1. & infra 4. & Tit. 1.

Brutos animantes non modo, sed etiam plantas ac stirpes vti ratione, quidam Philosophi putauerū

Apologis Prophetæ non sunt vsi. *Genes. 3. Num. 22. 2. Petr 2. Iudæ. Iudic. 9.*

quod maius est, in Veteri Testamento Prophetæ Apologis vsi non sunt, neq; vnquam ibi animantibus lingua humana tribuitur, nisi quod per Serpentem locutus est Satanas ad seducendum primos parentes: & per asinam miraculo loquutus est Dominus ad ariolum Balaam, vt increpareret eum. Sed hæc historica fuerunt, non conficta, aut fabulosa.

12 Libri Iudicũ elegans Apologus.

Ne tamen quid dissimulare videar; in libro Iudicũ proponitur apologus, non quidem animalium, sed, quod minus, & inferius est, arborum, siue plãtarum, quo exinde erroris ansa minus accipi posset. *Ierunt*, inquit, *ligna, vt vngerent super se Regem: dixeruntq; oliuæ, Impera nobis, Quæ respondit. Nunquid possum deserere pinguedinẽ meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusq; suauissimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear? Locutaq; sunt ligna ad vitem; Veni, & impera nobis. Quæ respondit eis,* Psal. 103. *Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? Dixeruntq; omnia ligna ad rhamnum. Veni, & impera super nos*, & quæ sequuntur. Sed hic apologus potiùs est humanus quã diuinus, Sancti viri in oliua, ficu, ac vite, impij verò in rhamno cur adumbrati sint. quia propositus non à Deo, vel vllo Propheta, sed à Ioathã filio Hierobaal, ad significandũ, iustos, & sanctos viros in oliua, ficu, & vite adumbratos, non facilè finere se promoueri ad honores & officia alios gubernandi; ad quæ tamen impij & reprobi, repræsentati in rhamno, propensi sunt, illaq; magnopere affectant. Sed, vt habet Prouerbiũ, Censor mundi Erasmus parabolas Euangelicas interdum fabulas cur ausus est appellare. Vna hirundo non facit Ver; & tam in Nouo, quàm in Veteri Testamẽto, parabolarum vsus est frequentissimus. Proinde meritò reprehendendus venit hoc loco Erasmus, quòd parabolas Euangelicas, interdum fabulas vocauerit. Sed ille accusatus eo nomine, patrocinium sibi inde quæsiuit, quòd fabula apud Latinos aliquãdo in bonã partẽ pro re gesta, & palsim diuulgata accipiatur. Fabula pro historia ferè nunquam accipitur. Sed certè nõ propterea, euadit quia rarus eius vocis est vsus in illa significatione, & plerunq; pro re ficta, & ingenio hominum excogitata vsurpari solet: atque hinc Aesopi fabulæ, & aliorum prodierunt, hinc & tragœdiæ, & comœdiæ omnes, fabulæ appellantur. Vnde Comicus dixit:

Fabula ferè quid significet.

Terent. in Prolog. Andriæ.

Poëta cũ primũ animũ ad scribẽdũ appulit
Id sibi negotij credidit solùm dari,
Populo vt placerent quas fecisset fabulas.

Et Horatius in Poëtica:

Horatius in Arte.

Neue minor, neue sit quinto productior actu
Fabula quæ posci vult, & spectata reponi.

Tragœdiæ, & comœdiæ cur fabulæ sint appellatæ.

Quanquã autem in comœdiis, & tragœdijs plurima fingantur, quæ nõ rarò solent accidere: quia tamẽn ad delectãdum tantum auditores, & ad risum excitandum, sub spe mercedis tẽporariæ ab auctore proponebantur, meritò fabulæ sunt appellatæ, quæ ad tam vilem finem spectarent. At verò quæ in Scripturis finguntur, quoniam ad finẽ humanum non pertinent, sed á Deo per Prophetas, siue ab ipso Domino Iesu Christo ad erudiendum de regno Dei, & ad inflammandum & rapiendum affectum ad diuina, hoc est, ad fidẽ, ad pœnitentiã, ad charitatẽ, & veritatẽ ipsam amplectendam tendunt, meritò factũ est, vt non fabularũ nomine, sed parabolarũ veniret: nam vt parabolæ in Scripturis cõmendantur, & ad carũ studiũ homines auocantur, tanquã familiares poëtis, qui mendacia & fictiones confectãtur iuxta nominis sui rationem; vt meritò quidam ex eis scripserit,

Quæ in Scripturis finguntur, parabolarum nomine, non fabularum cur veniant.

Ebcles 39. Ibidem.

Pictoribus atque poëtis
Quilibet audẽdi semper fuit æqua potestas.

Horat. ibidem initio.

Hinc Dauid dixit: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes; sed non vt lex tua:* vbi fabulas legi diuinæ repugnare ostẽdit. Paulus quoq; veritati fabulas opponit, dum ait: *Et à veritate quidẽ auditũ auertent, ad fabulas autẽ conuertentur.* B Petrus Apostolorum princeps dũ de trãsformatione Domini loquitur, se fabulas non sequutũ fuisse ostendit, dũ ait: *Non enim indoctas* (siue vt Græcè dicitur, σεσοφισμένους hoc est, *arte compositas, si ue doctas*, vt creditur noster vertisse interpres,

Psal. 118.

2. Tim. 4.

2. Petr. 1. Matth. 12.

Indoctas, siue doctas fabulas, apud Petrum, quid.

B. Hieronym. tom. 9.

terpres, & legit Hieronymus in 3. Caput Epistolæ ad Gal. initio, & producit Ciceronẽ Græcos appellantem ingenitam leuitatẽ, & eruditam vanitatem) *fabulas secuti. notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentium: sed speculatores facti illius magnitudinis.* Rursus Paulus à studio fabularum auocat, dum ait: *Sicut rogaui te, vt remaneres Ephesi, cum irẽ in Macedoniam vt denunciares quibusdam, ne aliter docerent; neq; intenderent fabulis, & genealogijs interminatis.* Et rursus. *Ineptas, & aniles fabulas deuita.* Atq; ita constat distinctio inter Parabolam, & Fabulam, & quare nomine fabulæ parabola nõ veniat appellanda. Non tamen dissimulandum est B Hierony. in Proœmio in Danielẽ, vocasse Belis, draconisq; fabulas, historias, quas Daniel in fine propo nit: ob quod à Ruffino fuit accusatus. Sed Hieron. dictum suum tuetur vocis ambiguitate: nam fabula à fando dicitur: & quicquid in vulgus spargi solet, siue verum, siue falsum, fabula dicitur. Vnde Iuuenalis:

1. Tim. 1.

Infra 4.

Idem B. Hieron. tom. 5. circa finem.

Fabula à fando dicta.

Iuuenal. satyra 1.

It noua, nec tristis per cũctas fabula cœnas.

Orige. tom. 1. initio. Genes. 19. Euseb. cap. 21. sub initium. Clem. Alexand. tom. 1. Hieron. tomo 9. Iudic. 13. 14. & 15.

Origen. homil. 3. in Genes. loquens de Loth, ait: *Post hæc iam refertur illa famosissima fabula, in qua scribitur filias eius* (Loth, scilicet inebriati) *arte furatas concubitum patris.* Euseb. quoque lib. 3. Histor. Eccles. ex Clem Alexan. sermone producit: *Audi inquit fabulam, & nõ fabulam, sed rem gestam de Ioanne Apostolo, & memorijs omnium traditam.* Et Hieron. in Epist. ad Philem. *Longum est diuersa Iudicũ gesta percurrere, & totam Sampson fabulam ad veri Solis (hoc quippè nomen eius sonat) trahere sacramentũ.* Et idem ad Castrutium: *Et ne*, inquit, *veteres replicando historias, lõgum faciam, & excedam mensuram epistolæ, breuem tibi fabulam referam, quæ infantiæ meæ temporibus accidit. B. Antonius cùm à sancto Athanasio, Alexandriæ Episcopo, propter confutationem hæreticorum in vrbem Alexandriam esset accitus; & isset ad eum Didymus, vir eruditissimus, captus oculis, inter cæteras sermocinationes, quas de Scripturis sanctis habebant, cùm eius admiraretur ingenium, & acumen animi collaudaret, scisciatans ait: Num tristis es, quòd oculis carnis careas? Cùm ille pudore reticeret; secundò, tertioq; interrogans, tandẽ elicuit vt mœrorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius: Miror*, ait, *prudentem virũ eius rei dolere damno, quam formicæ & culices habent: & non lætari illius possessione, quam sancti soli, & Apostoli meruerunt* Hæc ille, vocans historiam fabulam, sicut alio loco narrationes Sampsonis, & Origenes rem gestã Loth famosissimam fabulam appellat. Et cùm is, de quo verba facimus, incogitantibus nobis adest, soliti sumus dicere, Lupus est in fabula, id est, colloquiò & confabulatione nostra, etiamsi seria & vera tractemus.

Sampson, Solnerus, interpretatur.

Idem epist. 34. sub finẽ tom. 1. ante medium.

Didymus Alexandrinus ab Antonio reprehensus, quod cæcita-

tem suam ægre ferret.

Antonij Abbatis viri sanctissimi aureum dictũ.

13 Parabolæ ab Allegoria diff crimen.

Differt etiã quartò Parabola ab Allegoria, quatenus in Scripturis proprius vsus est allegoriarũ: quia allegoria in re aliqua vera & historica nititur, & inde ad alia significanda sensus allegoricus adducitur; proinde semper allegoria ponit sensum literalẽ, & historicum. At parabolicus sensus haud ponit similitudinem rei gestæ, quasi sic acciderit, sed quia sic accidisse fingitur, ad docendum: & ideò sensus literalis parabolæ nõ est is, quem prima facie voces significant, sed qui per res vocibus significatas designatur. Præterea, sensus allegoricus per historias Veteris Testamenti ad significanda mysteria Noui, quæ fide suscipienda sunt, aut certa spe in cœlo expectanda, aut vitæ nostræ actionibus comprobanda, adhiberi consueuit. Et loquor nunc de allegoria in sua plenitudine, quatenus vocum est, & rerum: vocum quidem, vt est perpetua Metaphora totius orationis, ac non vnius tantũ vocis, vel dictionis: rerum verò, in quãtum per res quasdam corporeas alias spirituales & nobiliores significat: & prætereaomnes sensus mysticos & spirituales complectitur: nam ita illa voce interdũ Patres veteres vtũtur, quanquã posteriores non absurdè distinxerint inter Allegoriã, quæ tradit illa tãtum, quæ fide credenda sunt, & Anagogiã, quæ præmia in cœlo reposita à nobis sunt expectanda, & inter Tropologiã, quæ mores no-

Sensus literalis parabolæ quis.

Allegoriæ in Scripturis vsus qualis sit.

Quemadmodum Allegoria, Anagogia, & Tropologia inter se distinguãtur.

res nostros virtutib. instruit, & format. Interdū etiam per facta, & gesta Christi, quæ credenda sunt, siue speranda, aut factis nostris exprimenda, pulchrè adumbrantur: vt Lib. 6. latè docuimus. Est enim ἀλληγορία oratio in qua verbis vtimur à propria significatione cōuersis ad aliud significandum: aut per res ipsas propriè significatas, nobiliores alias, & præstantiores intelligi volumus. Parabola verò non nititur historiæ, siue rei gestæ, sed verisimili narrationi, ad exprimenda ad literam non tantū ea quæ Noui, sed etiam ea, quæ Veteris Testamenti sunt, vt apertè docēt nonnullæ parabolæ, sed præsertim illa hominis descendentis ab Hierusalē in Hiericho, & incidentis in latrones, qui fingitur vulneratus, & spoliatus in via relictus: quem semimortuum neq; Leuita pertransiens, neque Sacerdos, sed tantum Samaritanus quidem illac iter faciens cōmiseratus est, & sanandū in se recepit. Vbi lex Leuitæ Moysi, & sacrificium Sacerdotis Aaron infirma ostenduntur ad hominem iustificandū & sanandum, quem solus Iesus, in Samaritano repræsentatus, sanum & iustum efficere potuit.

Libr. 6. de Miracul. Allegoria quid.

Luc. 10. Parabola Samaritani allegoriam quā elegantē contineat.

14 Vera Allegoria quid, & quotuplex.

Porrò vera Allegoria, & cuius nomen cum definitione congruit, est apud Rhetores, figura aliud dicens, & aliud intelligens simile. Cuius species sunt ἀπόλογος, de qua suprà dictū est, & παροιμία, de qua infra dicetur; & αἶνος & μῦθος. Est autem μῦθος, siue fabula, oratio, falsa, repræsentans veritatem. Et distinguitur ab αἶνος, quod fabula ad pueros, αἶνος ad viros dirigatur: quæ non solùm habet persuasionē, sed exhortationem, siue παραίνεσιν. Est autem αἶνος, dictum, non qualecunq;, sed laude dignum, atque admiratione: quod propter obscuritatem solis sapientibus notum esset. Vnde ænigma, quod idem videtur esse cum αἰνίγματι, à verbo αἰνίζειν. Porrò ænigma, est oratio obscura, rem notam, quam significat, ambagibus tegens: qui etiam grÿphus dictus est. Differt quintò à Prouerbio siue adagio, quod Græcè dicitur παροιμία ἀπὸ τριόδου: quæ vox non tantū viam significat, vt sit quasi tritū & vulgare, sed etiam verbum significat: vt sit paroemia παροίκιον id est, præter, vel iuxta primum verbum, & ab eius sensu, veluti alterum verbum, & sensus alter. Sicut Prouerbiū, non quasi porrò verbum dicitur, vt quidam docent, sed quòd ipsum primum verbum pro alio verbo, id est, sensu ponitur. Adagium quasi circumagium, quòd circū agatur, teste Varrone, passimque per ora hominum obambulet, siue potiùs quòd è sua prima & propria significatione agatur ad aliud iudicandum. Definitur autē Prouerbium, breue quoddam & celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne; vt sunt illa Augusti Cæsaris prouerbia: Sat citò, si sat bene: &, Bellum esse, annulo aureo piscari: &, Festina lentè, & similia. Quanquam illa definitio prouerbii non satis apta esse videtur, nam quadrat cuiuis scientiæ propter celebritatem. Deinde paroemia desinit esse quod est, cū exuerit tempore nouitatem. Et quomodò quæso, nouum erit, quod tritum esse & peruulgatum oportet.

Inter parabolam & prouerbium assignatur discrimen.

Prouerbium vnde suum nomen accipiat.

Adagium cur ita dictum.

Prouerbium quid.

15 Verior altera Prouerbij definitio assignatur.

Veriùs ergo sic definietur: Prouerbium, est oratio vulgata, allegorica, siue mauis Latinè dicere, alludens, aut innuens. Quoniam verò prouerbium, breue est, & proinde obscurum (sicut & parabolæ, quas propterea Dominus Apostolis, etsi longiores, explicabat, quòd obscuræ essent) & plerunq; aliquam similitudinem continet: ideirco prouerbij ratio parabolæ valde est cōiuncta. Imò omne prouerbium tacitā quandam includit similitudinem; vt proinde omne prouerbium sit parabola, non contrà, omnis parabola prouerbium: & vnum pro altero interdū ponitur. Vnde promiscuè dicitur, Liber Prouerbiorum Salomonis, & Liber Parabolarum: & promiscuè dicitur: Ponam te in parabolam, & ponam in prouerbium, vt apud Hieremiam vidimus. Et cùm Dominus ait: *Vtiq; dicetis mihi hanc parabolam* (sic enim Græcè legitur, vbi nos similitudinem habemus) *Medice, cura teipsum*: vbi parabola apertè pro prouerbio ponitur, vt doctè annotauit

Prouerbio quam affinis parabola, atque coniuncta.

Hierem. 24. *Luc. 24.*

Theophyl. in Lucam. Exech. 18.

Illud Ezechielis, Patres comederunt vuam acerbā, & dentes filiorum obstupescēt, quid significet.

Hieron. in Exech. lib. 6. initio.

Prouer. 10.

15 Vbi Prouerbium pro parabola positum fuerit.

Ioan. 16.

Ibidem.

Ibidem.

Theophyl. in Ioannem.

notauit Theophylactus. Quemadmodum apud Ezechielem, vbi nos habemus: *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israël, dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescent*, iuxta Hebræum dicitur: *Quid est quod inter vos parabolicè loquimini parabolas istas?* vbi profectò parabola pro prouerbio sumitur: nam potius formam prouerbii habet, quam parabolæ illud, *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorū obstupescunt*, idē est ac si dixisset: vt vertit Chaldæus Paraphrastes: *Patres peccauerunt, & filij vapulant*. Siue potius dici potest prouerbium parabolicum, quia similitudinem quandam in se complectitur. Et ideirco doctissimè Hieronymus illum locum transtulit: *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium?* quasi ex similitudine aliqua prouerbium constituissent, quod Deus peccantibus parentibus, non parentes, sed filios puniret: quod tamen falsum est. Nam scribitur in Prouerbiorum libro: *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum in via.* Ex quo perspicuum est non aliorum dolere dentes, & obstupescere, sed eorum tantum, qui vuam acerbam comederint.

Sicut ergo parabola ponitur pro prouerbio, ita interdum prouerbium pro parabola vsurpatur. Vnde apud Ioannē Dominus dixit: *Hæc in prouerbiis locutus sum vobis: venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis sed palam de Patre annunciabo vobis.* Et infra dicunt Apostoli, *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis*. vbi prouerbia vocat Dominus obscurè dicta, vt illud, *Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrē*: ac rursus: *Mulier cum parit, tristitiam*, & reliq. in quibus locis prouerbia videtur vsurpasse pro parabolis. Et Theophylactus in illa verba: *Hæc in prouerbijs locutus sum vobis, Paroemia*, inquit, *est sermo obliquè, & occultè, ac per parabolam totum argumentum ostendens, vt sermo de muliere pariente, parabolam esse declarat.* Et alibi: *Hoc prouerbium dixit eis Iesus, pro, hanc parabolam, nempe: Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, &c.* Est autem latissimus prouerbiorum campus in diuinis literis, quæ Nouum & Vetus Testamentum complectuntur, ita vt Polydorus Virgilius librum integrū septingentas, & eo amplius prouerbiales sententias ex canonicis scripturis desumptas contexuerit, earumq. vsum explicauerit ac declarauerit. Porro sententia, quæ Græcè Γνώμη vocatur, dictum est verum, & ab omnibus receptum, atque probatum: quæ interdum prouerbium esse potest: quemadmodum & apophthegma, quod significat breue, scitè, ac argutè responsum, vt scomma, falsè, & acutè in alios dictum.

Supra 10. *Polydorus Virgil.*

Γνώμη Græcè quid, & Apophthegma significet.

Scomma quid.

16 Parabola à Metaphora in quo discrepet.

Differt postremo à metaphora, quæ tantum in verbis consistit, ob similitudinem aliquam vnum pro altero verbū non sine quadam gratia & venustate vsurpando. In metaphora verba transferūtur, vt id, *Thesaurizas tibi iram. Thesaurizate thesauros in cœlo*, vbi & in bonum & in malum metaphora thesaurizandi vsurpatur. Ita etiam metaphoricè dicitur, *Nolite proijcere margaritas vestras ante porcos*: & in parabola verba non transferuntur, sed propriè sunt accipiēda, & per illa propriè accepta alia repræsentanda, vt, *Simile est regnum cœlorū thesauro abscondito in agro, aut homini negociatori, quærenti bonas margaritas.* Parabola vero in rebus ipsis sita est. Et in metaphora vnica tantum est locutio, quia non est aliqua comparatio: in parabola vero semper duplex est sensus, & sensibilis, & intelligibilis, ad quem sensibilis manu ducit. Oratores, & Poetæ metaphoris vtuntur, ad res ipsas sua natura viles & cōemptibiles exornandas & illustrandas, Scriptura vero, quia de altissimis differit, ad res ipsas aliqua similitudine explicandas, quæ nobis in se ipsis reconditæ sunt. & implicitæ. Gratiæ igitur immensæ Deo habendæ sunt, qui vt se ipsum humanitate indutum a nobis spectari decreuit, ita Scripturas sacras, & parabolis, & metaphoris, quasi pulchris quibusdam coloribus depictas, & quasi luminibus quibusdam

Rom. 2. *Matth. 6.*

Infra 7.

Infra 13. *Ibidem.*

Metaphoræ aliter ab Oratoribus, & poëtis aliter in Scripturis vsurpantur.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

busdam nobis cognitis illustratas illas conscribi, & exhiberi nobis voluit; vt diuina Sacramenta intelligentes, progressus magnos faciamus ad penitius inspiciendum ipsum Dominum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto sempiternus honor, gloria, & imperiū reddatur ab omni creatura, in secula seculorum. Amen.

TRACTATVS II.

In quo agitur, quibus de causis Dominus noster Iesus Christus parabolis frequenter vti voluerit.

1 QVAM ob rem Dominus Iesus in disseminanda doctrina Euangelica consultò fabulas & apologos nō vsurpauerit, præcedēti tractatu a nobis expositum est. Quòd etiā parabolæ non debeant fabulæ nuncupari, vt quidam sine ratione fecerunt, abunde ibidem demōstratum fuit. Iam hoc loco seriò tractandum est, magno diuinæ sapientiæ consilio factum, vt Euangelica philosophia non nisi sub parabolis & similitudinibus, quasi pulchris quibusdam, atque honestissimis, oculosque nostros delectantibus indumētis ornata traderetur. Et in primis ab extrinsecis caussis auspicabimur; deinde penitiores, & magis intrinsecas rationes, & ab ipso Christo Domino in Euangelio adductas explicabimus.

Erasmus Roterodamus.

2 Quod igitur Dominus frequenter parabolas vsurpauerit, in primis factū est, quia illarum vsus apud sapientissimos virōs frequentissimus fuit: vnde Xenophon, & Plato parabolis abundant: Pythagoræ Symbola circumferūtur, qualia sunt: *Ambulandum per diuerticula: Ignem gladio ne fodias: Hirundinem domi non permittas: A faba abstine*, & pleraque alia, quibus ille singularia ad virtutem monita, atq; incitamenta tradebat. Extant & Hieroglyphica sacerdotum Egyptiorum, & quæ originem acceperunt à Mercurio Trismegisto, in quibus non tantum disciplina bonorum morum, & diuini cultus, sed etiam quæ ad alias disciplinas, & communem hominum conuictum faciunt, Symbolis explicantur. De quibus breuiter, & succincte scripsit antiquus auctor Horus, sed latè, & fusè nostro seculo Pierius Valerianus: quorum vt gustum aliquem tibi exhibeam, prudens Lector audi. Annum designabant sculpto serpente in circulum deflexo, cuius cauda in os ingrediebatur: nam vt serpens in se ipsum flectitur, ita annus in se ipsum conuertitur. Deum denotare volentes, sculpebant oculum cum adiuncto baculo, vt Cyrillus in Iulianum docet, quòd Dei sit cuncta perspicere vt oculus, & cuncta virtute sua sustinere, vt baculus, siue cunctos pro suis malefactis punire. Regem significant per apem sculptam, quæ mel dulce habet, & aculeum: quod regis munus sit clementiam, vt mel, habere, & iustitiæ aculeo quemque pro delictis suis debitis supplicijs plectere. In Scripturis etiam inuenimus insignis sapientiæ viros illis frequenter vsos fuisse: vt constat de Iob, Nathan propheta, Etaia, Ieremia, Ezechiele, & cæteris prophetis: sed inter alios Salomon in illis inueniendis, & dissoluendis præstantissimus artifex extitit. Dicitur enim in III. Regum volumine: *Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia*. Iosephus etiam contra Apionem Grammaticum tradit, Hiram Regem Tyriorum, Dauidis, & Salomonis amicum, problemata multa, & parabolas inter se inuicem dissoluendas proposuisse: sed in earum dissolutione præcelluisse Salomonem. Mos enim olim erat, vt eiusmodi ænigmata & parabolæ in commune proponerentur, sub certo præmio reddendo ei, qui melius nodum dissoluisset. Quod constat factum fuisse in nuptijs Sampsonis, vbi proposuit problema: *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo*. Moris igitur omnium sapientum erat, problematis, & parabolis vti. Siquidem ab artibus,

Ægyptiorum hieroglyphica sacerdotū à quo primū inuenta, & quem ad finem.

Horus Scriptor vetus.

Pierius Valerian. nouus auctor.

Eiusmodi hieroglyphica quænam illa.

Cyril. libr. 9. aduersus Iulianum, nos procul ab initio, to. 2.

Regis munus quod.

Sacri & diuini scriptores qui fuerint parabolis vsi.

Iob. 27.
2. Reg. 12.
Esa. 14.
Ezech. 17.
3. Reg. 4.

Numerus parabolarū Salomonis quis & Carminū eiusdem.

Iosef. libr. 1. contra Apionem Grāmaticum, inter initium & medium.

Parabolarū apud Iudæos & ænigmatū olim frequētissimus vsus.

Iudic. 14.

artibus, & disciplinis, quas quisq; consuetudine, & exercitatione bene notas, & comprehensas habet, comparationes & similitudines producere solet, quibus animi sui cogitationes, & sensa cōmodiùs & apertiùs exprimere valeat. Hinc Hieronymus in cap. 1. Amos eleganter ait: *Naturale est, vt omnes artifices suæ artis loquantur exemplis, & vnusquisque in quo studio finiuit ætatem, illius similitudinem proferat: verbi gratia, qui nauta est & gubernator, tristitiam suam comparat tempestati; damnum naufragium vocat; inimicos suos, ventos contrarios appellat. Rursum prosperitatem, & lætitiam, auram placidissimam, & secundos nominat ventos, tranquilla maria, & æquora, campi similia. E regione miles quicquid dixerit, scutum, gladium, loricam, galeam, lanceam, arcum, sagittam, mortem, vulnus, & victoriam sonat. In ore philosophorum semper Socrates, & Plato, Xenophon, & Theophrastus, Zeno & Aristoteles, Stoici versantur, & Peripatetici. Oratores Lysiam & Hyperidem, Periclem, & Demosthenem, Gracchos, Catones, Tullios, & Hortensios, in cœlum laudibus fuerunt. Poëta, si Epici sunt, Homerum atque Virgilium: si Lyrici, Pindarum, & Flaccum crebro sermone concelebrant.* Hoc Hieronymus sanè pereleganter. Non igitur mirum est, si diuina sapientia, quæ olim per Prophetas in parabolis luserat, carnis vestimento induta, mysteria regni cœlorum sub inuolucris prouerbiorum tradere voluerit.

Hieronym. tom. 6.

3 Deinde nihil noui Dominus attulit, hoc docendi genere vsurpato: quia iam olim per Prophetam prædictum fuerat, Dominum Iesum parabolis vsurum. Vnde Tertullianus libro aduersus Marcionem, *Nec forma*, inquit, *sermonis in Christo noua, cum similitudines obijcit, cum quæstiones refutat: de septuagesimo septimo venit Psalmo: Aperiam, inquit, in parabolam os meum, id est, similitudinem: eloquar problemata, id est, edisseram quæstiones.* Hæc ille ex Propheta, vbi nos legimus: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio*; siue, vt Matthæus vertit, *Eructabo abscondita à constitutione mundi*. Ad hæc Psal. 48. *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam*; siue, vt LXX. habent, *problema*. ex Hebræo verò vertit Hieronymus, & alij, *ænigma*, id est, quæstionem obscuram, & multis ad soluendum difficilem. Tertiò, delectatus est Dominus parabolis, quod ad bonos attinet, ob earum fructus, & vtilitates. Inter quas primum locum habet, quod sit aptissimus, & accommodatus modus docendi simplicem populum, qui Scripturarum sacrarum testimonia, & ratiocinationum pondera & syllogismos non ita capere solet, quemadmodum similitudines, & parabolas, quæ ex manifestis & sensibilibus ratiocinātur, & rem veluti præsentem oculis subijciunt, vt potius spectari, quàm audiri videantur. Estq; modus nobis proprius ac congenitus: nam necesse est intelligentem phantasmata speculari, id est, rerum species, & similitudines: & familiare nobis est, à sensibilibus ad intelligibilia cum delectatione assurgere, à carnalibus ad spiritualia, à terrenis ad cœlestia, & ab humanis ad diuina. Hinc Hieronym. in Matthæum scribit: *Familiare est Syris, & maxime Palæstinis, ad omnem sermonem suum parabolas iungere; vt quod per simplex præceptum tenere ab auditoribus non potest, per similitudinem, exemplaq; teneatur.* Hæc ille. Quod si forte obijcias; quomodò parabola eruditat, docetque, cum Dominus per eam tegere, & velare, & potiùs claudere mysteria regni Dei videatur, quam aperire? Respondeo, hæc minime repugnare: integra enim parabola rem tegit, & claudit; fracta autem, & explicata rem aperit. Quemadmodum icon, siue imago depicta, si detecta sit, & nullo velo inuoluta, docet, & declarat; tecta verò neutrum officium præstat: ita Dominus parabolis integris, & non expositis loquebatur ad populos, Apostolis vero seorsum, quasi velo ablato, omnia differebat & explicabat: qua explicatione adhibita, maxime eruditebantur de regno Dei, & mysteria eius patefiebant. Ita Aristoteles Alexādrum Magnum (vt fertur) dolentem de edi-

Tertia ratio.

Parabola quā varium vsum præstet auditoribus.

Arist. libr. 3. de anima text. 39.

Hieron. in Matth. cap. 18. paullo à medio. tom. 9

Syri, maxime Palæstini ad omnē sermonem suū parabolas

Cur iūgerent, testē Hieronymo.

Quomodo parabola doceat, cū ea ad tegenda mysteria regni Dei Dominus vteretur.

Simile.

Marc. 4.

Secunda ratio.

Psalm. 77.
Matth. 13.
Tertul. lib. 4. aduersus Marcio. inter med. & initium.

Matt. 13.

Cur Dominus Iesus parabolis frequenter vti voluerit.

Prima ratio.

Symbola Pythagoræ quò tenderent.

Aristotelis de physico auditu de suis libris iudiciū.

tione librorum suorum de physico auditu se inconsulto, eum consolatus est, libros eiusmodi, dicendo, editos esse, & non esse: propterea quòd obscurè, & rectè scripti essent.

4 II. fructus parabolarum.

Alter fructus est, quod doctrina parabolis tradita, miris modis affectus nostros concutit, voluntatemq; nostrā ad quodcunq; velit permouet, propter collationem sensibilium ad spiritualia: & magis delectat quam metaphoræ, & figuratæ locutiones in oratione. Cui rei exemplo esse potest apologus ille Demosthenis ad Athenienses propositus. Cum enim Philippus rex Macedonum illorum imperio insidias tendens, nihil ab Athenienſibus extorquere posset, scripsit Philippus, vt si in cæteris voluntati suæ morem gerere recusarent, sibi in hoc ei satisfacerent, vt Demosthenē, & quosdam alios primarios ciuitatis viros, qui ei maximè reclamabant, ad se transmitterent: hanc eius technam Demosthenes, in oratione ad populum habita eiusmodi apologo detexit. Finxit enim bellum irrecōciliabile & diuturnum inter oues & lupos olim extitisse, inposq; de reconciliandā pace legationem honestissimam ad pastores mississe, nempe ea se lege firmam pacem cum illis seruaturos, si canes omnes custodie gregis deputatos, ab ipsis abiectos ad se transmitterent. Hac ille arte elusit dolum, & fregit omnes Philippi conatus. Christus etiam Dominus, quoties volebat, vt Iudæi nescientes in se ipsos sententiam dicerent, per parabolas extorquebat. Nam in parabola proposita de vinea, ignorantes quò Dominus tēderet, ad verbum Domini: *Quum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? responderunt: Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.* Et tunc Dominus subiunxit: *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Ad eum modū Nathan cum proposuisset parabolam Dauidi, respondit Dauid: *Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Tunc dixit Nathan ad Dauid: Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem.* Vides igitur

Cur parabola maiorem quàm metaphora vim habeat oblectandi.

Elegans Demosthenis apologus.

Matt. 21.

2. Reg. 12.

quantam vim habeant persuadendi parabolæ, vt vel ab hostibus extorqueant sententiam contra se ipsos.

5 Tertius fructus parabolarum.

Tertius fructus est, quia parabolæ fortissimè corroborant, & confirmant memoriam. Nam vt species intelligibiles sensibilibus speciebus affixæ, tenacius hærent memoriæ, & fidelius illis commissa retinent; vt constat ex his adiumentis, quæ memoriæ locali seruiunt, & ex illis symbolis externis, quæ in recordatione alicuius rei adhibere solui sumus: ita parabolæ, & similitudines hunc vsum nobis præstant, vt propter illas memoriam rerum spiritualiū fidelius custodiamus. Etenim vt puella, quæ multitudinē pretiosarum margaritarum habet, valde anxia est, qua ratione vniuersas illas seruare queat, eas primò perforat, & filo forti simul colligat, & appendit collo, vel brachio: & iam secura quòd nullaex eis perire possit, quiescit: simili ratione cùm viri docti, & verbi Dei ministri multa pretiosa & præclara populo proponūt, ne aliquid eorum, quæ dixerunt, à memoria auditorum excidere possit, dare operam debent, vt proposita aliqua accommodata comparatione, seu similitudine, quasi filo forti gemmas connectente, illa omnia vinciant, atque colligent. Ob hanc causſam Dominus vt populo legis Dei obliuioso succurreret, fimbrias in vestibus gestare præcipiebat, vt diuinæ legis recordarētur: quòd sensibilia mirum in modum conducant ad spiritualia in memoriam reuocanda.

Qualis parabolarum doctrina.

Verbi Dei ministri in docendo quid obseruare debeant.

Fimbriæ Iudæis, in fronte; phylacteria cur gestanda mandato Domini.

Num. 15. Deut. 22.

6 Quartus fructus.

Quartus fructus est, ad velanda, & tegenda diuina mysteria, atq; ita canibus, & porcis occultanda. Hæc autem ratio explicata est à Domino apud Matthēū, Marcum, ac Lucā, vbi dicitur: *Vobis datū est nosse mysterium regni Dei, cæteris autē in parabolis; vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Marcus verò inquit: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant; ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.* Matthæus verò sic

Matth. 7. infra 13. Marc. 4. Luc. 8.

rò sic habet. *Et accedentes discipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Idcò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligūt. Vt adimpleatur in eis prophetia Isaiæ dicētis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & nō videbitis. Incrassatum enim est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Vestri autem beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiūt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.* Hæc Matthæus. Marcus verò, & Lucas finitis his verbis, addunt similitudinem quandam: *Nemo autem Lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non est enim occultum, quod nō manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.* Hæc omnia dicta sunt à Domino, vt rationem redderet Apostolis, cur in parabolis loqueretur. Quæ omnia diligenter sunt hoc loco excutienda, atque explicanda, cum hic Tractatus hoc ipsum tractandum susceperit.

Isa. 6. Ioan. 12. Act. 28. Rom. 11.

Mar. 4. Luc. 8.

7 Quid Apostoli a Domino quæsierint: an cur in parabolis loqueretur eis, vt Matthæus: an quemadmodum Marcus & Lucas volunt, quis esset parabolæ sensus.

Primum igitur apud Matthæum interrogant Apostoli, cur in parabolis loqueretur? Lucas verò, & Marcus referunt interrogasse quis esset sensus parabolæ. Sed hæc facile conciliantur, si dicamus Apostolos vtrumque interrogasse, & cur in parabolis loqueretur, & quis esset intellectus huius parabolæ. Deinde in reddenda responsione ad primam interrogationē perpende, Dominum non totam causſam reddere, ob quam loqueretur in parabolis, sed tantum quatenus attinebat ad reprobos, & malignos, qui erant in turba admixti: quod & ex textu ipso comprobatur. Non enim Discipuli quesierunt, cur in parabolis loqueretur, sed quare in parabolis loquebatur eis, turbis scilicet, quæ Domino non credebant, quas a se Discipuli separabant. Ratio etiam idem persuadet: quia constat, plures a nobis adductas esse rationes, propter quas Dominus illis vti voluerit. Et certe quod attinet ad bonos, & fideles, quales erant Discipuli, Dominus parabolas vsurpabat, vt eorum animos desiderio discendi accenderet, ac mysteria regni Dei dulcius illorum mentibus instillaret. Quod vero ad non omnino malos, siue ad electos, nondum tamen vocatos, spectabat, proderant hæ similitudines, vt non intellectæ potius venerarentur, quam intellectæ fastidirent. Quod ad reprobos vero turbæ permistos attinebat, quales erant Scribæ, & Pharisei, eadem causſa vsus est parabolis, quam hic Dominus explicauit: quoniam videlicet indignis mysteria regni Dei celanda erant, & abscondenda.

8 Quomodo verum sit, Christum locutum in parabolis; vt videntes non videant, &c.

Primus sensus.

Ezech. 18. & 33.

1. Tim. 2.

Psal. 50.

Rom. 5.

Aduertendum est tertio, breuissimè Lucam, & Marcum se expedire, explicando cur scilicet in parabolis ad populum loqueretur, videlicet, *Vt videntes nō videant, & audientes non intelligant.* Vbi ne videatur Dominus velle mortē peccatorum, aut ob id in parabolis loqui, vt non posset intelligi: quodrepugnaret sanè bonitati suæ, & Scripturæ dicenti: *Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,* particula illa, Vt, secundum quosdam, nō est accipienda per modum finis, siue causſæ, non enim ob hanc causſam Dominus loquebatur in parabolis, vt ipsi non intelligerent: sed accipienda est per modū consequutionis, siue sequelæ. Ex eo enim quod Christus obscurè, & in parabolis loquebatur, consequebatur, vt illi videntes non viderent, & audientes nō audirent. Et frequens est in alijs locis huius vsus coniunctionis in hac significatione. Ita enim dicitur: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Et Paulus: *Lex subintrauit vt abundaret*

mundaret delictum. Et iterum: *Oportet hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* In quibus locis, Vt, non causſam, ſed conſequentiam rerū ſignificat. 1. Cor. 11.

9 Alter ſenſus. Mar. 4.

Alij verò cauſſam deſignari volunt illa coniunctione; ſed cùm addit Marcus, *Ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata*, particulam, *Ne quando*, pro qua Græcè eſt μήποτε, capiunt pro Si quando: vt accipitur in poſteriori ad Timotheum: *Cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati; ne quando Deus det illis pœnitentiam, ad cognoſcendam veritatem*, pro, ſi quando, vel, ſi fortè, μὴ enim apud Græcos non ſemper eſt negantis, vel prohibentis, ſed etiam dubitantis. Vt ſit ſenſus. Ideo Dominus in parabolis loquutus eſt quibuſdam, vt non intelligerent myſteria regni Dei, & non intelligentes non crederent ad tempus; ſi quando vel hac ratione conuerterentur, & à ſua incredulitate, & pertinaci obſtinatione ſanarentur. Quem ſenſum B. Auguſtinus attingit libro Quæſtionum Euangeliorum ſecundum Matthæum. Et quanquam hic ſenſus verus, & commodus ſit; tamen B. Matthæus clariùs loquens explicauit, particulam illam alia ratione per modum cauſſæ intelligendam; ait enim: *Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.* Id eſt: Quia videntes videre nolunt, & audientes nolunt audire, ſed repugnāt, & externo Dei verbo, & agnitæ veritati reluctantur, & inſpirationi intus ſuadenti renituntur. Videntes enim ſigna, & tribuentes ea Beelzebub, non videbant: & audientes doctrinam Chriſti, & illam vt humanam, vel diabolicam, & legi Moyſi oppoſitam calumniantes, non audiebant, neque intelligebant, vt à peccato ſanari poſſent. Vnde Clemens Alexand. libr. Stromatum: *Propterea, inquit, Dominus, loquor eis in parabolis: quod videntes non vident, & audientes, non audiunt, & non intelligunt, non quòd eos Dominus præbeat ignorationem; ſic enim ſentire eſt nefarium, ſed quod eam quæ inest, propheticè arguerit, & ea quæ dicebantur, non eſſe intellecturos iudicarit.* Sic ille.

B. Augu. libro Quæſt. Euang. ſecundum Matth. cap. 14. initio tom. 4.

In eum ſenſum quid obijci poſſit.

Matth. 12.

Clem. Alexan. lib. 1. Strom. initio tom. 11.

Quartò confirmat Dominus ſuum dictum ſententia Iſaiæ dicentis: *Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius.* Id eſt, voluntas pinguedine affectuum craſſa effecta eſt, vt non poſſit verum lumen cernere. Et cauſſam ſubiungit: *Et* (pro quia) *auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt* (nempe veritati Euangelicæ: vnde colligimus, craſſitudinem eam cordis, & grauitatem aurium non eſſe naturæ, ſed voluntatis, & arbitrij culpam, vt monet Hieronymus) *Ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant & conuertantur, & ſanem eos.* Id eſt, ſic ſe gerunt, ac ſi hoc ipſum velint, quia planè ſequitur, licet nolint. Nam ſic ſoliti ſumus de præcipitanter currente dicere, nempe velle eum impingere, vel cadere; id eſt, facere ea, vnde ſequatur impactio, ſiue caſus, quem ipſe voluntate antecedente minimè vult. Sic etiam de infirmo ad mortem laborante, & præſcriptis à Medico cibis non vtente, ſed ſanitati ſuæ contrarijs, verè dicimus; Hic non vult ſanari; hic mortem ſibi ipſi conſciſcere tentat. Et ita, vt cauſſam reddat, & locus ex Iſaia citatus ad hoc. Propterea enim Dominus in parabolis loquebatur, vt impleretur Scriptura Prophetica de eorum excæcatione prænunciata.

19 Iſa. 6. Quid ſit illud Iſaiæ: Incraſſatum eſt cor populi huius.

Craſſities cordis Iudæorū qualis, teſte Hieronymo. Hieron. in Matthæi 13. cap. tom. 9.

Exemplo illuſtratur hic locus.

Quod ſi quis dicat, rationem allatam à Matthæo, repugnare cum ratione allata ab alijs duobus: aliud eſt enim, Videntes non videant, & aliud, quia videntes non vident; dicendum eſt, veriſimile eſſe, Dominum vtrumque dixiſſe, quo intelligeremus, partim ipſorum demerito, partim iuſtæ Diuinæ voluntati tribuendum, quod reprobi iſti auditores à CHRISTO minimè illuminarentur; ideò Matthæus vtramque rationem eſt complexus (ſi tamen illæ diuerſæ fuerunt) illa ſententia: *Quia enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.* Quia enim dixerat:

11 Matthæi cū Marco, Lucaque ijs in verbis, Vtvidentes non videant, conciliatio.

dixerat: *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cælorum, illis autem non eſt datum:* quod à Diuinæ gratiæ dono pendere ſignificaret myſteriorum regni Dei cognitionem, ne intelligeres donum illud gratiæ contingere ſine noſtro libero arbitrio, idcircò apte ſubiunxit illam ſententiam, qua oſtendit Diuinæ voluntatis diſpoſitionem congruam ex parte ipſorum hominum, & quodammodo eos. qui myſteriorum intelligentia donantur, eam promereri: eos verò, qui ea non donantur, eam demeruiſſe. Nam *habenti*, & recto habitorum donorum vſu promerenti *dabitur* vt abundet: non habenti autem, nec habitis recte vtenti, *auferetur quod videtur habere.* Et ideò illis in parabolis fit Domini ſermo: atque in hunc ſenſum vtitur Dominus hac prouerbiali ſententia ex vulgo deſumpta, & hoc loco, & Matth. 25 & Luc. 19.

12 B. Hieronym. li. 3. in Iſaiā tomo 5.

Eſt autem teſtimonium Iſaiæ citatum, iuxta Septuaginta Interpretum verſionem, ſicut & Actuum vltim. & ex parte Ioannis 12. & Romanorum 11. nam iuxta Hebræam lectionem aliter habet; ſic enim vertit Hieronymus: *Auditu audite, & nolite intelligere: & videte viſu, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude; ne fortè videat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanetur.*

Diuinus ſermo quid propriè ſibi vendicet.

Quæ verba ob id mutata fuerunt à Septuaginta Interpretibus, vt quidam ſentiunt, ne videretur Deus auctor eſſe malorum, cum tamen Diuini ſermonis ſit proprietas, vt mali alicuius iuſſio, vel imprecatio nihil aliud ſit quam præmonitio mali a Deo irato permittendi. Sic enim dictum eſt Iudæis: *Soluite templum hoc*: & Iudæ: *Quod facis, fac citiùs.*

Ioan. 2. Infrà 13.

13 Quo beatiotes fuerint Apoſtoli Prophetis teſtimonio Chriſti.

Quinto, ſubdit Dominus: *Veſtri autem beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt.* Id eſt, quia videre, & audire diſiderant, & ad videndum, & audiēdum ſe præparant, & accommodant: quia tales apti eſtis, qui veritate Euangelica perfruamini. Felicius enim eſt mente, & corpore percipere Meſſiam & myſteria regni Dei; quia plus illis per mouemur, quam ſola mente, vt antiqui Prophetæ, & iuſti, qui cupiebant veras Meſſiæ audire, & reddere voces. *Abraham*, inquit Dominus, *exultauit vt videret diem meum: & vidit; & gauiſus eſt.* Beatius etiam fuit corpore & mente ſimul accipere myſteria Meſſiæ, quā ſolis oculis, & auribus externis ſine animo & mente percipere, vt increduli faciebant Iudæi. Idcircò Dominus diſcipulos ſuos non tantum cum reprobis comparat Iudæis, ſed etiam cum Prophetis, cū Regibus, & iuſtis, & omnibus illis eos anteponit: vt ita à Domino commendati, progreſſus maiores facerent in agnoſcendis regni Dei myſterijs, quæ illi ſua die erant pro illuſtranda Dei gloria, & multorum ſalute, per totum orbem diſſeminaturi.

Supra 8.

Cur id Dominus teſtari voluerit.

Quod verò Dominus comminatur: *Vt videntes non videant*, intellige, vel ſemper, ſi ad cor non redeant: vel ad tempus, vt poſtea humiliati videre, & intelligere poſſint. Atque ita loqui parabolicè cauſa eſt, vt illi non videant: & nolle audire, cauſa eſt vt Chriſtus vtatur parabolis tegentibus veritatem. Atque hic eſt apertus, & præclarus ſenſus horum verborum, quę primo aſpectu difficilia apparent: atque illis mirificè congruunt verba Domini apud Ioannem, cum de Phariſæis dixit Cæco nato: *In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.*

Ea comminatio, Vt videntes non videant, quatenus accipienda ſit.

Ioan. 9.

Iam meritò obijcies, Cur Dominus Ieſus, ſapientiſsimus magiſter, ita prædicauerit: vt intelligi ab auditoribus, & capi non vellet? cùm is ſit finis dicendi, vt quæ docemus, maximè cupiamus ab auditoribus intelligi. Dicendum eſt, expedientiſsimum fuiſſe, imò neceſſarium, Dominum in parabolis loqui, quia ſic tantum poterant audire eū turbæ. Dicitur enim apud Marcum: *Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire. Sine parabola autem non loquebatur eis. Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.* Dominus enim ab initio manifeſtè cœpit

14 Quare Dominus Ieſus ita docuerit, atq; prædicauerit, vti ab auditoribus ne intelligeretur. Mar. 4.

Matt.5.6.7. pit prædicare eis de regno Dei, vt testatur sermo Domini in Monte, doctrinamque suam miraculis cœpit confirmare, neque turba simplex libenter Dominum audiens merebatur excæcationem. Sed quia inter auditores quidam ex Iudæis præ inuidia omnia calumniabantur; & vt ansam haberent accusandi eum, obseruabant eius sermones & opera; hinc factum est, vt Dominus videns eos insanabiles, indignosq. facto s, qui apertè doctrinam Christi intelligerent, cœperit parabolis veritatē Euangelicam velare. Non enim tulissent eum tam magnifica de se, suoque verbo prædicantem, quia humanitate, & humilitate sua offendebantur: neque Deum, neque magnum illum nuncium proditurum ex tanta humilitate putabant: obstabantque non tantum Iesu verbis, sed etiam Diuinę inspirationi.

Iudæi qui se insanabiles suo vitio reddiderint.

Matth.7. Iesus ergo, ne sanctum daret canibus, aut margaritas proijceret ante porcos; & qui dictum esse volebat quod dicendum erat; & nō volens offendere, quos sanare cupiebat, mysteria regni Dei parabolis prudentissimè texit: vt & quæ dixit, non essent illis dicta, sed abscondita & celata; & tamen bonis essent aptè & sitauiter dicta, quia omnia aperiebat illis seorsum. Nam mysteria regni Dei simpliciter menti humanæ recondita sunt & incomprehensa, quāto magis, si tegantur parabolis? Ideo opus fuit, vt Christus parabolas aperiret Apostolis, & per illos alijs, qui cum fide, & humilitate ad amplectendum Messiā veniebant. Fecitque Dominus cum Apostolis, & Iudæis eum calumniantibus, quod paterfamilias cum filijs & canibus facere solet: nam carnes ossibus hærentes, & medullam filijs donat, canibus verò nuda proijcit ossa.

Mar.4.

Christus Dominus Apostolos & turbas non sine parabolis alloquens quē admodum egisse videatur.

Quod verò Matthæus & Marcus addunt: *Et sine parabolis non loquebatur eis:* exponit Augustinus, quod in omni sermone ad turbas, inamiscebat parabolas; aut, vt Chrysostomus enarrat, significare voluisse, Dominum tunc sine parabolis nihil locutum, quanquam alijs tēporibus pleraq; sine parabolis docuerit turbas. Quare quod infrà dixit Matthæus, locutum esse Dominum in parabolis multa, non accipias ideò dici multa, quia nō omnia, sed quia omnia multa erant.

Ibidem. Matt. 13. August. Chrys. in Matthæum hom. 46. item. 2.

Air autem Marcus: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.* Vobis nimirum credentibus, qui venistis domum, & cupidi estis interrogandi, sciēdique, & denique omnibus non abutentibus ex malitia eo quod habent. *Illis autem, qui foris sunt*, id est, extra domum fidei, qui veritatem non amant, nec ad eam capiendā se disponunt, *In parabolis omnia fiunt*. Et proinde Christus dixit, quantum opus fuit, & quantum poterant illi audire: & non dixit, quatenus illis non detegebat, neque explicabat parabolas. Atque hæc eadem est causa, cur Prophetæ tot inuolueris verborum, tot parabolis, & similitudinibus prophetias inuoluerint suas: vt planè non filo Thesei in tanta Labyrintho, sed spiritu Dei duce opus sit ad illas Scripturas enucleandas atq; explicandas. Nam si apertè de Regibus, & populis sui seculi prophetassent, & de aduentu Messiæ, periculo mortis manifestè se exposuissent; & Reges, ac populus libros eorum, vel discerpere, vel comburere tentassent. Ideo Prophetæ illi sanctissimi, atque sapiētissimi tectè, & sub metaphoris & figuris locuti sunt; vt & dicerent quæ dicēda erant de Messia, & populo illo, quæ tantum à bonis intelligebantur: & illis, qui carnales, & indigni erant, dicta non essent.

Quibus datū sit nosse mysteriū regni Dei.

Quibus vero in parabolis omnia fiant.

Cur Prophetę in suis ad populum vaticinijs atque sermonibus obscuritatem affectarent.

Tertio explicandum est verbum illud Mathæi primo loco dictum, *Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorū, illis autem non est datum.* Quæ sint mysteria regni cœlorum, in explicatione primæ parabolæ patefiet. Quod hæc nosse datū sit Apostolis, ex Diuino amore potissimum est; deinde etiam ex eorum assensu, & dispositione, quod diuinis non reluctarentur, sed sitibundis animis cœlestia mysteria exciperent. Quod vero alijs non sit datum, ex eorum incredulitate, ac indispositis mentibus profectū est, qui donanti Deo inspirationem obsistebant, & dona Dei spuebant, & respuebant. Propterea sequitur: *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit.* Vult dicere:

Apostolis nosse mysteria regni cœlorum cur datum, cæteris vero non item.

Illud: Qui habet, dabitur ei, & abundabit, quid significet.

cere: Qui bene vtitur Dei talentis, dignus est vt plura ei conferantur: qui autem habitis, malè vtitur, dignus est vt illis spolietur. Quicunque ergo ex malitia abutitur dono quod habet, vel naturæ, vel gratiæ, dignus est vt & ipso do no gratiæ spolietur, & natura ipsa priuetur: quatenus ab eo tollitur, non quidem natura ipsa, vel ratio, sed ne natura bene vti possit, cum velit, qui noluit, cū potuit. Eucherius Lugdunensis in hæc verba aptè scribit: *Verbi gratia*, inquit, *vt si fidem habens, charitatem non habeat, etiam ipsa fide careat, quam fortè habere videbatur.* Theophylactus in Marcum: *Illi enim dabitur, qui alacer est, & diligens: ab eo autem qui segnis fuerit, ac ignauus, tolletur etiam quod videtur habere. Propter ignauiam enim extinguitur etiam parua scintilla quam habet, sicut per alacritatem reaccenditur.* Hilarius in Matthæum: *Regni mysteria fides percipit. Hæc in quibus fuerit, proficiet, & incrementis profectus sui abundabit: in quibus vero non fuerit, etiam quod habent, auferetur ab eis. Damnum scilicet legis ex fidei inopia declarat: quam fidem Iudæi non habentes, legem quoque quam habuerant, perdiderunt.* Hęc illi Patres. Augustinus Lib. De Doct. Christiana, habentem intelligit eum, qui cū benignitate vtitur eo quod accepit; vnde eum qui non habet, rectè intelligimus, non eū qui nihil accepit (omnes enim dona eius accepimus) sed qui quod accepit, non expendit in iustum vsum, sed per ignauiam perire finit. Habens ergo, hoc loco dicitur is, qui habet desiderium, & conatum ad spiritualia, vel fidem, & deuotionem ad Christum: qui dignus est vt ei mysteria regni Dei reuelētur. Non habere autem dicitur, qui prædictis caret: à quo auferetur, quod videtur habere, quia vlla alia non dabitur alias danda cognitio, Deo occurrēte, quia non ediderunt fructum in doctrina à Christo audita. Ita habentem brachia, aut crura paralytica, dicere cōsueuimus eum brachijs, & cruribus destitutum, eo quod illorum membrorum rectum vsum non habeat. Dixit autem Dominus obscura, & non intellecta; vt Iudæi tunc, & postea Discipuli quærerent, & sic futuri omnes erudirentur.

Eucherius Lugdunen. lib. quæst. Noui Testa. in Marcum, initio. Theophyl. in Marcum, initio. Hilar. Can. 13. in Matthæum, initio.

Augustl. li. 1. De Doctri. Christ. c. 1. to. 3. initio. Per habentē, vel non habentem, quid secundū Augustinum.

Quinto inspicienda est similitudo, quam Marcus & Lucas parabolæ seminantis iam interpretatæ adiecerunt. Ait quippe Marcus: *Nunquid venit Lucerna vt sub modio ponatur, aut sub Lecto? nonne vt super candelabrum ponatur? Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, quod non veniat in palam. Si quis autem habet aures audiendi, audiat.* Hæc similitudo exposita est apud Matthæum de Apostolis, & ijs, qui locum eorum sustinēt. Hic tamen videtur eò spectare, vt intelligant Apostoli, se illis non propterea parabolam priorem exposuisse, vt perpetuo illam celent, sed vt suo tempore alijs aperiant. Quasi dicat; Fax est per me in vobis accensa, vt vestro ministerio discutiat tenebras totius mundi. Nunc quidem multa celamus multitudinē, quoniam nondum est capax: & si esset, nondum venit tempus; quod vbi aduenerit, nihil est inter vos tam arcanum, & absconsum, quod non sit patefaciendum, & palam prædicandum. Nihil etiam est in Prophetis tam absconditum de me, quod non sit à vobis manifestādum, ac detegendum ad mundi vtilitatem. Super candelabrum habituri estis Lucernam doctrinæ accensam, & suo tempore parabolas declaraturi; aut id ipsum, quod parabolis continetur. Sic ergo quod erat dicendum, cum id ferre nondum possent, ita dixit, vt cum declararetur, dictum fuisse scirent; ante declarationem verò pro non dicto haberetur. Nam potuisset aliquis aliquando obijcere: Non hoc vel illud dixit Iesus: quibus Apostoli aliqua parabola exposita satisfacere potuissent. Et vt illos excitet, subdit: *Si quis habet aures audiendi, audiat.* Quasi dicat: Nemo sinat hæc verba sibi excidere, sed & det operam vt intelligat. Quod si non potest intelligere, veniat ad me, & ego illi explicabo. Et ne veritas intellecta, & in iniustitia malę vitæ detenta illi noceat, det operam vt illa opere præstet: *Quia intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Præterea ne talenti abs-

17 Mar. 4. Luc. 8.

Quorsum hæc similitudo fuerit producta? Nunquid venit Lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? & reliq.

Matth. 5. Lib 5.

Ad quid à Domino sit dictum: Si quis habet aures audiendi, audiat.

Psal. 110. Matth. 25.

conditi crimen incurrat, caueat ne qui habet verbi Dei notitiam, metu aliquo mundi, aut carnis, ab illius prædicatione cesset. Per vasi enim & lecti nomina, carnem: per lucernam verò accensam, typicè verbum Dei intellige. Ac subdit Marcus: *Videte quid audiatis.* Id est, Curate ne frustra audieritis, nimirùm vt non sitis tantùm auditores verbi, sed etiam factores: nec tantùm factores, sed etiam apud alios prædicatores. Non enim auditis humanas fabulas, sed cœlestem doctrinam per vniuersum orbē vestra opera diffundendam. Subiungitque: *In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, & adijcietur vobis*, significat: Si vos, quæ auditis, absconderitis: & vobis alia alij abscondent, & ego tam auaris non multa tribuam. Nolite ergo esse parci, aut ignaui dispēsatores doctrinę, quam vobis impertio: largiter effundite, quandoquidem vestra liberalitas non diminuetur, sed augebit quod habetis. Pecuniæ autem thesaurus exhauritur liberalitate: hic thesaurus cœlestis, quò benignius impertietur, hoc magis cumulabitur. Neque vt pauperior est qui largitur opes suas egentibus, ita indoctior est qui doctrinam Euangelicam quàm plurimis communicat. Vnde meritò subiungit: *Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet auferetur abeo.* Quod superiùs expositum est. Nam habetur apud Matthæum 13. capite, & in parabola de talentis, & apud Lucam: *Omni*, inquit, *cui multum datum est, multū quæretur abeo: & cui commendauerunt multum, plus petent abeo.* Et hactenus de quarto fructu dictum est.

Vasis, & lecti nomina: & per lucernam accēsam mysticè quid. *Iacob. 1. Rom. 2.*

Illud explicatur: In qua mensura mēsi fueritis, remetietur vobis.

Matth. 25.

Luc. 22.

18 Quintus fructus parabolicæ doctrinæ.

Quintus verò fructus, quem Dominus ex parabolis elicit, est, & humilitatis & diligentiæ. Cùm enim parabolæ obscuræ sint, difficultatesque non paucas contineant, coguntur auditores, vt sensum earum percipiant, & humiliter & submisse de se sentire, & alios peritiores consulere, vel ad Deum per preces & supplicationes pro earum intelligentia occurrere, & cum Apostolis dicere: *Domine, edisſere nobis hanc parabolam.* Et ita fructus humilitatis ex obscuritate parabolarum proficiscitur, atque adeo ex humilitate intelligētia ipsa. Nam ita dixit Dominus: *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*: & alibi: *Vbi est humilitas, ibi & sapientia.* Deinde oritur etiam fructus studij, operæ, & diligentiæ in illis ponendæ. Nam, teste B. Augustino, *Obscura & difficilia in Scripturis magna ingenia exercent, & somnum oscitantiamq; discutiunt, vt ad fructum intelligentiæ perueniant. Hinc beatus dicitur, cuius voluntas est in lege Domini, & in ea meditatur die ac nocte.* Parabolæ autem salebras suas & difficultates habent, vt constat ex libro Parabolarum Salomonis, & ex illis Prophetarum: sed maximè ex ipsis Iesu Christi, quoniam præter tres aut quatuor, quas Dominus exposuit, reliquas non est interpretatus: vt cùm labore & studio quæsitus fuerit à nobis earum intellectus, atque inuentus, plus sapiant, & animi palato reddantur suauiores. Quippè ita natura comparatum est, vt quæ cū maiori nostro labore & conatu assequimur, magis nos oblectēt, & pluris illa faciamus. Hinc ad studium parabolarum exhortans nos Spiritus sanctus Ecclesiastici, 39. ait: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.* Hæc ille: vbi sapienti viro declarat, Prophetarum, & antiquorum Patrum doctrinam non esse negligendam, vel oscitanter & somniculosè legendam, sed intento, & diligenti studio: vt possit in versutias parabolarū simul introire cum illis, qui eas composuerunt, & protulerunt. Et posit occulta prouerbiorum exquirere: id est, latentem, & occultum eorum intellectū aperire: Et in absconditis parabolarum conuersari: id est, vitæ suæ conuersatione traducere, iuxta sensum absconditum, & quæsitum ab auctoribus parabolarum, maximè autem illarum, quas ore suo sanctissimo nostrā ad eruditionem,

Matth. 11.

Vbi sapiētia teste Salomone.

Prouer. 11.

B. August. in Psalm. 140. initio tom. 8. & alibi passim.

Quē fructum pariat obscuritas scripturarum.

Psalm. 1.

Quæ magis afficiāt nos.

Prophetarum & antiquorū Patrum doctrina sapiēti viro quanti facienda.

In absconditis parabolarum (vt ait Sapiens) conuersatur quis.

ditionem, & salutem pronuntiauit diuina illa & æterna sapientia, nempe Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre & Spiritu sancto omnis reddendus est honor, sapientia, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

TRACTATVS III.

De ratione venandi sensum germanum & literalem in Parabolis.

1 Triplici ex capite potissimùm parabolarum obscuritas pendet.

VEmadmodum vtiles sunt parabolæ, & iocundæ naturæ nostræ, ita etiam intellectui difficiles interdū existunt & molestæ: tota tamen earum difficultas ex tribus capitibus pendere videtur, nempe ex radice & cortice, & medulla earum, siue fructu. Radicem in illis metaphoricè vocamus scopum, in quem tendit parabola: Corticem, similitudinem sensibilem, quæ adhibetur: Fructum, siue medullam intelligimus, sensum spiritalem per corpoream similitudinem significatum & intentum. Hæc autem tria, quia vel non bene apprehenduntur, & cogitantur, vel quia vario modo à diuersis concipiuntur & considerantur, in causa sunt, vt tanta Patrum in exponēdis parabolis diuersitas orta sit, quę attestatur earum difficultati: quemadmodum dubia magna circa earum intelligentiam emergentia, & Apostoli rogātes Dominum vt eas sibi edisſereret, earundem obscuritatem ostendunt.

Matth. 13. Ibidem, & Infra 15.

2 Radix, & cortex parabolarum, quam patiatur difficultatem.

Ex radice igitur, siue scopo, solet surgere parabolæ difficultas, quia sæpe difficile apprehenditur, quò tendat Dominus, quæ sit eius mens, & quis animus, & in quem maximè finem parabolam inducit, interdū illū nō aperit Euangelium. Hinc Hieron. epist. ad Damasum, vbi parabolam edisserit Villici iniquitatis, ait: *Itaq; sicut in cæteris parabolis quæ non sunt à Saluatore disertæ, quam ob causam dictæ sint, solemus inquirere, ita & in hac, &c.* Deinde ex cortice siue similitudine sensibili inducta, obscura redditur nobis parabola, nam illæ res, quæ alio tēpore, & in alia regione, vulgares erant & vsitatæ, nobis, qui in remotissima ab illa regione habitamus, & tēpore longè sumus posteriores, vix notæ sunt, quia nec in vsu eas habemus, nec historici, aut alij auctores mores illos, & consuetudines nobis tradūt: quēadmodum lusus ille puerorum clamātium in foro, qui tibijs cantabant, & lamentabantur. Talia sunt multa nobis parum comperta, vt Denarius diurnus datus pro mercede diuina laborantibus in vinea: Vnctio capitis: Vestis nuptialis: Vtres veteres: Virginum exitus cū lampadibus, ad occurrendum Sponso, & Sponsæ: Serui præcincti cū lucernis ardentibus, & similia multa. Neq; mirādum est, si Iudæorum in Syria habitantium consuetudines parum sint nobis compertæ, qui & loco, & tempore lōgè sunt à nobis disiti atque disiuncti, cum plerunque Gallus, aut Germanus, Italię sibi contiguæ & vicinæ mores exploratos non habeat; vel rursus Italus mores Gallorum aut Germanorum sui seculi non intelligat.

B. Hieronym.

Mores, & cōsuetudines Iudaicæ. *Matth. 11. Matth 20. Supra 5. Infra 22. Supra 6. Infra 25. Luc. 12.*

Tertiò, oritur difficultas ex medulla, siue fructu: quia comparationes sensibilium ad spiritualia exactæ & præcisæ esse non possunt: vnde vel excedunt, vel exceduntur. Et quia omnia & singula videntur non posse applicari: vt quòd Dominus laudauerit Villicum iniquitatis, qui clām, & furtim bona domini subtrahēdo, vitæ suę prospexerat: Quod murmurauerint accipientes denarium, eo quòd alij, qui hora vndecima venerant ad laborandum in vinea, in mercede sibi coæquarentur: Et frater senior murmurauerit, quòd fratrem suum iuniorem, de regione longinqua redeuntem, magnis lætitiæ signis, & conuiuio pater exceperit. Et talibus interdum angustijs premuntur parabolarum interpretes, vt non defuerit, qui dixerit, *Difficile esse illas applicare, si non impossibile*: quod verbum, tanquam in Spiritum sanctum contumelioſe iactatum mihi videtur: frustra enim, ac sine fructu, per parabolas tradita esset

3 Fructus, seu medulla parabolarū quid etiam difficultatis habeat. *Infra 16. Matth. 20. Luc. 24.*

Qui difficilē, si non impossibilē parabolarū applicationem arbitrantur, quā temere illi & sentiant, & loquantur. *Caietanus in Lucæ 6. 16.*

set Christi doctrina, si eas applicare, esset impossibile: esset que planè fatuam reddere diuinā Sapientiā, quæ per absurda, vel per ea quæ fieri nequeunt, homines rationis compotes docere voluerit, vel planè fatuum & stultum se ostēdit ille interpres, qui eam parabolam, quam ipse applicare non nouit, simpliciter pronuntiet applicari non posse: hoc enim est hominis de se arroganter sentientis, & plus quam par sit, suo ingenio tribuentis.

4 Parabolarum intelligentiæ canon omni acceptione dignus.

Statuendum igitur est in primis, & tanquam certus canon veritatis indagandi stabiliendus, nihil falsum, nihil absurdum, nihil impossibile in parabolis Domini contineri: quia falsa & absurda homines ratione præditos non possunt erudire de spiritualibus, & regni Dei mysterijs. Deinde illud quoque asserēdum est, sensum parabolarum literalem illum non esse, quem voces immediatè, iuxta Grammaticā significant: sed quem res ipsæ corporeæ, & nobis cognitę & familiares vocibus significatæ repræsentant; qui sensus spirituale aliquid, & ad regnum Messiæ, siue verbum eius spectans continet, vt Patres docent: nam ille est animus respectu similitudinis, quę est, vt corpus, & fructus respectu foliorum arboris, & nucleus respectu corticis. Proinde etsi aliquis fructus in cortice parabolę inueniri possit, non est tamen ille vt præcipuus, & principalis, colligendus: quia vt nauis vsus tantùm est, vt perueniamus ad portū, & vehiculi, vt in domum deducat: ita tantum corticis literæ ratio habenda est, quatenus ad sensum spiritalē, similitudine sensibili repræsentatū deducat. Tertiò, ad sensum verum venandum illud summòpere conducit, si attente & diligenter scopum eius, quē Dominus inspexit, inspicere possimus. Et quemadmodum Græci fabularum siue apologorum sensum ex profabulatione, vel affabulatione, vel, vbi illa desint, ex ipsa fabula venandum esse docent, ita enim illi loquūtur μῦθος προμύθιον ἐπιμύθιον: ita in parabola faciendum esse existimo, vt diligenter inspiciamus proparabolam, vel epiparabolam, vel, si illa desint, ipsius corpus parabolę considerandū, & ex præcedentibus, & subsequentibus formandū est de scopo parabolæ iudicium. Est autē proparabola gustus quidam & delibatio parabolæ, qui de more parabolam præcedere solet, vt prologus agendæ fabulę præmittitur, quasi gustus quidam eius: vt cum Luc. c. 14. *Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendēs quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Quū inuitatus fueris ad nuptias*, & sequentia: illud enim, intendens quomodò primus accubitus eligerent, indicat quò tendat illa parabola, nempe contra superbos, & eos, qui primas cathedras affectant. Epiparabola autem est conclusio ipsius parabolæ, siue fructus eius: quemadmodum parabola illa magna Decem Virginum, etsi caret proparabola, habet tamen epiparabolam: nam ita cōcludit, *Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam*: eò igitur tota illa tendit parabola, vt vigilantes simus. Simili ratione fabulas Græci exponendas esse tradunt, vel ex profabulatione, quæ gustus est futuræ fabulæ, vel ex affabulatione, qui fructus est fabulæ.

Proparabola quid sit.

Quid verò epiparabola. *Matth.* 13.

Sensus parabolarum præcipuus, & maxime intentus quis ille.

Qualis fructus corticis parabolæ tūmodo videre debeat. Vnde fabularum, seu apologorum intellectum Græci venari soleant.

Profabulatio Græcis quid, & Affabulatio.

5 Parabolæ, proparabolis, epiparabolisve deficientibus, sensus, ex quo loco desumendus erit. *Matth.* 14.

Quod si parabola illis duobus præsidijs destituatur, ita vt non explicetur similitudo, & potiùs allegorici sermonis vel ænigmatis speciem habeat, tunc ex ipsa parabola, siue ex alijs similib. alio loco dictis, vel ex præcedentibus, vel ex subsequentibus verbis Euangelistæ, vel ex Patrum veterum, & Doctorum commentarijs sensus venandus est. Nam Christus interrogatus domi ab Apostolis, omnes parabolas edisserebat, & per illos alijs traditus earum sensus, qui ad nos vsque peruenit. Quartò statuendum est ex doctrina B. Chrysostomi homil. 16. in Epistolam ad Romanos, nō opus esse nimia cura in singulis parabolarum verbis anxium esse: neque in singulis eius partibus adaptationem & accommodationem ad rem ipsam spiritalem, & intentam inuestigare. Quēadmodum enim Sancti Veteris Testamenti, vt Abraham, Isaac, & Iacob, Ioseph, Moyses, Dauid, & Salomon, figura CHRISTI, & typus extiterunt, non

In parabolis vbi minimè immorandū teste Chrysostomo. *Chrys. to. 4.*

Veteres sancti, & iusti legis antiquæ quatenus Christū adumbrauerint *Genes.* 27.

Num. 20. 2. *Reg.* 11. 3 *Reg.* 11. *& seq.*

non tamen in omnibus suis actionibus, sed in excellentibus tantum, heroicis, atque illustribus. (Nec enim Iacob mendacium dicens patri, aut Moyses, siue populus Israël diffidentia Dei laborans ad aquas Contradictionis, aut Dauid mandans occidi Vriam, aut Salomon cum tot alienigenis vxoribus coniunctus, illorumque dijs templa ædificans, typum Christi gesserunt) ita etiam in similitudinibus assumptis à Christo minimè opus est, vt res sensibilis adducta in parabola, in omnibus Christum referat, sed in his tantùm, ad quæ assumpta est. Vt autem hæc sensibili quodam exemplo magis perspicua ac dilucida reddamus, cogita, prudens lector, te mensæ accumbere: proponitur gladius, quo panem, & carnes secare valeas: certum est, gladium non omni ex parte scindere, sed ex vna tantum; nec enim per manubrium secat, neque per partē obtusam oppositam aciei, neque per cuspidem, sed tantum per aciem, siue acutam partem secat. Et tamen nemo sanæ mentis dixerit, aut manubrium, aut cuspidem, aut partem obtusam oppositam aciei, necessaria non esse ad scindēdum: nam etsi per seipsa non scindant, seruiunt tamen, vt pars, quæ acuta est, & ad secandum nata, scindere fortius, & commodius valeat: nam sine illis profectò acies minime scinderet. Ita in parabolis multa adferuntur, quæ etsi per seipsa sensum spiritalem non efficiant, conducunt tamen, vt parabola per eam partem scindat & secet, ad quod præstādum ab auctore proposita fuerat. *Solo item vomere*, teste Augustino, *terra proscinditur, sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria.* Et soli neruiin cytharis, atque huiusmodi vasis ceteris aptantur ad cantum, sed vt aptari possint, insunt & cætera in compaginibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa resonant, his annectuntur. Ita in Prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ nihil significant, sed quibus adhæreant quæ significant, & quodammodo religentur. Hinc pulchrè Origenes in cap. XIII. Matthæi. *Quemadmodum in imaginibus*, inquit, *ac statuis similitudines non ex omni parte respondent ijs, ad quæ conferuntur. sed in plano quidem ligno, vt exempli causa loquamur, cera depicta imago. superficie tantùm cum colore similitudinem habet, verùm non seruat depressiones, atque eminentias, sed harum rerum significationem tantum. In fingendis verò statuis similitudinem, quæ est secundum eminentiam ac depressionem, seruare conatur ars, in colore vero nequaquam; quod si cerea fiat effigies, conatur quidem vtramque seruare similitudinem, nimirum & iuxta colorem, & iuxta depressiones, ac prominentias, cæterùm in profunditate non est imago: similiter mihi cogita & de similitudinibus quæ sunt in Euangelio. Regnum cœlorum dum simile dicitur rei cuipiam, simile dici non secundùm omnia quæ adsunt illi, ad quod confertur similitudo, sed ad quædam duntaxat, quæ conducunt ad assumptam rationem.* Hæc ille, scitè, & eleganter.

Tertium exemplum Origenis. *Orig. tom. 2.* e

In quibus dumtaxat parabolæ Christum referant.

Exemplum, ac simile per elegans.

Alterum B. Augustini. *August. lib. 16. de Ciuit. Dei, c. 2. to. 5.*

Quæ vt alicuius parabolæ exemplo illustrentur, ecce in parabola hœdorum & ouium iusti inducuntur, dicentes; *Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus, aut sitientem, & dedimus tibi potū? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?* non propterea hæc dicuntur, quod iusti hæc illo tēpore verba dicturi sint, sed propter responsum quod sequitur, *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Vt ergo nos intelligeremus, quicquid pauperibus propter Christum erogamus, ipsi Christo esse impēsum, propterea illi finguntur illud tunc dicturi, quod nunquam dicent. Et ita de plerisq; alijs similibus in parabolis cogitandum est. Atque hac ratione interpretando parabolarum multarum difficultates, quæ applicationem impossibilem videntur efficere, facilè euadimus. Si qui tamen sint tam facili ingenio nati, vel tanto Spiritu Dei præditi, vt omnia & singula applicare aptè & commodè possint, non est illis obuiam eundum, aut inuidendum, sed cum gratiarū actione recipienda, quæ cum ratione & verbo Dei coniuncta ab eis fuerint prolata.

6 Parabola pastoris & ouium, iuxta quē sensum à Domino proposita. *Matth.* 25.

Quinto

7 Quarum rerum cognitio & comprehẽsio ad parabolarũ intelligentiam plurimum conducet.

Quinto ſtabiliendum eſt, multum expedire & conducere ad parabolarum intellectum, ſi cognitas & comprehenſas habeamus rerum quæ oculis cernũtur, & artium, ſiue negotiorum, quæ in ſimilitudinibus adducuntur, naturas, & proprietates, ex quibus facile erit aſſurgere ad intelligibilium comprehenſionem: vt v. g. quid ſit Theſaurus, quid Margarita, quid Granum Sinapis, quæ natura Fermenti, quid Zizania, quid Sagena, ſiue Verriculum; quid Leo, Serpens, Vulpes, & ſimilia multa, quæ aſſeruntur in parabolis: illis enim ignoratis, nihil ſolidum, aut excellens de diuinis poſſumus cogitare. Quemadmodùm enim ad ſenſum hiſtoricum intelligendum neceſſaria eſt linguarum cognitio, ita ad parabolarum intelligentiam non tantum vocum ipſarum, ſed etiam rerum naturalium, & artium ſenſibilium, quæ tanquam Alphabetum quoddam & pædagogia ſunt ad intelligenda ſpiritualia, neceſſaria eſt comprehenſio. Vnde Auguſtinus lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 16. & 29. neceſſariam oſtendit naturarum, animalium, lignorum, lapidum, herbarum, (quæ plerumque ſimilitudinis alicuius gratia in Scripturis ponuntur) cognitionẽ. Sextò illud ex B. Dionyſij Areopagitæ doctrina lib. de Cœleſti Hierarchia Cap. 2, ſtatuendum, Scripturam ſacram, & Chriſtum Dominum vilium corporum ſimilitudines magis vſurpaſſe, quàm corporum nobilium: quod nõ ſine cauſa factum eſt. Tum, vt, quanto magis à rebus viliſſimis & contemptis comparationes trahuntur, eo minus per ſe, & nõ niſi per metaphoram Deo conuenire intelligamus. Cui rei locus non erat, ſi ſimilitudines à nobiliſſimis acciperet, & altiſſimis corporibus, quia exiſtimare poſſemus, illas per proprietatem Deo conuenire: cum tamen omnia corporea, etiam nobiliſſima, in immenſum ab eo diſtent. Tùm id factum eſt, vt comprehenſiõnem maiorem diuinorum & cœleſtium habeamus. Hominum enim cognitio, quæ à ſenſibus oritur, & qui in terræ infimo elemento verſantur, de infimis his, & vilibus maiorem notitiam, quàm de nobilioribus corporibus habent. Et ideò conſultò Spiritus ſanctus ab artibus vilioribus comparationes deſumit, vt à paſtore, vel agricola ſeminante, vel piſcatore, vel fabricatore. Tùm deniq;, quia per eiuſmodi corporea, & à vilibus rebus deſumpta ſimilia, diuina myſteria indignis, & minus idoneis magis occultantur & abſconduntur.

Scripturæ ſenſus hiſtoricus quid neceſſario requirat.

Aug. lo. 3.

Scriptura cur ſacra, & Chriſtus vilių potius, quàm nobiliũ corporum ſimilitudines vſurparint.

Diony. Areopag.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

8 Similitudines (v. g.) regni cœlorum in quẽ modum accipiẽdę ſunt.

Septimò ſtatuendum, quòd cùm frequenter dicitur, Simile eſt regnum cœlorum huic, vel illi rei, non oportet ex hoc intelligere ſimilitudinem ſumptam in omnibus ſuis partibus conuenire regni cœlorum myſterijs; cùm ſufficiat illam ſeruire in ea regni cœlorum parte, aut conditione, propter quam declarandam erat aſſumpta. Ecce in quadam parabola Chriſtus comparatur furi. *Si ſciret*, inquit, *pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & nõ ſineret perfodi domum ſuam.* Comparatur quidem furi, non quidem circa omnia (qui enim conuenire queat Chriſto Domino furis conditio, qui furtum prohibuit, & qui ſe deprædandũ omnibus expoſuit?) ſed in illo tantùm, quòd vt illeuenit qua hora non putatur, ita Chriſtus venturus eſt, qua hora minùs putamus. Hinc quædam ſeruiunt ad indicandum ingreſſum, & principium regni cœlorũ: quædam ad oſtendendum in eo progreſſum; quædam ad finem, id eſt, ad præmium, & remunerationem eius indicandam; quædam docent vtilem auditum verbi Dei: quædam, quo modò plectendi, & puniendi ſint, qui non recipiunt regnum Dei, hoc eſt Meſsiam: quædam ad indicandum quis ſit proximus, quem vt nos ipſos diligere debemus: quædam ad inſtantiam orationis excitantes; quædam ad infectandum ingrati animi vitium: & quædam ad alia & alia myſteria explicanda.

Luc. 12.

Fur qualis Chriſtus.

Parabolarum varia documenta.

9 Quam obrẽ Dominus noſter de vna eademque re plures inter-

Octauò, illud eſt memoriæ commẽdandum, de vna & eadem re varias Dominum protuliſſe parabolas. Vt quemadmodum diuerſus eſt hominum ſtomachus, & hi quidem amaris, alij verò dulcibus, rurſus hi auſteris, illi leuibus cibis veſcuntur, ita pro voluntate cuiuſque & guſtu doctrina Euangelica ſuppeditetur: & vt iuxta vulnerũ varietates, ſint & medicinæ diuerſæ: & denique quiſque ex rebus, quæ verſantur in corde ſuo, & notas habet, ad intelligẽtiam cœleſtis regni adiuuari poſsit. Tanta enim erat ſalutis animarũ in filio Dei ſitis, vt, pro cuiuſque voluntate & guſtu, quemadmodum de Manna dicitur, in omnem, quem quiſque vellet cibum, ſiue ſaporem conuerteretur, nec quiſquam regni Dei, & eorum, quæ ad ſalutem ſpectant, ignorationem poſſet obtendere.

Matth. 13. *Ibidem.*

Quo etiam Dei conſilio factũ ſit, paucarum tantum modò vt Domini parabolarum ſenſum in Scripturis haberemus.

Sapien. 16. *Exod.* 16.

Iacob. 1.

10 Quid quòd paucas admodum Chriſtus parabolas explicauit.

Nonò, illud ex Euangelica hiſtoria aſſeuerandum eſt, Dominum paucas tantum parabolas in Euangelio expoſitas reliquiſſe, etiam ſi omnes ſeorſum Apoſtolis explicuiſſe, B. Marcus cap. 4. teſtetur. Id autem ſine magna Dei ſapientia factum, ne cogitare quidem debemus. Nam quemadmodum Veteris Teſtamenti ænigmata, & figuras, vaticiniaque de ipſo à Prophetis prædicta explicauit quidem Apoſtolis omnia, quando in die Reſurrectionis, *Incipiens à Moyſe interpretabatur ipſis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant:* nec hoc tantum, ſed etiam *aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas.* Nec tamen Euangelium peculiares illas figuras, aut peculiaria illia vaticinia explicauit, ſed pauca tantum Dominus per Euangelium ſparſim ſcribi voluit; vt de Virgine conceptura, & paritura filium: de Serpente exaltato in deſerto á Moyſe; de Manna dato Patribus in deſerto; de Agno in die Paſchæ immolato; de Iona è ventre Cete poſt triduum in littus eiecto; de nonnullis etiam Prophetarum vocibus nos in Euangelio admonitos reddidit, quas Matthæus ſuo Euangelio potiſsimũm perſequitur. Ita prorſus de parabolis factum eſt. Nam præter parabolam ſeminantis in quatuor partes terræ, & illam zizaniorum, & illam quę habetur Matth. 15. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*, vllas alias (quod ſciam) in Euangelio interpretatus non eſt. Sed tàm hoc, quàm illud, de figuris Veteris Teſtamenti, magna Dei ſapiẽtia factum eſt, vt earum omnium interpretationes in Scripturis non haberemus. Tùm vt ex his quæ habentur, ad earum quæ non habentur explicationem perueniamus: tùm vt noſtro labore & ſtudio parta & inuenta in Scripturis magis nos oblectarent, maioríque iocunditate afficerent: tum vt nonnulla, quæ ingenio noſtro, & diligentia aſſequi non poſſumus, ab alijs diſcere ne dedignaremur, vel ad Deum ipſum, qui dat omnibus affluenter ſapientiam, & non improperat, precando, & ſupplicando pro illorum intellectu confugeremus, tùm denique, vt fidem exerceremus. Conſtat enim ex ipſis Domini IESV CHRISTI Euangeliſtis, Dominum parabolas omnes aperuiſſe diſcipulis. Conſtat, myſteria omnia, & arcana Veteris Teſtamenti, Prophetarumque vaticinia illis eiſdem detexiſſe, & explicaſſe. Nec tamen veriſimile fit illa perijſſe, aut Apoſtolos primitiuis illis Patribus, quæ à Chriſto Domino acceperant, expoſita celaſſe, ſed ſimul cum Euangelica doctrina eius enarrationem, expoſitionemque alijs tradidiſſe, & in traditione Eccleſiæ has expoſitiones reliquiſſe, & aſſeruatas fuiſſe. Quæ ergo tradunt Patres in exponendis parabolis, magna ex parte ab Apoſtolis profecta fuiſſe minimè dubitandum eſt: quas dum nos libenter amplectimur, & exoſculamur, fidem profectò traditioni Apoſtolicæ, & Patrum doctrinæ debitam exercemus, vt ita in nobis impleatur verbum Prophetæ, *Iuſtus ex fide viuet*. Poſtremo loco ſtatuimus, non omnes parabolas eodem modo concludere, ſed varijs, atque diuerſis, pro natura ſimilitudinum quæ inducuntur: quemadmodum acutè docet Auguſtinus lib. de quæſtionibus Euangeliorum. Quædam enim concludunt per locum à ſimili, vt ſeptem illæ parabolæ Matth. 13. & multæ aliæ; aliæ verò per locum à diſſimili, vt eſt parabola de Iniquo Iudice, qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur:

Nõ quæ Dominus no ſter de vna eademque re plures interdum parabolas fecerit.

Quænam Chriſtus de ſeipſo Prophetarum vaticinia Euangelio mandari voluerit.

Matth. 1.
Iſai. 7.
Ioan. 3.
Num. 21.
Ioan. 6.
Exod 16.
Matth. 26.
Exod. 12.
Matth. 12. & 16.
Ioan. 2.

Quas parabolas Dominus aperuit.

Matth. 13. *Ibidem.*

Habac. 2. *Rom* 1.

Parabolæ nõ omnes eodẽ modo concludunt, & quare, teſte Auguſtino. *Auguſt. lib. 2. quæſt. Euang. c. 34. & cap.* 45. *tom.* 4.

& de Amico

& de Amico petente tres panes, & de Villico iniquitatis. Nam in prima parabola Iniquus Iudex, nec Deum, nec homines timens, Dei personam non gerit, sed per illum colligi potest, quātum Deus bonus, & iustus curam habeat eorum, qui ad eum preces fundunt: tanquam diceret; Si apud iniquum iudicē, vsque ad effectum implendi desiderij tantum valuit perseuerantia viduæ deprecantis, quanto certiores esse debemus, apud Deum, iustitiæ, & misericordiæ fontem, valere preces Ecclesiæ in tribulatione suppliciter, & perseueranter deprecantis? In secunda comparatione est à minori: Si enim amicus homo surgit è cubili, & dat, non propter amicitiam, sed molestia, & tædio compulsus, quanto magis petentibus dabit bona Deus, qui & diligit nos vt filios suos, & vt petamus hortatur? Talis est & tertia parabola de Villico iniquo, quæ à contrario ratiocinatur. Si enim laudari potuit is, qui domino suo fraudem faciēs, in futurum sibi prospexit; quanto magis à Domino Deo, qui nullum damnū sustinere potest, & pronus est ad clemētiam, laudari merebitur quisquis secundum illius præcepta amicos sibi faciat de diuitijs sibi creditis? Tales igitur parabolæ probant secundum huiusmodi principia: Si illud, quanto magis illud: aut si non illud, quanto minus istud.

Luc. 18. Luc. 11. Infra 16.

Qui maximè curæ sint Deo.

II In parabolis quid obseruandum sit Euangelicis.

Denique diligenter est perpendendum in multis parabolis præter id, ad quod primò & principaliter assumuntur, Dominum mysteria aliqua nobis insinuare voluisse: vt in parabola descēdentis ab Hierusalem in Hierico, præterquam quod tradit, verus proximus quis sit, docet quasi secundariò ipsum hominis in peccatum, & in seruitutem, & infirmitatem peccati, & ab eo veram filij Dei liberationem & redemptionē. Et ita in parabola: *Cum inuitatus fueris ad nuptias*, præter humilitatis, quam cōmēdare voluit, scopum, docet quomodo inuitati ad spirituales gloriæ nuptias nos gerere debeamus. Et similia inuenies in plerisque alijs, quæ à quibusdā dicuntur mystica, vel allegorica. Sicut enim in factis suis & miraculis quedā enarrari voluit, quæ ad mysticum sensum spectabant præter literalem, ita etiam in parabolis, præter scopum principalem, quædam secretiora mysteria inclusit, quæ viderentur ad allegoriam, siue mysticum sensum accedere; quæ non sunt negligenda, sicut nec à Patribus, & Doctoribus antiquis fuerunt neglecta. Et præsertim hoc accidit in illis, quæ enarrantur per modum rei gestæ, vt sunt præter dictas, illa hominis habentis Villicum iniquitatis, & parentis habentis duos filios Luc. 15. & duorum ascendentium orandi gratia in templum Luc. 18. & hominis nobilis qui abijt in regionem longinquam. Luc. 19. Voco autem allegoriam, non vocum, quæ Oratorum est, vel rerum verè gestarum, quæ propria est Scripturarū: sed mediam quandam, quæ nec vocum est, nec verarum, sed rerum ad docendum effictarum.

Luc. 14.

Luc. 10.

Ioan. 8.

Infra 16.

Allegoria Scripturarum propria quæ sit.

His igitur decem regulis propositis, putamus nos aliqua ratione sacrarum literarum studiosis viam communijsse, & aperuisse, qua ad reconditos, & in parabolis delitescentes sensus, mysteriaq; regni cœlorum penetranda, certò peruenire valeant. Quos præsertim hortamur, vt ante omnia precibus ad Deum suppliciter fusis, se ipsos dignos reddāt, & præparatos, quos de tantis mysterijs per se ipsum intus instruere dignetur parabolarum omnium, & scripturarū auctor Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto debetur à creatura omnis honor, gloria, & imperium in sempiterna seculorum secula. Amen.

TRACTATVS. IIII.

Incipiunt Parabolæ pronuntiatæ à Domino in secundo anno prædicationis suæ.

In parabolam seminantis in quatuor partes terræ: de qua Matt. c. 13. Mar. 4. & Luc. 8. habetur.

I De hac, & sequentibus pa

QVanquam Prima hæc parabola à Domino Iesu sit exposita, vt tres Euangelistæ testantur: ita tamen

rabolis, quo erit ordine disserendū.

tamen est interpretata, vt nobis, ad maiorem eius explicationem, elucidationemque nonnihil superfit dicendum, non quidem à sensu à Christo Domino tradito recedendo, sed ei innitendo, & super illum ædificando: vt iam ostendemus. Cæterùm tria illa, quæ superiori tractatu explicuimus de parabolarum radice, cortice, & medulla, siue de scopo, exemplo adducto, aut similitudine sensibili, & sensu potissimum intento, in omni parabola diligenter inuestigāda proposuimus, illa, inquam, tria in hac prima in primis examinanda, ac perscrutanda putamus.

2

Sed ante omnia, pauca quædam, quæ apud Matthæum & Lucam præcedunt sermonē parabolicum, proponenda, atque elucidanda sunt. Matthæus igitur sic habet. *In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore. Et locutus est eis multa in parabolis, dicens.* Similia ferè Marcus: Lucas verò subdit: *Quum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem.* Vbi in primis, tum ex Matthæo, tum ex Luca habes, Dominum, cum vidisset populorum concursum, & sitim audiendæ doctrinæ Euangelicæ, operam predicationi impendisse. Nam sicut Salomon egregiè docuit, *Vbi non est auditus, non esse effundendum sermonem*: ita, cum plures auditores desiderio audiendi confluunt, alacriter est verbi ministerio incumbendum.

Quare Christus libenter doceret.

Eccle. 32.

Deinde, vt annotauit Beda, hæc Domini doctrina ad mare eadem die facta est, qua sermonem Domini cognati eius interruperunt; & qua die tantā blasphemiam à Pharisæis iustinuit, vt intelligas, aduersus bonitatem Dei nihil potuisse malitiam: quo enim Christū Pharisæi plus calumniabantur, & insectabantur, eo minus turbæ ab eo recedebant, quocunque tandem se reciperet. Cum enim relicta domo, quæ paucos capiebat, & in qua dæmonem expulerat, ad mare proficisceretur, tanta eum ex vicinis ciuitatibus turba sequuta est, vt cum cœpisset à principio adhuc in littore docere, ob nimium hominū, quibus premebatur, confluxum, vt habet Marcus, coactus fuerit scaphā conscendere, eaque suggesti vice vtens, sermonem ad populum habere. Tertiò, voluit Dominus ante se turbas habere, easque videre, & ab eis videri, vt gratior, & efficacior esset sermo: nam etsi, non conspecto eo, qui cantat, aut pulsat citharā, musica velit audiri, verba tamen prædicantis, spectato de facie verbi ministro, facilius percipiuntur, & multo plus persuadent; nam quæ sic docentur, videri potius, quam audiri videntur, proinde maiorem apud auditores gratiam conciliant. Vnde & AEschines ille apud Rhodios exulans, cum lecta esset Demosthenis oratio, quam aduersus eū habuerat, illique admirantibus, & laudantibus, Quid si audissetis, inquit, ipsam bestiam sua verba resonantē? multum tribuens viuæ voci, & pronuntationi, & gestui dicentis. Quartò, Dominus habiturus sermonem de regno Dei, quo commodius, ac maiori cum fructu audiretur, à domo, ac domesticis curis auditores extraxit, non ignorans illud Sapientis: *Scribe sapientiam in tempore vacuitatis*; volensq; se verū animarū piscatorē ostendere, in nauiculam piscatoriā ascendit, Et ne piscationē suam pisciū in aqua delitescentium esse putares, sed potius hominum ratione constantiū, rete verbi Dei versus terram, & non versus mare iactauit.

Secunda ratio.

Quarta ratio.

Eccl. 38.

3 Quo die hāc Christus parabolā dixit. Beda 10. 5.

Iam ad parabolam est redeundum. Cuius scopus in primis, & institutum, quod Dominus inspexit, ac postea declarauit, illud est: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, alijs autem non est datum.* Explicabo quid sit mysterium: & quid regnum Dei. Mysteria dicuntur secreta, siue arcana cuiuscunque religiōnis, quæ, pro eorum maiestate, ac dignitate, atque etiam vt maiori in honore & veneratione habeantur, nō omnibus obuia, & exposita, sed abdita & occulta seruantur: quæ vero eiusmodi sunt, si rursus parabolis, & verborum inuolucris contegantur, atq; inuoluantur, obscuriora, & magis inaccessa redduntur.

4 Propositæ parabolæ seminātis scopus atque institutum.

Mysteria quid sint.

Duplex velum parabolarum.

nisi posteà apertè detegantur, & explicentur, vt Dominus facere solitus erat, qui dum parabolas aperiret, duplex velum, quo erāt abscondita, & cōtecta Fidei mysteria, tollebat: alterum quidē ipsarum rerū, quæ per seipsas supra hominum sensum & intellectū sunt positæ, ac nisi fidei dono homines desuper illustrentur, ab eis comprehendi nequeunt: alterum verò ipsius est similitudinis, siue parabolæ, qua tales res traduntur, & inuoluuntur.

5 Dei, vel cœlorum regnū quid mysticè: Rom. 10.

Porrò Dei, vel cœlorum regnū, populus est, verbo prædicationis à Deo ad fidem euocatus, qui verbo Græco Ἐκκλησία, Ecclesia dicitur: *Nam fides ex auditu, auditus autē per verbum Christi.* In hoc autem Dei populo, siue ecclesia regnat Deus intermedio suo verbo, ab eis primum audito, & fide suscepto, deinde etiam obedientiæ operibus expresso. Nam vt regnū Galliæ illud esse dicitur, in quo Rex ipse Gallorum regnare conspicitur: regnat autem dū eius verbo ab omnibus paretur, & præceptis eius integra præstatur obedientia: ita Ecclesia regnum est Dei, vbi Christi verbum fide suscipitur, & mandata eius, tanquam Regis sui, diligenter seruantur. Ideò Dominus regnum suū prædicatione verbi Dei se comparasse tradit per Prophetam, dum ait: *Ego autē constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans verbum eius.* Consistit ergo verbū Dei in fructuosa auditione, & plena obedientia illius. Nam etsi aures corporis per se, & absq; vllo magistro sonos, & voces intelligant, quemadmodum & oculus lucē, & colores: sunt tamen spirituales hominis interiores aures, quæ quoniam liberæ sunt, & non solo instinctu, vel appetitu naturali perficiuntur, propterea magisterio & doctrina egent, vt bene audiant. Vnde Christus clamabat: *Qui habet aures audiendi, audiat:* multos aures non habere significans, vel suo vitio habere nolle. Quibusdam enim non dari audiendi aures, docet Moses: *Non dedit*, inquit, *vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ posint audire.* Dominus enim, dum quid arduum & reconditum, & quod maximè nostra referebat intelligere, proponebat, negligentesque atque adeo de se malè sentientes auditores videbat, sic clamare solitus erat. Quemadmodū dum quid factu difficile, & arduum persuadere contendebat, dicere consueuerat: *Qui potest capere, capiat:* nam hæc dicens, sermonē de virginitate, siue cœlibatu seruando habebat. Clamabat ergo Dominus, vt attentionem ad res quæ proponebantur, excipiendas excitaret, vsque matris instar, quæ filio infirmo, ac surdo, nolentique salutis medicinam acceptare, extenta voce clamat, quo magis persuadeat. Vnde Mar. 4. dicitur: *Et cùm esset singularis* (siue, vt Græca habet lectio, solitarius) *interrogauerunt eū hi, qui cū eo erant duodecim, parabolam. Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?* Vbi in primis notandū, Græcè in quibusdam codicibus haberi: *Interrogauerunt eum hi, qui circa ipsum erant cum duodecim.* Græcè habent, οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα, & Cicer. ad Attic. lib. 13. verba faciens de his qui comitabantur Cæsarē. Præterea (inquit) tribus triclinijs accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copiosè, id est, illi, qui apud eum erant. Syriacum Euangelicū habet, *Interrogauerunt eum ij qui cū eo erāt vna cū duodecim ipsius.* Vbi præter duodecim, alios Christi extitisse discipulos doctrinæ eius studiosos, qui de sensu parabolæ interrogauerunt, elicimus; vt & nos, & si non sumus de numero Apostolorū, cum fiducia ad Deū accedamus, & sensum verborum eius petamus.

Psa'm 2. Qua ratione Christus regnum suum sibi comparauerit.

Spiritalis auditus, & visus cur duce ac magistro indigeat.

Matt. 13. Non omnes spiritalem à Deo sortiuntur auditum.

Deut. 29.

Regnet quomodo Deus in Ecclesia. Simile

Qualis Christus clamans.

Quare Christus clamaret. Qui habet aures audiendi, audiat.

Matt. 19.

Deinde considera prudentiam, & sollertiam Apostolorum, qui etsi Domini parabolam vulgo propositam nō caperent, non calumniātur tamē, vel irridēt, sed vt exponat apertiùs quod obscùrè dixit, eum rogant. Hoc enim est omniū fideliū auditorū, non facilè concionatorē calumniari, sed rē penitiùs intro spicere, & prædicatorem interrogare. Vide rursum aliā prudentiam. Discipuli sermonē Domini non interrūpunt, sed cùm esset solitarius, interrogabant eum: nā stultum est, cōcionatori in sermonis

Documentum.

6 Fideles auditores omnes quales esse debeant Apostolorū exēplo.

Alterum documentum.

7 Horum verborū Domini: Nescitis parabolam hāc, & reliq. duplex intelligentia. Simile.

monis progressu responsare, aut aliquid contra eū obijcere, sed opportunè omnia efficienda sunt.

Postremo dixit Dominus, *Nescitis parabolam hanc, & quomodo omnes parabolas cognoscetis?* Quod dupliciter intelligi potest. Primò quidē, vt alludat ad sensum huius parabolæ, in qua quis sit bonus verbi Dei auditor, traditur: qui verò talis non est, qualis hic describitur, nihil eorum intelliget, quæ verbū Dei docet. Vt enim qui oculis destituitur, colores non cernit; & qui gustu caret, sapores discernere nequit: ita qui huius parabolæ intellectu, siue effectu destituitur, nullam profectò parabolam, vel aliud Christi mysterium intelligere valebit. Deinde dici potest, hoc dixisse Dominum, quemadmodum interpretatur Euthymius; vt attentiores eos redderet, & promptiores ad interrogandum de cæteris parabolis. Nam si hanc apertam ac diuulgatissimam, & quam facile cōiectare poterant, nō capiebant, quomodò cæteras obscuriores intelligerent? Ideò opus fuit, Dominum vniuersas parabolas illis exponere, atque aperire. Et hactenus de scopo, atque instituto sit dictum. Pulchrè autem connectitur hæc prima parabola cū his, quæ paullò ante Dominus dixerat; præcēdunt enim verba de eorū beatitudine qui faciunt Dei voluntatē, & auditū Dei verbum etiam custodiunt, vt habes apud Matthæū, & Marcum. Lucas autem occasionē huius parabolæ accepit à frequenti hominum multitudine, qui ad eius verbū audiendum accurrebant. Voluit autē Dominus significare, non satis esse verbū Dei audire, neque omnes qui illud audiunt, ex eo meliores reddi, sed variè recipi illud, in paucis autem suos edere fructus: idque non seminantis, aut seminis vitio, sed ex eorum, qui semen recipiunt, vitio & culpa.

Euthym. cap. 9. in Marcū.

Qua occasiōne Dominus proposuit parabolā seminantis.

8 Cortex huius parabolæ. Augustin.

Iam, vt corticem similitudinis propositæ explicemus, illud primo loco occurrit, quomodò, cum, teste Augustino, incredibile non doceat credibile, & quod falsum est, verū nō manifestet; vnde parabola, si nō est historia, saltem verisimilis, seu probabilis, ac illi proxima esse debet: quomodò, inquam, is qui fingitur seminare, in tres inutiles terræ partes semē proiecit? Nullus quippe sanę mentis, semē secus viā, aut in petrosa loca, aut super spinas proijceret. Ad hęc, quomodò vnus & idem ager seminatus, in vna eius parte tulit fructū tricesimū, in alia sexagesimum, ac in alia rursus centesimum? Ad primā dubitationē dicendū est, non fuisse quatuor seminationes in diuersis locis, & terris, sed vnicā tantū: dicitur enim, *Exijt qui seminat, seminare semen suum. Et dū seminat, &c.* Deinde in eo quod dicitur, *Quædam ceciderunt secus viam: alia ceciderunt in petrosa: alia autem in spinas*, casu factū est, quòd semē in talē, vel talē terrā proijceretur: & tamen, si fuissent distincti seminandi actus, non essent à casu, sed ab intētione seminātis. Nullus autē ita desiperet, vt super solas petras, aut spinas, aut prope viā semen spargeret: proinde vnicus fuit seminādi actus, & vnica terra, cuius pars quædam prope viam erat, & id cecidit fortuito, & præter mētem in via, vbi semen conculcatum est, & à volucribus deuoratum. Etsi enim pars agri iuxta viam sita, arata esset & seminata, viatores tamē interdum fugiētes, profundum medię viæ lutum, vel aquā, vel alia loca salebrosa, solent partē terrę aratæ, & seminatæ prope viam conculcare; & sic excutitur semen, & aues illud comedunt.

Cur qui seminat, in tres inutiles terræ partes semē iaciat, cū id à recta ratione videatur abhorrere.

9 Quæ pars seminis cecidit supra petrā, expenditur. Marc. 4.

Alia vero pars cecidit super petram, non quidem propriè super petrā, quia nō diceretur in textu, quod natū, aruit; in petra enim nihil nascitur, & ibi illud seminatum deuoraretur à volucribus. Hinc Marcus hoc explicans, ait; *Aliud cecidit super petrosa, vbi non habuit terrā multam:* habuit ergo terram, sed non multam: dixit ergo super petrosa, id est, super aliquam terram, quæ subtus haberet lapides multos, & mobiles, terra autem alta, vel profunda non erat, vnde grana seminata non potuerunt germinare, quia nōn erat terra sufficiens, vnde humor nutriens traheretur, ideo ait, *Et statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terra.* Loca enim saxea modica terra cooperta cito vege-

tò vegetant in semen herbam, ex caloris magnitudine, quia calor ibi non potest imbibi in profundum, sed reflectitur à saxo. Oritur autem semen in terram proiectū ex calore & humore proportione quadam se habentibus. Tertiò, cecidit semen in terrā, bonā apparentem, intus tamē plenam spinarū, & tribulorū seminibus, nullus enim sapiens alias semen proijceret super visas spinas, sed bene super delitescentes, & occultas: & propterea in textu dicitur, *Et creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea.* Vides igitur spinas cum semine bono exortas, semē bonum suffocare: nam subtus humorē seminum surripiunt: & extra, calorem Solis, qui est vita frugū, & plantarū, impediunt. Quartò, alia pars seminis cecidit super terrā bonā, id est, in agrū illis tribus obstaculis non impeditum: & de hac ait Marcus, *quòd dabat fructum ascēdentem, & crescentē.* Dabat quidē fructū contra terrā, quæ nullum dedit, quia semen deuoratum fuit. Deinde dabat fructum ascendentē, contra terram petrosam, in qua quæ nata sunt, illicò aruerunt, nec potuerunt ascēdere. Postremò dedit fructū crescentē, contra terrā spinosam: quia spinæ magis crescentes suffocauerunt semē. Hoc idē declarās Matthæus ait, quòd dabant fructū, aliud cēsimū, aliud sexagesimū, aliud tricesimū.

Tertia pars seminis in terram spinosam cadētis.

De quarta parte seminis in terram bonam decidente.

10 Quid est quod vna & eadem terra sexagesimū, tricesimū, & centesimū tā inæqualem scilicet fructū profert.

Ad secundum, mirū esse nō debet, si vna & eadē terra hāc varietatē fructus præstet, si in diuersis agris, propter inæqualē terræ virtutem, illam contingere videmus: nam inæqualitas virtutis terræ eadem in eodē agro inueniri potest, atq; in diuersis, & sciri poterat numerus ex speciebus, vel ex fructu inæqualiter reddito, à partibus inæqualiter seminatis. Idem enim vsuenire solet & in arboribus pomiferis eiusdem speciei, & in eodem horto plantatis: nam quedam ex illis fructū aut nullum, aut exilē reddunt: quædam verò dulcē & copiosum. Quod verò terra reddiderit fructū centuplum, à veritate alienum non est, Nā *Isaac*, vt legitur Gen. 26 *seruiuit in terra Caanan, & inuenit centuplū.* Et Plinius de agro Leontino in Sicilia testatur, quòd centuplum fructum redderet. Et hæc de cortice sint dicta. Tantū superest admonere, impedimenta edendi fructus propter defectū oliuę, vel solis, vel frigoris, vel grandinis, vel vēti, non esse apposita, quia nō intēdebat Dominus exprimere, nisi modos illos, quibus ex parte terrę fructus impeditur: & ideo semen quod cecidit in terrā bonā, nullū habuit impedimentū, & generatim dicitur fructum fecisse. Quod enim verbū Dei fructū in nobis nō edat, non est ob defectum Diuinæ doctrinæ intus suadentis, vel gratiæ Dei, vel Spiritus sancti, vel irrigationis Sacramentorum, nā sic fructum non edere, non daretur homini vitio: sed ex aliqua prauitate naturali, & vitio hominis, ex qua parte comparatur terrę susciptēti semē, & fructum nō danti. Premittendum ergo est, quòd omnes partes terrę pluuiam opportunam habuerint, & solē, & ventū, & cętera opportuna ad edendum fructum adiumenta. Nemo ergo hominū dicere potest, *Nemo nos conduxit*, vel, *Hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam*: vel, *Sol intelligentiæ non est ortus nobis*: vel denique Domino obijcere, *Metis vbi non seminasti, & colligis vbi non sparsisti*: qui vbique seminauit, omnes conduxit, solem suum oriri fecit super bonos & malos, se hominem, & Deū nobis ad iuuandū exhibuit, & ait: *Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* ac queritur: Quoties volui congregare filios tuos, &c. & noluisti.

Gri mira fœcunditas.

Vndenam verbi Dei in nobis sterilitas.

Deum Optimum Max. nulli suā gratiam denegare.

Matt. 20.
Ioan. 5.
Sapien. 5.
Matt. 25.
Supra 5.
Isa. 5.
Matt. 23.

11 Quare in terris sterilibus Deus seminat secundū Chrysost.

Quòd si quis rursus quærat, qua de caussa in terras steriles Dominus semē iaciat? Respondet Chrysostomus, quòd cùm Deus velit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, neminemque perire velit, vbique propterea seminat, quia omnes ex mala terra, bona per seminis verbi Dei virtutem effici possunt: quod non potest præstare agricola per semen in campis sterilibus iactatum, vbi terra nō melior efficitur, sed semen in ea iactatum perditur. Secus verò ille agricola, de quo dixit Domini Prœcursor: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Et *Qui vocat ea quæ non sunt, tanquā ea quæ sunt*

Chry hom. 45. *ante medii. tom.* 2.
1. *Tim.* 2.
2. *Pet. vlt.*

Deus qualis agricola.

Matt. 3.
Rom. 4.

Ezech. 36.

Peccatores quales, teste Propheta. *Ezech.* 36.

sunt. Et Propheta Ezechiel peccatores comparat terris malignis, & sterilibus, quæ cum ad Deum redeunt, fiunt terra bona, & admirati homines dicunt: *Terra illa inculta, facta est vt hortus voluptatis*, siue vt Hebræa litera habet, *facta est vt Paradisus Edem*: nam hæ similitudines non omni ex parte cum re conueniunt. Corporeum ergo semen agricola cum seminat, non est eius voluntas vt cadat vbi eius fiat iactura, & pereat, sed præter illius intētionem id accidit: ideo dicitur: *Aliud cecidit secus viam, &c.* At corda hominum apta omnia sunt ferēdo fructui, si impedimenta illius ferendi ab illis tollantur. Quod exemplo vasorum à Paulo adducto discimus: ait enim: *In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quedā autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.* Namque in vasis corporalibus fieri nō potest, vt vas fictile fiat argenteum, aut aureum: aut quod pro matula factū est, euadat vas mensæ idoneum: in vasis verò spiritualibus, id est, humanis animis, id vsuenit. Vnde dixit: *Si quis ergo emundauerit se ab istis.* Hinc Paulus, qui spirabat minas, & cædes in discipulos Domini, repentè commutatus est in vas electionis. Quod ergo similitudo sensibilis de terris malignis adducta non præstat, aut vix præstare valet (fieri enim posset, vt ablata via ab illo agro, nihil sit prope viā: & quod terra seminanda diligenter elapidetur, & à seminibus spinarum expurgetur, & ira bona, & ferax fiat) tamen in terris spiritalibus id quotidie vsuenire potest. Hinc, cum munus prædicandi Dominus Apostolis credidit, dixit: *Euntes in mundum vniuersum? prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Condemnatur autem nemo nisi propria incredulitatis culpa, quòd iacto in eius cor semine, credere, & fructum ferre noluerit, qui potuisset per Dei virtutem, & gratiam vberes salutis fructus edere.

Corda hominum quando bonum fructum ferant.

2. *Tim.* 2.

Mali ligneis vasis atq; fictilibus designari, quomodo vasa aurea & argentea fieri possunt, si velint teste Apost. *Act.* 9.

Terræ spiritualis conditio.

Mar. vlt. Condemnetur quis vnde.

Iustificantur præterea hoc loco omnes prædicatores, & verbi Dei ministri, qui cum verbum frequenter administrent, & in frequenti auditorio præeminent, fructus tamen aut nullus, aut exiguus apparet, rara vitæ emendatio, nulla vitiorū imminutio spectatur, nullum virtutum augmentum: quod profectò neque verbo Dei, neque prædicatori imputandum est, sed negligētiæ, & vitio auditorum, qui verbo Dei obsistunt, quò minus dignos fructus, & à prædicatore desideratos edere possint.

12 Semen verbi Dei cur parū aut nihil fructificet in cordibus humanis.

Tertio loco agendum est de medulla, siue sensu principaliter intento in hac parabola: vbi declarandum quis sit hic qui seminat, & quale sit semen, quæ sint illæ tres partes terræ malignæ, quæ fructum non fecerunt: & rursus quæ sint illæ tres aliæ partes terræ bonæ, & feracis. In primis non exprimitur quis sit seminator, sed tantum Marcus ait: *Qui seminat, verbum seminat*: tamen ex alia parabola Zyzaniorum, quæ hanc immediatè consequitur, constat, eum, qui seminat bonum semen, esse Filium hominis, & hic quodammodò innuitur, cum dicitur, *Ecce exijt qui seminat*: se quasi ostendens: sicut cùm dictum fuit: *Ecce Agnus Dei*, ostēdebatur CHRISTVS. Voluit autem Dominus verbo generali exprimi, per illū scilicet qui seminat, vt non tantum ad se pertinere presentē parabolam declararet, licèt ad se primò & principaliter: nam ipse est primus, & præcipuus verbi Dei, & regni cœlorum prędicator, & seminator, & ipse nō tantùm in se ipso, sed etiam in alijs prędicatoribus, qui sunt velut sporta, in qua semen reponitur, verbum Dei spargit. Dicitur autem exire, nō per illum motū loci, qui filio Dei competere nō potest, sed per nouam operationem Incarnationis, qua indutus processit tanquam agricola, aptam pluuiæ, soli, & frigori vestem assumens, cùm tamen Rex esset. Dicitur etiam exisse, per ostensionem, & detectionem sui ipsius: quemadmodum Pontifex & Rex, qui cum in cubiculo sunt, videntur tantum ab amicis, & cubicularijs, ac dicuntur non exire; quando verò omnibus se spectandos exhibent,

Fructus, seu medulla parabolæ seminantis.

Quinam ille qui seminat semen suum.

Ioan. 1.

Qualis prædicator Christus.

Concionatores vero quales sint.

Quare Christus dicitur exire.

Secunda ratio.

exhibent, & in publicum prodeunt, dicuntur exire. In hunc modum ante Incarnationem Filius Dei à cubicularijs tantum cernebatur, id est, ab Angelis Dei: vbi verò nobis conspicuus apparuit, meritò exisse dictus est. Dicitur tertiò exisse, ob ingentem vim amoris ad exitum compellētis. Omnis enim amor amantem extra se in re amata collocat: nam plantæ per amorem naturalem & inditum appetitū in productione similium à seipsis exeunt. In hunc modum Dei filius extra se factus est per amorē terræ nostræ: &, vt illi succurreret, terram nostram induit: vt agricola curauit, vt fructus à se expectatos acciperet. Hic etiam amor salutis animarum, & zelus gloriæ Dei prædicatores vrgere deberet ad exeundum extra se, nimirū à quiete contemplationis, ad salutarem hanc prædicandi actionem, & vitæ bonæ exemplum prædicationem ornans: & quinis etiam bonus auditor extra se exire deberet, ad occurrendum Domino ad se venienti, & prædicatori locum Christi sustinenti, & ita magnus fieret fructus.

Tertia ratio.

Quemadmodum & prædicatores exire debeant exēplo Christi.

13 Olim Christus quomodo seminabat.

Vbi autem dicitur, *Qui seminat*, Græcè profertur σπείρων τὶς, id est, *qui seminabat*, quia in lege Naturæ, & Mosayca, tum per Angelos, tum per Prophetas, & Philosophos, etiamsi nondum per seipsum, seminabat. Vnde dixit per Isaiam; *Quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.* Quānquā Prophetæ, & Philosophi, respectu Christi, propriè non seminarent, sed ararent tantum & disponerent terram ad excipiendum Christū vēturum ad seminandum in ea.

14 Cur verbum Regni Christus.

Dicendum deinde quid sit semen. Id Dominus in explicatione parabolæ exposuit: *Semen*, inquit, *est verbum Dei, siue verbum Regni*, eo quòd per illud regnat in nobis. Cæterum quemadmodum Christus Medicus est & medicina, Sacerdos & hostia, Redemptor & redemptio, Legislator & lex, ianitor & ostium; ita sator, & semen. Nec enim est aliud Euangeliū ipsum, quam Christus incarnatus, natus, prædicans, moriens, resurgens, mittens Spiritum sanctum, congregans Ecclesiam, illamque sanctificans & gubernans. Et vt semen, vel granum frumenti, corticē, siue pellem habet, & medullam, simili ratione in verbo Dei inuenitur cortex, quod est verbum ipsum creatum, siue vocale sit, siue scriptum: conceptus verò vocibus inuolutus, Christus Dominus est, qui cor ipsum penetrat, & ingreditur, vt dominus, vt animam ad se conuertat: cum verbum sensibile voce, vel scripto productum, simile existat currui, vel equo, hominem vsque ad limen domus, vbi remanere consuēuit, vehenti, nam sursum ascendere nequaquā potest: qui verò equo, aut curru vectus est, liberè ad superiora domus conscendit. Christus enim in animam illabitur, cum verbum vocale vsque ad aures tātum, scriptum verò ad oculos vsque perueniat. Est autem finis iacti in terrā seminis, per virtutem quandam occultam terram in se cōuertere, & multiplicari in multa semina: quæ virtus assimilandi dicitur. Etenim Christus verbo prædicationis proseminatus in corde, cor hominis excitat, & illud in se conuertit, & assimilat, & cum ipse sit filius Dei natura, facit nos filios Dei adoptione: & cum ipse sit Iesus & Christus, facit nos salutis suæ, & vnctionis participes. Vnde rectè dixit frater Domini; *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius*: & Dominus, *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum &c.* Id est, si illi sunt dij, & filij Dei, ad quos sermo de filio Dei naturali factus est, quanto magis filius ipse naturalis, & à Patre missus in mundum, Deus erit?

Verbū Euangelicū quale sit.

Finis iacti in terram seminis: & quid semen Dei Christus operetur in terra cordis humani.

Iacob. 1.

Ioan. 10.

15 Quare dicitur seminare semen suū.

Deinde aduerte, dixisse, *Seminare semen suum*: quia nihil magis est suum, quam ipsemet sibi: quod etiam dictum est ad differentiam Patris, qui potenter in creatione; & Spiritus sancti, qui benignè & clementer in opere sanctificationis animorum, quos inhabitat, proseminarunt; Christus autem sapientissimè in opere euangelizandi, & redimendi mundū semen suum proiecit. Etsi enim creatio, redemptio, & sanctifica-

Diuinarū attributa personarum & causæ.

sanctificatio, opera sint totius Trinitatis: Patri tamē, ob eius proprium, quod est ingenitum esse, & à nullo procedere, potentia creatrix de nihilo attribuitur, quemadmodum Filio procedenti per viam naturæ intellectualis, siue verbi à dicente, sapientia redimens; & Spiritui sancto, tanquam dono & amori ab vtroque procedenti, bonitas sanctificās adscribuntur. Rursus dixit, *Semen suum*, ad differentiam Philosophorum & sapientum huius mundi, quorum semen, quantum ad bona & vera quæ dixerūt, non erat suum, sed Dei tantùm & alienum: quantum ad mala verò suum erat, quia erat admistum paleis, id est, erroribus, fabulisque studiosè excogitatis, atque alijs defectibus; quod propterea per Christum erat eradicandum, & infatuandum, iuxta illud; *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Postremò, *Suum* etiam dixit; ad differentiam Prophetarum & Apostolorum, & omnium qui rectè fungūtur ministerio verbi Dei; nam hi omnes nihil de suo dicunt, sed de manu Domini susceptō semine, serunt, & prædicant. Vnde Dominus dixit; *Non estis vos qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Et alibi. *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Et Paulus: *An experimētum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Nos etiam nihil rectè possumus seminare, nisi de horreo Domini susc ipiamus, & seminis inde accepti sporta, & ministri efficiamur. *Nec enim qui plantat, vel qui seminat, vel qui irrigat, est aliquid, sed, qui incrementum dat, Deus.* Væ ergo prædicanti propria inuenta, & somnia de corde suo, quemadmodum hæretici faciunt, & Rabbini Iudaizantes, qui dicunt: *Ait Dominus; eum Dominus non miserit eos.* Væ etiam prædicatori Catholico, nisi verbum Dei aliqua ratione semen suum esse fecerit; non tantum per intelligentiam eius quod commune est illi cum dæmonibus, & peccatoribus, sed intus quidem per peculiarem eius gustum, & affectum, qualis est in illis, qui dicunt: *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Et rursus: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo.* Nam tales, vt vim eius experti, efficaciùs & fructuosiùs prædicant: extra verò per operum bonorum expressionē, & exercitium. Seminatio enim non est qualiscunque seminis proiectio, sed accepto semine in manu in terra arata & culta illud spargere, ne orationi eius vita repugnare videatur. Hinc Iesus bonus doctor, & primus seminator, *cœpit facere, & docere*: vt intelligāt, quotquot locum eius sustinent, & ministerium verbi cum fructu exercere volunt, à vita sancta, & moribus virtutes Christianas spirantibus, sibi exordiendum esse; vt quod alijs prædicare & persuadere contendunt, sibi esse prædicatum & persuasissimum ostendant, gratia & munificentia Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto sem per viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Secunda ratio.

Isa. 38. & 1. Cor. 1.

Tertia ratio.

Matth. 10.

Luc. 10.

2. Cor. 13.

1. Cor. 3.

Ibidem.

Seminatio quemadmodum fieri debeat.

Act. 1. & Luc. 24.

TRACTATVS V.

In eandem primam parabolam seminantis; & seminis in quatuor partes terræ decidentis.

Qui sint pseudoprophetæ.

Ezech. 13. & Hier. 13.

Prædicator semen verbi Dei suū facere debet dupliciter.

Psalm. 118.

SVPERIORI Tractatu exposuimus, tum radicem, tum corticem parabolæ huius; attigimus etiam nonnulla ad medullam spectantia, vt, quis esset seminator, & quale esset semen, & cur semen suum diceretur: iam quæ supersunt de quatuor terræ partibus hoc loco expedienda sunt. Dominus igitur exponens hanc parabolam, dixit apud Lucam; *Est autem hæc parabola*, Id est, vt Euthymius exponit, hæc est eius interpretatio & expositio. *Qui autem secus viam; hi sunt qui audiunt, &c.* Hebraismus est, pro eo ac si diceretur, Semina iacta secus viam, hi sunt, quibus prædicatur verbum, & non audiunt: vel illos significant, quibus prædicatur verbum, & perit, deuoratum à volucribus. Quodvero in explicanda hac parabola Matthæus

Euthym. capit. 2. in Lucam.

Hebraismus.

singulari numero est vsus, dicens: *Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est, qui secus viam seminatus est*; Marcus verò & Lucas in plurali dixerunt, *Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant*; mirum esse non debet: nam singularis pro plurali, & pluralis pro singulari in Scripturis accipi consueuit: & Matthæus ad semen, quod ceciderat in diuersas partes terræ, respexit; Lucas verò & Marcus magis ad significatum, id est, ad terras animorum spiritales sensibilibus significatas.

Scripturis vsitatissima figura.

Ad aptiorem verò accommodationē parabolæ rursus præmittendum est, finem parabolæ alium non esse, quam Iesum tradere rationem, qua nos cognoscere mysteria regni Dei valeamus. Hæc autem sunt, quomodò videlicet in regnum Dei sit ingrediendum: quomodo rursus in eo permanendum: postremò, qua ratione in eo fructus edendus. Vt si, v.g. prudens Lector, desiderio teneris viuendi in regno Galliæ, eiusq; pars & membrum fieri, tria tibi essent præstanda vt illud consequi posses. Nā primò opus esset, te in illud regnum proficisci, & ingredi; deinde ibi immorari, & permanere; postremò aliqua honesta actione, siue exercitio te ipsum ibidem occupare, ne otio marcesceres, & vitam sustinere non posses. Parabola ergo hæc explicat ea, quæ nos impediūt ab ingressu regni Dei: quæ nihil aliud, quàm dæmones sunt, & negligentia siue socordia nostra in audiendo verbo Dei, in terra secus viam seminata, quā conculcant viatores, & volucres semina deuorant, repræsentata. Deinde profert ea, quæ impediunt moram, & permansionem in regno Dei, nempe persecutiones & aduersa, in terra petrosa significata: vel secunda & prospera, quæ in terra spinosa repræsentantur. Postremò producit ea exercitia, quæ permanentes in regno Dei iuuant. Et hoc est cor bonum & optimum, audiens, & retinens, & fructum adferens in patientia; nam tale dat fructum ascendentem, & crescentem, tr. gecuplum, sexagecuplum, & centuplum. Hæc sunt quę in his quatuor partibus terræ continentur, & singula per se sunt nobis digerenda atque explicanda.

2 Finis parabolæ à Christo intentus in parabola seminantis.

Impedimēta regni Dei quæ nā sint.

Quæ valeant ad introitū regni Dei.

Ingressus igitur in regnum Dei per Fidem est, nam *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator est; Fides autē ex auditu, auditus autē per verbū Christi*. Terra igitur secus viam, ad literā infidelis vel Catechumenus est, qui nondum induit Christum per Baptismum. Vel hæreticus, qui ab Ecclesia egressus est, & cùm multa credat, non longè est ab illa. Vel denique Christianus peccator, qui etsi per fidem informem in Christo sit, nōdum tamen ingressus est Christi viam arctam, id est, virtutem, siue charitatem, de qua Apostolus: *Excellentiorem viam vobis demonstro*, aut ab illa suo vitio excidit. Vnde Dominus explicās hanc terram, ait: *Qui autem secus viā, hi sunt, qui audiunt, deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant*. Quod verò Matthæus explicās ait: *Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit*, non significat simpliciter nō intelligentem, sed cum qui non vult seriò incumbere vt intelligat, sed fastidit verbum Dei.

Via regni Dei quæna sit. *Heb* 11. *Rom.* 10.

Terra secus viā quæ mystice.

1. *Cor.* 12.

Audiens verbū regni, & non intelligens, qui pereat.

Sequitur in Matthæo: *Venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius*. Idē ergo est Malus, siue Malignus, siue, vt Græcè dicitur, πονηρὸς, à molestia & labore, quem suis scrupulis & tentationibus infert, à Matthæo dictus, qui à Luca dicitur diabolus, & à Marco Satanas, qui in parabola nuncupatur volucris cœli, id est ambitiosus, qui de cœlo cecidit, & instabilis est, & prædatrix auis, quæ tanquam Harpya edit, non quidem ipsum verbum Dei, quo mirificè cruciatur, sed terram cordis habentis verbum, atque hoc ex inuidia edere siue deuorare dicitur; quemadmodum Christus ex charitate nobis cœnantibus nobiscum concœnare dicitur. De his volucribus dicitur Apoc. 18. *Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi omnis, &*

4 Quinam malus ille rapiēs semen in corde auditoris, & quare idē volucris appelletur.

Apoc. 3.

nes, & custodia omnis volucris immundæ. Dicitur ergo diabolus volucris immūda, eo quod in caliginoso huius mundi aëre dæmones morentur cum volucribus cœli.

Quid quod seminatū extra viam conculcatū esse dicitur.

Quod ergo seminatum est secus viam, conculcatur pedibus transeuntium, siue bestiæ sint, siue homines; id est, belluinis cupiditatibus & affectibus, siue prudētiæ humanæ rationibus & argumentis: & ita negligentia & oscitantia auditorū semen remanet detectum, atque ita facilè deuoratur, & perit. Admiranda est autem dæmonis inuidia, & odium Satanæ contra eos, qui audiunt Verbum Dei. Nam eo tempore conciliat somnum, adducit garritus hirundinum, id est, importunas voces quorundam, qui nec ipsi audiunt, nec alios sinunt audire, infantium ploratus, & canum latratus. Solet tunc curas domesticas menti obijcere, lites, & similia, quæ possunt impedire attentionem: cōstituit eos iudices prædicantium, vt conquerantur de sermonis prolixitate, subtilitate, siccitate, & obscuritate: interpretantur sinistrè linguā, aut clamores, aut increpationes prædicatorum: deniq; omnibus modis contendit, vt quæ dicuntur, vel non audiantur, vel audita non intelligātur, vel intellecta de memoria elabātur, vel ad actionem nō deducantur: vt meritò dicatur, Diabolum tollere verbum de corde eorum. Et hæc de prima terra.

Cacodæmonis in verbū Dei audientes inuidia.

5 Secundam verò petrosam terram, quæ parum altitudinis, & proinde humoris habet, Dominus exponit, cum ait; *Qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tētationis recedunt*. Tres facit ordines eorum, qui pereunt; alij enim per inertiā, & ignauiam, quòd nolunt adhibere studium intelligendi verbum Dei, & cognoscendi voluntatem Domini: de quibus iam dictum est. Alij verò per mollitiem pereunt, eo quòd non ferant tētationes afflictionum, sed statim irruētibus aduersis concidunt: & de his intelligenda est terra petrosa, quæ significat eos, qui cum gaudio amplexantur verbum, orta autem tentatione per estū Solis significata (de qua ait Psaltes, *Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem*) retrocedunt. Tentatio enim siue tribulatio in dicto, vel facto aliquo propter verbum Dei, vel Christum fide susceptum, multos quales sint detegit, nēpe, an constantes sint, an leues vt palex: quā Deus plerumque immittit, vt plus regnare possit in nobis, carne macerata & afflicta: nam vt præda venatione fatigata plus sapit, ita nos gratiores sumus post afflictiones, & persecutiones patienter toleratas. Vnde Salomon ait. *Fili, accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem*: & frater Domini, *Omne gaudium existimate, fratres mei, quum in tentationes varias incideritis*. Eādem etiam tentationem plerunque dæmones excitant, & quasi bellum egredientibus de AEgypto inferre machinantur: sed hoc illi ex inuidia, vt à regno Dei recedas, efficiunt, vt in te possint regnare per hæresim, vel apostasiā à regno Dei, vel per retrocessionem à pœnitentia concepta, à reformatione tui ipsius, & familiæ tuæ, siue per reditum ad vomitum; vtuntur enim inuidia maligni illi spiritus, cum vident te strenuè in regno Dei militare, & verba, & verbera hominum contemnere. Quare qui in huiusmodi tentationes incidunt, & radices firmas pietatis ad Deum, & charitatis ad proximum non egerunt, facilè succumbunt, & à via Dei recedunt, timore pauperratis, iniuriæ, vel molestiæ perferendæ. Sed his quærendus est humor vnctionis Spiritus sancti, vt tolleretur crux: & sine ea in fide viriliter sustinendus est Dominus. Iuuat etiam, præmonitos esse de cruce, quæ si non torqueret, crux non esset. Iuuat etiam precatio assidua cum humore lacrymarum & deuotionis, vnde frequenter oculi in cœlum attollendi, & cum Dauide dicendum: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina*. Hinc Paulus Ephesijs precatur à Deo, *Virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: & ut*

Triplex ordo pereuntium descriptus a Domino.

Psalm. 120.

Effectus tribulationis, tētationisve.

Eccle. 2.

Iacob. 1.

Dæmon cur tentet, ac tribulet.

Ei qui succūbant, qua ratione, si velint, non succumbent.

Psal. 69. & *Ephes.* 3.

sint in charitate radicati, & fundati.

Interram spinosam quam semen verbi Dei cecidit.

Tertia terra quæ impedit ab ſtabilitate in regno Dei, ſignificat proſperitatem allicientem, atque ideò ſeducentem: nam vt tribulatio hominem ad cor, & ad Deũ reuocat: ita proſperitas à Deo auocat, & ad creaturas cor hominis cõuertit: ait enim Moyſes, *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, et receſſit à Deo ſalutari ſuo:* tales enim in vtramque aurem dormiunt ſecuri, & altùm ſtertunt, maiorque eſt numerus horum, qui viam Dei deſerunt propter proſperitatẽ, vt rectè Dauid dixerit: *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* Ita vt ſi rectè ſapimus, magis ſint nobis commiſerãdi qui in diuitijs & voluptatibus demerguntur, quòd neque ſe ipſos, neque Deum agnoſcat, quem qui grauibus & diuturnis morbis, vel ſumma rerum omnium egeſtate affligantur; quanquã vulgus hos, miſeros, & illos, felices appellare ſoleat. De iſtis ait Dominus exponendo parabolam: *Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum.* Vbi notandum eſt, quòd dicitur, ſimul exortas ſpinas: nam cum fide auaritia, voluptas, & ſuperbia conſiſtit: non tamen cum fide viua, quæ non tantùm hæreſi, ſiue infidelitati, ſed omni etiã mortifero delicto aduerſatur. Et recte vocantur iſta vitia ſpinæ. Vt enim ſpinæ innaſcentes ſuffocãt iacta ſemina, ſic terrenarum rerum ſolicitudines, & ſeculi cupiditates obruunt, ſi quid bonarum cogitationum interdum in animum immittitur: de quibus ait Apoſtolus: *Radix omniũ malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis:* nimirum vt Auguſtinus teſtatur, *quia prius inſeruerunt ſe amoribus multis.* Vnde dies ille adoleſcens, ad ea quę perfectionis ſunt, vocatus à Chriſto, *abijt triſtis, quia dies erat.* Spina crucians, cogitatio eſt comparãdi diuitias; labor in illis augendis & cumulandis; timor in illis amittendis, dolor, & abiectus animus in eis expendendis. Vt cùm quis cogitat, ſi ille diem ſuum obiret, ego hæres ſuccederem, haberem illam Eccleſiam, vel illud officium. Si annonæ & tritici penuria creſceret, cariùs ego frumentum meũ venderem, & haberem vnde ditari poſſem, & vnde cupiditati meę ſatisfacerem.

Quis quod ſpinæ ſimul exortæ dicũtur cum ſemine.

1. Tim. 6.

Auguſt.

Matth. 19. Spinæ diuitũ quænã illæ.

Diuitias autem vocat Lucas earum ſtudium, quæ ſuffocant diuinũ hoc ſemẽ: quæ in Matthæo & Marco dicuntur fallaces diuitiæ, eo quod ditare & felicem hominem pollicentur: cùm inopem potiùs, atque infelicem faciant: nam, vt rectè quidam dixit. Inopiæ deſunt pauca, luxuriæ multa, ſed auaritiæ omnia: quandoquidem auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet. Intelligant qui ſe Chriſti cultores profitentur, & nihil minus norunt quàm Chriſtum, diuitias hìc ab ipſa veritate ſpinas appellari: qui ſi verè in Chriſtum crederent, non minus eas auerſarẽtur, quàm contingere ſpinas timemus. Et quoties obuios habent pauperes, qui eleemoſynas peterent, lęti illis de ſuis impertirentur, & leuari ſe à ſpinis arbitrarentur, imò ſpinæ illæ in ſuauiſſimos flores conuerterentur, qui & vulnera fouerent, & ſuo odore mirificè proximos delectarent. Rectè poëtæ Plutum illum, quem diuitiarum Deum eſſe fabulantur, cæcum finxerunt: nam quæ monſtroſior excogitari cæcitas queat, quàm cùm poſsit homo diuitijs frui in hac vita iocundè, ſummaque ſua cum vtilitate, & per eas æternam vitam adipiſci, malit eas ita poſsidere, vt & in hac vita ſemper in ærumnis degat, & poſt mortem ſempiternis pœnis tradatur excruciandus? Perpende ex B. Gregorio, duo adiungi diuitijs, ſolicitudines, ſcilicet, & voluptates, & illas quidẽ præponi, has verò poſtponi: nam in comparandis diuitijs præcedunt vanæ curæ, quibus miſer homo torquetur, obtentæ verò ad voluptates pertrahunt, quibus, vt ſpinis, anima vulneratur, per cruciatum & remorſum conſcientiæ.

Diuitiæ eũ fallaces dicantur a Domino.

Quanta auarorum inopia.

6 B. Greg. ho. 15. ſuper Euang. tom. 11.

Non deſunt qui has terras aliter interpretentur, & ſecus viam dicant fuiſſe homines legis naturæ, qui nondum in via,

Terræ partiũ altera applicatio quorundam.

in via, ſed prope erant. Terra petroſa, erant in lege Moyſi agentes, qui duri erant, & quibus per Prophetam promiſit; *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Terra verò ſpinoſa ſignificat viros Noui Teſtamenti, quibus à poſſeſsione diuitiarum periculũ imminet. Terra autem bona in omnibus ſtatibus fructum tulit: in illa legis naturæ fructum triceſimum: in lege Moyſi ſexageſimum: in Euangelio centeſimum. Rurſus alij ſunt, qui ad tria vitia capitalia has terras cenſeant referendas, nempè ad luxuriam, ſuperbiam, & auaritiam. Senſus enim voluptatibus deditus cor habet apertũ omnibus Dæmonibus, & conculcatur à beſtijs: *Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur*, vt ait Sapiens. Petroſa terra, ſuperbus eſt, vt Pharao, & cæteri corde obdurati, quibus iudicium Dei imminet: de quo; *Cor durum male habebit in nouiſsimo.* Terra ſpinoſa ſignificat auaritiam, quæ peccatis animam vulnerat, & cruentat. Propter hanc triplicem terram dicitur Hierem. cap. 22. *Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini:* vt omnis terra, tam illa, quę ſecus viã eſt, quam quæ petroſa, & ſpinoſa, ad fructuoſe verbum Dei audiendum excitetur. Sed hæ, etſi bonæ ſint expoſitiones, & veræ; nos tamen illam primam, ex verbis Chriſti ſimpliciter depromptã, cæteris præferimus.

Tertia applicatio.

Ecclę. 9.

Supra 3.

7 Quam in terrã bonã verbi Dei ſemen cecidit.

Sequitur quarta terra, ſed bona, quæ ſimiliter, vt mala, in tres partes diuiditur: quidam enim ſunt, qui ſtudiũ adhibent diſcendi, & induſtriã intelligendi verbum Dei, & Domini voluntatẽ: atq; hi fructum ferunt copioſum, quem hic dicit Euangelium. Huic ſtudio qui adhibent infractum animi robur, contra tentationes ingruentes, vt nullis terroribus patiantur ſe à ſuſcepto pietatis ſtudio, & à religione ſemel amplexata dimoueri, duplicant hunc fructum. Copioſiſsimum autem fructum ferunt illi, qui renuntiantes omnibus quæ in hoc mundo ſunt, nudum Chriſtum nudi ſequuntur, vt vnum Chriſtum ſibi lucrifaciant; Chriſto autem per prædicationem, & doctrinæ miniſterium, cæteros homines. Et de his ait Lucas, *Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent; & fructum afferunt in patientia.* Terra bona eſt cor ab humanis affectibus, & terrenis perturbationibus vacuum, & liberum: quam primum enim vitia ab animo tollimus, quæ nos noſtra culpa contraximus; & ſolum illud relinquimus, quod optimè ab optimo opifice creatum eſt, continuò diuinum ſemen in nobis fructum edit. Verùm quia *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, & perpetua inter vtrumque pugna eſt, magna eſt opus tolerantia, & fortiter in acie perſtandum, & ob eam cauſam dixit, per patientiam fructum afferri: quare & in alio loco ait, *In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras* Sine patientia enim non perſeueratur: at niſi perſeueraremus, expectari nequit ſalus. *Qui enim perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.* Hac inſignes extiterunt omnes, quicunque grati Deo fuerunt, ſiue Prophetæ, ſiue Apoſtoli, ſiue Martyres, ſed præcipuè diuinus Paulus, qui magnã terræ partem perambulauit, vt Chriſti Euangeliũ annuntiaret, vt tanquam fœcunda & ferax terra fructum vbiq; proferret: ita vt à Hieruſalem per circuitũ vſque ad Illyricum repleuerit Euangelium Chriſti. Suos ipſe labores, pericula, & curam omnium Eccleſiarum explicat in poſteriori epiſtola ad Corinthios; cuius partem in Dominica Sexageſimæ legit Eccleſia, qua die hoc recitatur Euangelium: vt vita B. Pauli commentarius quidam huius Euangelij exiſtat.

Terra bona quænam ſit.

Gal. 5.

Patientię neceſsitas.

Luc. 21.

Matth. 24.

Rom. 15.

8 Quid his numeris, triceſimo, ſexageſimo, atque cẽteſimo denotetur.

Quod verò dixit B. Marcus de terra bona, quod *Dabat fructum aſcendentem, & creſcentem*; Matthæus explicauit dicendo, *Fructum centeſimum, ſexageſimum, & triceſimum.* Vbi tria aduertenda ſunt. Primum, his numeris explicari varietatem fructuum, qui ex verbo Dei ſeminato pro ratione laboris & conatus liberi arbitrij colliguntur. Et quanquam expoſitio illa, tanquam catholica, & à Patribus tradita, cum veneratione ſuſcipienda ſit, quæ docet, tres hominũ ſtatus illis fructibus reſpondere, nempè virgi-

Luc. 14.

pè virginum, viduorum, atque coniugatorum; nam virgines centuplum reddunt, vt docet Hieronymus hoc loco, & libro in Iouinianum in principio, & B. Cyprianus de habitu Virginũ, atque alij Patres: aliorum tamen expositio paruipendenda non est, quæ docet tres status esse, incipientium, proficiẽtium, & perfectorum, vt exponit Theophilactus, & Euthymius. Per cẽtuplum enim significatur perfecta virtutis fructificatio: per sexagecuplum minor: nam ad triginta, duplum sunt sexaginta, cẽtum verò, triplum, imò & supra triplũ, propter perfectionis excellentiam, quia cõtinet virtutem aliorum, & aliquid amplius. Et inter hos perfectos primũ locum habent Apostoli, & religiosi, qui propter Christum prædicandum omnia reliquerunt, de quibus Dominus ait, *Centuplum accipiet, & vitam æternã possidebit*. Deinde etiam Martyres, qui perfectissima charitate præditi, mortem propter Christum sustinuerunt. Nam Dominus dixit; *Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis*. Hinc Augustinus quæst. Euangeliorum libro; *Quod dicit, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum: centesimum Martyrum propter sanctitatem vitæ, vel contemptum mortis; sexagesimum virginum, propter ocium interius, quia non pugnant contra consuetudinem carnis. (Solet enim ocium concedi sexagenarijs post militiam, vel post actiones publicas) trigesimum coniugatorum, quia hæc est ætas præliantium: ipsi enim habent acriorem conflictum, ne libidinibus superentur*. Hæc ille.

Hieron. tom 1. & tom. 2. B. Cyprian. Alter sensus non incongruus.

Theophil. Euthim c. 24. in Matth. Per centuplum fructũ & per sexagecuplum quid mysticè. Qui ferant fructum centesimum, qui sexagesimũ, qui verò tricesimum.

Matth. 19.

Ioan. 15.

Augu. lib. 1. q. Euangel q 10. tom. 4. ante med.

Et vide quomodò pro diuersitate terræ, fructum tam diuersum proferat. Nã præter Dei gratiam, quæ præcipuas partes habet in edendo fructu, adiungendus est liberi arbitrij nostri assensus, & conatus, qui in caussa est, vt eundem gradum gratiæ recipientes, longè diuersos proferamus fructus. Ait enim Dominus, quòd reddet vnicuique secundùm opera sua. Et rursus Apostolus: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundùm suum laborem*. Quanquã enim labores & opera ex gratia Dei prodeant, & gratia Dei interdum ab Apostolo ob id appellentur, vt cum dicit: *Gratia Dei, vita æterna*: tamen remuneratio æternæ mercedis labores nostros & opera respicit. Alterum est circa illud: *In corde bono & optimo audientes*. Quod quidam sic interpretantur: In corde bono, natura, sed gratia Dei, optimo. Alij rursus, Corde bono, in subditis; optimo, in pastoribus, & maioribus. Erasmus putauit esse geminationem iuxta morem Hebreæ linguæ, vt illud Hieremiæ; *Ficus bonas, bonas valde: ficus malas, malas valde*: id est egregias & excellentes, siue insipidas & acerbas. Sed dicendum est, potiùs videri Græcam phrasin ex adytis philosophiæ petitam: nam quia sunt duplicia bonorum genera, alia quidem interna, alia externa, rectè omnibus bonis ornatum vocant Græci καλὸς, καὶ ἀγαθὸς hic verò dicitur, καλὸς καὶ ἐν καρδίᾳ καλῇ, καὶ ἀγαθῇ externa enim sine internis hypocritam faciunt; interna verò sine externis non ædificant, quia non cadunt sub aspectum aliorũ: proinde qui honestus, & bonus dicitur iuxta Græcam phrasin, omnium virtutum officijs cumulatus intelligitur.

Rom. 6.

Quid illud: In corde bono, & optimo varij sensus. *Erasmus.*

Hiere. 24.

Bona duplicia, interna, & externa.

Καλὸς. καὶ ἀγαθὸς Græcis, omnium virtutum officijs intelligitur cumulatus.

10

Postremò ponderandum est quod aiunt, *Verbum retinent*: est ergo audiendum verbum Dei libenter, & non coactè, ne contingat illud vna aure excipere & altera effluere, & animo edendi fructum, & vt inuitatus ad mensam degustare debet quæ apponuntur fercula, ne de nobis dicat Deus, vt de auditoribus Ezechielis. *Et es eis quasi carmẽ musicum, quod suaui, dulciq; sono canitur, & audiunt verba tua, & non faciũt ea*. Verbum etiam retinent, vt instar animaliũ mundorum quæ ruminant, ita illi mẽte reuoluant & recogitent vim & efficaciam verbi Dei, subdit: *Et fructum adferunt in patientia*. Nam quia *patiẽtia opus perfectum habet*, omnia quæ ex illa radice prodeunt, perfecta sunt. Græca vox ὑπομονὴ proprie expectationem, & longanimitatem significat, vt sensus sit: fructum adferunt in patienti expectatione mercedis, scilicet æternæ vitæ. Et de

Ezech. 33.

Quid rursus illud: Fructũ adferũt in patientia. *Iacob. 1.* Ὑπομονὴ.

9

Terræ tam diuersum fructum proferentis, quæ nã ratio sit.

Matth. 16. & sæpe alias. 1. Cor. 3.

Et de hac dixit Dominus alio loco: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Sed reuera hæc expectatio siue patientia non est, & eam efficit quatenus est opus. Hinc Eccles. 2. *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine*. Et infra: *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo; & ideò non protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas*, id est, qui victi aduersa aliqua fortuna, non perseuerauerunt in via Dei. Et Tertullianus in Gnosticos disputans, & verba edisserens Domini: *Qui sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit*, ait; *Quid sustinendo, nisi traditionem, nisi persecutionem, nisi occisionem? Nec enim aliud est sustinere in finem, quàm pati finem*. Continet ergo sustinentia, id est, Diuinæ mercedis expectatio patientiam, & malorum tolerantiam, vt docet Ecclesiastici auctor, & Tertullianus. Grauida mulier non profert fructum nisi cum patientia dolorum ingruentium. Nux percussa abũdantiorem fructum reddit. Terra ipsa, nisi aratro & ligone agitata, aquis, niuibus, & frigore visitata, vberes fructus non producit. Proinde pudeat nos tam ignauos esse. & propositis tam generosis Sanctorum exemplis tam frigide respondere; efficiamurque terra bona, quæ diuinum semen in ea iactum multiplicet, ac benedictionem á Deo consequi mereatur, iuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Luc. 21.

Id Ecclesiastici: Væ qui perdiderunt sustinẽtiam, & qui dereliquerũt vias rectas, quid significet. *Tertull.*

Matth. 24.

Sustinere, seu perseuerare vsq; in finem, quid? teste Tertulliano.

Ioan. 16.

Patientiæ fructus vberrimus.

TRACTATVS VI.

In parabolam zizaniorum, quã solus Matthæus proponit, cap. 13.

ALIAM parabolam proposuit illis dicens; *Simile factũ est Regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Quum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania, &c.* Secunda hæc est in ordine parabola, quam & ipsam Dominus Apostolis interrogantibus per se ipsum explicare dignatus est: ex cuius epiparabola colligi potest, quem finẽ maximè Dominus in ea proponenda respexit. Fuit enim mens Domini, per eam declarare, malos cum bonis in medio Ecclesiæ simul futuros ad diem vsque iudicij, cũ fiet ab se inuicem discretio, & separatio. Et videtur hæc parabola aliquid addere præcedenti, in qua terram bonam distinxit à terris sterilibus fructum, aut nullum, aut saltẽ non qualem debebant, reddentibus: hic verò adiungit etiam illam bonam quartam partem terræ, quæ varios profert fructus, plures, & pauciores, non omnino alienam à malis seminibus futuram: nam hostis bona semina incorrupta esse non finit: vnde describitur in hoc Euangelio occultum bellum dæmonis contra Christum. & suos, instar serpentis occulti, & qui calcaneo insidiatur pugnantis, qui alias aperte bellum indicit, & *Sicut Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*. Et vt illa valet ad monẽdos auditores, ne gratis audiant verbum Dei, & ad consolationem discipulorum ne ob id cessarent à prædicatione, etiamsi in multis illam infrugiferam essent experturi: ita & hæc præsens valet ad commonefaciendos auditores, ne sibi ex eo placerent, quod Christum sequi viderẽtur, cùm semper mali homines essent suo gregi admiscendi; & ad solandos discipulos, & omnes bonos fideles, ne ex eo offenderentur, vel scandalum acciperent. Et vt priori parabola significatus est primus status Ecclesiæ ab initio prædicationis Christi, vsq; ad mortem Domini, & Apostolorum: ita secũdus status Ecclesiæ in hac nobis proponitur, quando post prædicationem, & mortem Apostolorum prodierunt hæretici, initio quidem occulti propter metum, ne statim in ortu suo comprimerentur.

Parabolæ zizaniorũ epiparabola.

Matth. 13.

Quid hæc parabola sunra illã seminis cõtineat amplius.

Qualis hostis noster diabolus Christi testimonio, & Mosis.

Gen. 3.

1. Pet. 5.

Superioris parabolæ, & istius vtilitates.

2

Quanquam autem hęc parabola cum illa Sagenæ, ac cum illa Ouium, & hœdorum eundẽ finem spectare videatur: tamen

Quibus cum aliis hæc parabola

Fabola zizaniorũ conuenire videatur, & quorsum inducta sint.
Matth. 13.
Infra 15.
Secunda ratio.
Chrys. hom. 48. in Matt. circa mediũ, tom. 2.
Matth. 15.

tamen nihil obstat vnius, & eiusdem rei plures parabolas tradi, vt ab initio admonuimus; vt qui per vnam non capit mysteria regni Dei, per alteram sibi magis notam & familiarem intelligat. Deinde, vt admonuit Chrysostomus, tractans parabolã sagenæ: *Quid*, inquit, *interest hæc ab illa, quæ de zizanijs est? Eodem enim modo etiam ibi alij saluantur, alij perduntur. Verùm ibi hæresi, atque prauis dogmatibus, & qui ante illam parabolam sunt, quoniam prædicationi non adhæserunt; isti verò malè viuendo pereunt, & cæteris sunt inferiores, quoniam veritatem quidẽ cognouerunt, & in verriculum piscatorum inciderunt, & tamen malè viuendo pericre. Et certè alibi ait; Quia ipse segregabit eos, vt pastor oues segregat; hic verò, & in parabola de zizanijs Angelos istud facturos dixit.* Ita ille. Augustinus lib. quæst. Euangeli, secundum Matth. sic scribit; *Sed rectè quæritur, vtrum hæretici sint, aut malè viuentes Catholici? Possunt enim dici filij mali etiam hæretici, quia ex eodem Euangelij semine, & Christi nomine procreati, prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertuntur. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videntur illi significari, qui vnius communionis sunt. Veruntamen quoniam Dominus agrum ipsum, non Ecclesiam, sed hunc mundum interpretatus est, bene intelliguntur hæretici: quia non societate vnius Ecclesiæ, vel vnius fidei, sed societate solius nominis Christiani in hoc mundo permiscentur bonis: at illi, qui in eadem fide mali sunt, palea potius, quam zizania deputantur: quia palea etiam fundamentum ipsum habet cum frumento, radicemq; communem. In illa planè sagena, qua concluduntur & mali, & boni pisces, non absurdè mali Catholici intelliguntur. Aliud est enim mare, quod magis mundum istum significat; aliud sagena, qua vnius fidei, vel vnius Ecclesiæ communionem videtur ostendere. Inter hæreticos, & malos Catholicos hoc interest, quòd hæretici falsa credunt, illi autem vera credentes non viuunt ita vt credunt. Solet autem etiam quæri, schismatici quid ab hæreticis distent; & hoc inueniri, quòd schismatici nonfides diuersa faciat, sed communionis dirupta societas. Sed vtrum inter zizania numerandi sint, dubitari potest.* Hæc ille: qui etsi schismaticos computet inter corruptas spicas, vel aristas fractas, ac de segete abscissas, tamen propter insigne scandalum, quod Ecclesiæ præbẽt, & viam ad hæresim, ad quam schisma disponit, non absurdè inter zizania possunt computari. Idem Augustinus lib. retract. *Illud etiam*, inquit, *quod dixi, Ad multitudinem zizaniorum, vbi intelliguntur omnes hæretici: minus habet vnam necessariam coniunctionem. Dicendum enim fuit; vbi intelliguntur etiam omnes hæretici, aut, vbi intelliguntur etiam omnes hæreses. Nunc verò ita dictum est, quasi præter Ecclesiam tantummodo sint zizania, non etiam in Ecclesia, cùm ipsa sit regnum Christi, de quo collecturi sunt Angeli eius messis tempore omnia scandala.* Vnde Cyprianus Martyr; *Etsi videntur*, inquit, *in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas vestra, vt quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus.* Hæc ille, admittens præter hæreticos alios quoque criminosos, & scelestos dici posse zizania: quod & autoritate Cypriani confirmatur: & hæc de scopo.

Schismaticos interdum zizania non inepte computari.
Idem lib. 2. Retractat. cap. 23. tom. 1. prope initium.
Cyprian. lib. epist. 3. sub initium.

3 Cortex huius parabolæ.

De cortice autem. Fingitur homo bonum semen seminasse in agro suo; sed nocturno tempore accessisse inimicum, & præ inuidia seminasse zizania. Zizanium, fœminino, & neutro genere declinatur; quemadmodum margaritum, & margarita. Est autem vox Græca, significans, teste Augustino lib. quæst. Euangel. omnem immunditiam in segete. Et Ambrosius in lib. Hexamerõ ait; *Loliũ, & reliqua adulterina semina, quæ frugibus sæpè miscentur, zizania nuncupari, Euangelica lectione cognouimus.* Et vt Hieronymus hoc loco docet, *Inter triticum, & zizania, quod nos appellamus lolium, quandiu herba est, & nondum culmus venit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernendo aut nulla, aut perdifficilis distantia.* Hactenus ille. Est ergo zizanium, lolium, & quæcunque alia adulterina semina. Nascitur autem loliũ ex tritici, vel hordei corruptis granis:

Zizanium quid.
Aug. lib. 1. q. Euange. c. 12. tom. 4.
Ambros. lib. 3. Hexameron. cap. 10. tom. 4. prope initium.
Hieron. tom. 9. initio.

Zizanium vnde nascatur: eius proprietates.

Plautus in Milite: Mirũ est lolio te vitiare tam vili tritico.
Quid in omnia luscitiosus. & Ouid. lib. 1. Fastorũ. Et caueant lolijs oculos vitiãtibus agris.
Virgil. 1. Georg.
Plin. lib. 18. cap. 17. prope initium.
Ruellius.
Theophra.

nis: reddit fructum nigrum, pulueri similem, sed dum est in herba, simillimũ tritico. Comedi solet cum tritico à pauperibus, &, teste Plauto, manducatum nocet oculis, propter acres vapores, quos in caput attollit: vnde, *Lolio vitiare*, prouerbij loco dicitur. In cæcutiẽtes & luscioſos somnum inducit, vertiginem, & vomitum: rationẽ, & sensum oppilat, & hominem ad insaniã redigit; dictum à Gallis Iuræa, ab inebriando: ob quam causam à Pocta dicitur, Infelix lolium; a Plinio, morbus & pestis frugum, & Græcè ζιζάνιον quasi σιτάνιον παρὰ τὸ σῖτος καὶ τίκτω quod videlicet tritico noceat. Naturam lolij siue zizanij, docent Theophrastus, & Ruellius li. 2. de natura stirpium, cap. 30. Atque hæc pauca de secundo, nimirum de cortice dicta sint.

4 Quomodo triticum, & hordeum in lolium, loliũ contra in frumentum conuertantur.
Hieron. in c. 13. Matth.

Sed, vt nonnulli tradunt, triticum & hordeum nimia terræ vligine corruptum, iugibusque pluuijs dilutum, in lolium conuertitur: contra verò cum est terræ magna siccitas, lolium conuertitur in frumentum. In applicatione sequemur expositionem Domini. Et vt Hieronymus ait, *Quæ exposita sunt à Domino, his debemus accommodare fidem: quæ autem tacita, & nostræ intelligentiæ derelicta, perstringenda sunt breuiter.* Dicendum ergo, quis sit seminator, & quod semen eius, & quis ager. Deinde quis sit inimicus homo, & quid zizania. Tertiò, qui homines dormientes. Quartò, qui sint serui volentes colligere zizania ante tempus, & ratio propter quam compressi sunt à patre familias. Postremò, quid sit messis, & quomodò colligantur zizania in fasciculos vt comburantur, & triticum, vt reponatur in horreum.

Ordo huius tractationis.

5 Quis sit seminator tritici.
Ioan. 1.

Ad primam quæstionem dicendum, satorem, esse Filium hominis, qui & in præcedenti parabola seminator fuit: qui quatenus homo est, imperfecta hominum supplere atque illos miserari tanquam homo dignatur. Hic autem vt Deus est, & Verbum æternum, agro naturæ nostræ se adiunxit, & vniuit, cum Verbum caro factum est: in cuius virtute seminauit illud in cordibus omnium hominum, cum tanto labore ipsius incarnati Verbi, & Apostolorum, & omnium ministrorum, & cum tã continua & assidua operatione Trinitatis. Semen autem bonum, vel dogmata Fidei sunt, quæ fide suscepta, homines bonos efficiunt, vt Hieronymus exponit; siue, vt Dominus interpretatur, filij sunt regni: quemadmodum zizania, filij sunt nequam. Neque mireris, si in parabola præcedenti semen erat Verbum Dei, siue verbum regni: in hac autem semen bonum, sunt filij regni: quia verbum regni dum fide suscipitur, & colitur, ipsum habentem semen efficit, vt possit in alios multiplicari, dum verbo, & vitæ exemplo alios Christo generant: atque ad hoc alludens propheta Hieremias dixit; *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & seminabo domum Israël, & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum*: per homines & iumenta intelligens, siue sapientes, & simplices, siue Iudæos, & Gentiles, qui ad Iudæos comparati, erant velut iumenta, cum scripturis, & Prophetis essent destituti. Vocat ergo bonum semen, filios regni: quia priùs Deus verbo suo acquisiuit multos, quos deinde tanquam semina in mundo sparsit, cùm ad prædicandum verbum vniuersæ creaturæ misit. Vnde & in priori etiam parabola de terra secus viam dicitur: *Hic est qui secus viam seminatus est.* Dicitur ergo homo seminatus, eo quòd semen susceperit, & verbum regni seminatum in homine, seu in corde eius: quemadmodũ dicimus & agrum seminatum esse, & semen seminatum esse in agro: & ager seminatus & ferax potest dici seminarium ad serendos alios agros. Tale se semen agnoscebat B. Ignatius, cùm dicebat, *Triticum Dei sum, dentibus bestiarum molar.* Et dicuntur filij regni, quòd in eis, tanquam in filijs regnet Deus, quibus nocere zizania non possint: & ipsi seruiendo Deo, regnant, liberati à sæuissimo & tyrannico regno dæmonis: dicunturque bonum semen, non solùm in se ipsis, sed quia prædicationis verbo, & sanctæ vitæ exemplo alios agros liberant à sterilitate, & ne

Quodnã sit semen bonũ. Hieron. loco prædicto.
Si semen, in priori parabola erat verbũ Dei, quid ergo nũc semen bonum dicuntur filij regni.
Hiere. 13.
Seminare domũ Israël, & domũ Iuda semine hominũ, & semine iumentorum, quid apud Hieremiam.
Bonum semen cur filij regni dicantur.
Mar. vlt.
Quale semẽ B. Ignatius.
B. Ignatius ante med. epist. 15.
Filij regni quare bonũ sint semen.

Augustl. li. q. Euang. secundam Matth. q 11. initio tom. 4. ante medium.
Per zizania in medio tritici seminata quid intelligat Augustinus.
Alter eius sensus congruentior.
Hæretici à malis Catholicis quid differant, secundum Augst.
Schismatici quid ab hæreticis distẽt eodẽ auctore.

& ne producant spinas peccatorum, & à bestijs, id est, dæmonibus conculcentur: & faciunt vt producant operis boni fructum, ad æternam vitam consequendam: & filij regni aliter hoc loco accipiendi sunt, atque Matth. 8. vbi dicitur, *Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores*: quo loco dicuntur filij regni secundum communem hominum existimationem & iudicium, hic verò secundum veritatem & diuinā prædestinationem. Ager verò, iuxta Domini interpretationem, mundus est, qui dicitur suus ager: quia *Domini est terra & plenitudo eius*; nō tantum iure creationis, sed etiā titulo emptionis: & dici potest ager sanguinis, quia Christi sanguine redēptus. Suus etiam dicitur, quia in illo, vt sibi simili, delectatur, ita vt dixerit; *Delicia meæ esse cum filijs hominum*. Quid enim nos homines, nisi portio mundi, sumus, in quam cum huius vel illius fēminis portio ceciderit, aut vtrumque simul, hi simus atq; dicamur, quatenus semina illa nos cōmutarunt? Vt enim ego homo simplex sum, qui si accedit ars pictoria, pictor dicor; at si agrorum colendorum, agricola vocor, quòd si plures artes accedant, eius præcipuè nomine, quæ aut firmius hæsit, aut quam plus exerceo, vocor: ita filius Dei sum & dicor, si ad voluntatem Dei viuo, aut Christus in me viuit, alius futurus, si ad alterius præscriptum vixero, aut alius in me spiritus vixerit; ita enim dicere solemus. Alius homo sum, non sum ille, qui heri, aut nudiustertius fuerim, cum mores mutatos indicare volumus. In hunc sensum loquitur Paulus de homine nouo, & veteri, interiori, & exteriori, animali, & spirituali.

Quisnam sit ager, & cuius sit ille, & quare. *Psalm* 23.

Prou. 8.

6 Quæ sint zizania.

Ad secundum, zizania, exposuit Dominus esse filios nequam, siue Græcè υἱοὺς τοῦ πονηροῦ, id est, illius nequissimi & importuni dæmonis, cuius semen sunt omnes mali, iuxta illud; *Qui facit peccatum, ex diabolo est*: & iterum, *Vos ex patre diabolo estis: & desideria Patris vestri vultis facere*. Tamen hoc loco non quoslibet peccatores, sed insignes, & seditiosos, qui Ecclesiam scindunt & perturbant, quales sunt hæresiarchæ & schismatici, ac publicè criminosi, & qui semina sunt ad alios filios diaboli sibi similes generandos, intelliguntur: vt ex his, quæ ex Chrysostomo, & Augustino attulimus, constat; nam inferiùs per zizania explicat scandala, & eos qui faciūt iniquitatem, exponit. Nam vt zizania ex corruptis tritici & hordei seminibus gignuntur: ita hæretici non nisi ex corrupta fide in quibusdam ob nimiā carnis pinguedinem, tanquam terræ vliginem, efficiuntur, vt inquit Ioannes. 1. *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis*. Ac vt in terra nimis sicca in frumētum conuertuntur zizania: ita hæreticus si à peccatis, & præsertim à vitijs carnis se contineat, ad Fidem Catholicam reuertitur. Producunt zizania fructum nigrum, & pulueri similem: hic est error in Fide Catholica, qui splendorem fidei denigrat, & hominem puluerem efficit, ita vt facilè moueatur omni vento doctrinæ: nam hæreticus non sibi constat, sed modò hanc, modò illam opinionē amplectitur, cū careat solido Fidei fundamento. Ad hæc zizanium dum in herba est, simillimum est in triticò, ita hæreses, & hæretica proponentes, ab initio, siue dum in herba sunt, nihil videntur distare vel à Catholicis Fidei dogmatibus, vel ab orthodoxis Ecclesiæ filijs, donec tamen matureſcant, & grandescant, manifestè se produnt, quò tandem eorum peruersa dogmata tendant. Inducit spiritum vertiginis, vt nequeant consistere, & vomitum eorum, quę fide susceperunt. Præterea vt zizania obturare dicuntur sensum & rationem, & hominem redigere ad insaniam, eumq; ebrium reddere: similiter hæreses ratione homines destituunt, & ob obstinationem & pertinaciam rationes in contrarium, vel scripturas, vel Patres non audiunt, quibus oculos scriò claudunt, & tandem homines omnino insanos reddunt. Nā quid magis insaniæ proximum, quàm vni sibi plus tribuere, quā traditioni Apostolicæ, aut vniuersis Ecclesiæ Patribus, & iactare se solos id videre, quod nullus hactenus perspicere potuit? vnde & instar ebrij & insani verba sine sensu & ratione effundunt; & eorum scripta, insanientes & ebrios auctores ipsorum fuisse arguunt atque demonstrant.

1. Ioan. 3. *Ioan.* 8.

Vnde hæretici nascuntur, tam infelix videlicet lolium, & steriles aucnæ.

Ioan. 2.

Ephes. 4.

Hæreticorū leuitas, & inconstantia.

Secunda ratio, hæretici cur zizanijs cōparentur.

Tertia ratio.

Matth. 7.

Mira hæreticorū insania.

Inimicus homo ille cur tantùm dicatur superseminasse zizania.

7 Quis ille inimicus homo qui superseminauit zizania.

Inimicus autem homo ille idem est, qui in præcedenti parabola malus absolutè à Matthæo dicitur, siue diabolus & Satanas à cæteris Euangelistis, qui verè primus in cœlo zizania seminauit inter Angelos, & in terris parens est, & seminarium omnium zizaniorum. Verè inimicus, quia oppositam habet voluntatem, & nostram sitit perditionem. Homo enim diaboli naturam ignorās, & inuidiam eius agnoscens, *Qua mors introiuit in orbem terrarum*, & quia *ille homicida erat ab initio*, vt ait Dominus, hominem existimat, & hominis formam, & affectus illi tribuit. Hominis etiam est inimici, in plantis, siue in agris illi nocere, & post a se deiectum triumphatumque hominem, homo dicitur: quemadmodum Scipio Africanus ab Africa deuastata. Denique dum tentat, in affectus humanos se transformat, vt meliùs possit decipere. De hoc inimico homine loquitur Dauid, cum ait; *Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me*. Et rursus, *Exurge Domine, non confortetur homo*. Et aduerte, dæmonem, qui princeps est tenebrarum, & qui tanquam malè agens odit lucem, secretò operari. Nam si in propria specie veniret, quisque sibi ab eo, tanquam ab hoste capitali caueret, propterea transfiguratus venit in Angelum lucis; & cum sit lupus rapax, in vestimentis ouium venit, & noctu, & clam, hoc est, per alios, tanquam per sua organa, ne insidiæ eius agnoscantur, & techniæ. Aduerte etiam, dæmonem, vel ad hæresim, vel ad peccatum cogere posse neminem: idcircò dicitur tantum superseminasse; quod per suggestiones facit, ne quisquam existimet se esse zizania natura sua, ac non potius studio, & voluntate sua.

Sapien. 2. *Ioan.* 8.

Psal. 139. *Psal.* 9.

Quare inimicus ille vocatur homo. *Gen.* 3.

Quàm occultè, & recte operetur. *Ephes* 6. *Ioan.* 3. 2. *Cor.* 11.

8 Qui sint homines dormientes.

Ad tertium, homines dormientes, pastores sunt Ecclesiarum, quibus cura committitur ouium, siue agrorum, sicut & in parabola vineæ agricolæ dicuntur; velut inferiores vocatur vineæ, siue Dei agricultura, de quibus Apostolus ad Corinth. ait: *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis*. His ergo, qui custodiæ aliorum deputati sunt, vigilantia præcipitur iuxta verbum Christi; *Beati serui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes*: & Apostoli, *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim pernigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri*. Quando ergo illi homines, quorum est pro alijs vigilare, dormiunt, habentes sensus supinos ad diuina, & apertos ac intentos ad humana, & dicentes cum Gallione Pro consule quæstiones esse de nominibus legis, tunc inimicus homo superseminat zizania. Hinc rectè ait Sapiens; *Per agrum hominis pigri* (id est, dormientis) *transiui, & per vineam viri stulti: & ecce totū repleuerant vrtica, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat*.

1. *Corin.* 3.

Luc. 12.

Heb. 13.

Act. 18.

Prou. 24.

9 Alter sensus de hominibus dormientibus. Christo ad huc viuente, ac paullō post eius in cœlos ascensum quæ superseminauerit inimicus homo zizania.

Possumus etiam per somnum, intelligere Dei permissionem, qui, quasi dormiat, multa videtur permittere, & dissimulare. Nam & ipso Christo apud nos existente, ac dissimulante, dæmon superseminauit zizania, id est, Iudā, Simonē Magum, & his alios persimiles, vt Elymam Magum, Hymenæum, & Alexādrum. Quod si hæc, vigilantibus pastoribus, facta sunt, quid credendū est accidere, dum dormiunt.

Ioan. 13. *Act.* 13. 1. *Tim.* 1.

10 *Chrysost. hom.* 47. *in Matt. initio to.* 2. *t Tertull.* Veritas quare antiquior errore, seu mendacio.

Falsa dogmata à veris, spuriaq; cō-

Ex illo autem verbo, *Superseminauit zizania*, doctè annotāt Chrysostomus, & illo antiquior Tertullianus lib. de præscriptionibus hæreticorū, antiquiorem esse veritatē, errorem verò iuniorē: nam cum error priuatio sit veritatis, & habitus suapte natura præcedat priuationem, oportet confiteri hæreses exortas in Ecclesia tāquam zizania, posteriores vera fide existere. Prophetæ anteriores sunt pseudoprophetis, sicut Apostoli pseudoapostolis. Vera Christi Ecclesia tempore præcedit quamcunque falsam hæreticorum congregationem: præcedunt creatoris bona, mala diaboli post sequuntur, vt malū quod accidit ex diabolo, sit accidens, non natura. Ideò certa regula cognoscendi, & reprobandi dogmata falsa, & congregationes spu-

gregationes à legitimis discernendi, regula Tertulliani.

rias, quæ nomen Catholici sibi tribuere non verentur, à Tertulliano traditur à temporis ratione. Nam quæcunque tempore posteriora sunt, tanquam de veritate suspecta nobis (quia recentiora) esse debent. Deinde ex eo quod ait, *In medio tritici*, erudimur, dæmonem, & hæreticum in disseminādis suis erroribus semper niti super aliquo vero, aut super aliquo loco Scripturæ, qui in speciem facere videtur. Nam, vt pulchrè ait Iræneus. *Vt facile est ex multitudine lapillorum pretiosorum, qui variis coloribus constant, efficere imaginem Regis, aut aliter compositis & contextis efficere imaginem vulpis: ita hæreticus sententias Scripturæ sacræ, quæ imaginem veritatis reddunt, detortas, & male intellectas, ad representandam effigiem falsitatis, & erroris componere solet, ita vt videatur Scriptura asserere, quod nūquam asseruit.* Rectè proinde Petrus Rauennas interpretatur illa verba: *Superseminauit zizania in medio tritici*: *Quia*, inquit, *diabolus hæreses inter fideles, inter sanctos, peccatum: inter pacificos, lites; inter simplices, dolos; inter innocentes, nequitiam gratis serere consueuit: non vt acquirat zizania, sed vt triticum perdat: nec vt reos capiat, sed vt adimat innocentes.*

Ab inimico homine cur superseminata zizania in medio tritici.

Irenæ. lib. 1. contra Valētin. cap. 1 in ter medium & finem.

Petrus Rauen. serm. 96 in fine.

Quos inter inimicus homo superseminet zizania in medio tritici.

Ad quartum dicendum, Dominum, qui sint serui qui patrē familiās admonuerunt de superseminatis zizanijs, non explicuisse: & profectò tales Angeli esse non possunt, vt sentit Hieronymus, qui non ignorant dæmonū dolos, & machinas, nec ignorant, Deū eorum insidias & technas non latere. Augustinus etiam lib. De quæst. Euangelicis, seruos patris familias ex eo non posse esse Angelos demonstrat, quia in fine parabolæ Angeli nomine messorū veniunt. Neque rursus ipsos pastores, & Ecclesiarum custodes significant: nā hīc serui ab hominibus dormientibus distinguuntur; & præterea tales volētes colligere zizania, id est, punire, & castigare hæreticos, & homines scandalum disseminantes, prohibentur; cum tamen pastoribus sit præceptum vt ius dicant, ac in seditiosos animaduertant: propterea namque illis baculus pastoralis tributur, vt illo possint lupos arcere, & cō prehensos percutere. Et claues regni cœlorum acceperunt, vt ligare possint, & soluere. Superest igitur, vt per seruos, intelligamus homines peculiari Dei zelo præditos, qui Dei iniurias patienter ferre non valent, sed subitò vellent vltionem de seditiosis, & vindictam de hæreticis sumere: quales fuerunt Iacobus & Ioannes, qui Samaritanos nolētes excipere Dominum, igni exustos esse voluerunt, & dixerunt, *Domine, vis dicimus, vt ignis descendat de cœlo, & cōsumat illos?* In hoc spiritu Helias dixit, *Si vir Dei ego sum, descendat ignis de cœlo & deuoret te, & quinquaginta tuos*: & Paulus Elymam Magum Euangelio obsistentem, cæcitate damnauit.

Pastorū munus quod sit.

Matth 16. Infra 18. Tertius sensus proprius & germanus.

Luc. 9. Quos olim zelus domus Dei comederit, defectioq, tenuit pro peccatoribus derelinquentibus legem eius.

4. Reg. 1. Act. 13. Quorundam zelus seruorum Dei non omnino laudabilis.

Hi ergo duo inducuntur Dominū interrogasse: & de duobus ab eo accepisse responsum. Primum est, vnde ager haberet zizania? & audierunt opera inimici hominis factum, dæmonemq; vniuersis Christi & suorum studijs & conatibus præ inuidia & hominis odio, repugnare. Secundum est, quòd cùm creuisset herba, & fecisset fructum, & cœpissent apparere zizania, quæ priùs delitescebant, dixerunt, *Domine, vis eamus, & colligamus ea?* talis enim interdum solet esse zelus priuatorū quorundam seruorum Dei, vt cū primum erūpunt hæreses, schismata in Ecclesia, aut scandala, confestim inardescant, & malos de medio tolli vehementer cupiant; & vt id sibi liceat per Dei legem exoptent. Sed isti audierunt, *Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Vbi in primis nota verbum B. Chrysostomi in illud: *Cùm creuisset herba, & fecisset fructum. Id certè*, inquit, *moris est apud hæreticos, vt obumbrent seipsos, atque occultent in principijs, quousque maiorem fiduciam capiant, & quodam fauore multitudinis iuuentur: tunc enim contagiosa venena intrepide effundunt.* Sic ille. Quæ quidem proxima sunt his, quæ Augustinus tradit, qui hæresim nouam, & recentem Vulpi comparat delitescenti; & veluti per rimas prorepenti: illam verò

Chrys. hom. 47. in Matt. tom. 2. Mores Hæreticorū quales.

Augustin. in Psalm. 80. tom. 8.

verò iam prouectam, & grandescētem, Leoni aperto marte certanti, & viribus confidenti, eleganter assimilat. Solent autem hæretici, qui nostra tempestate Ecclesiam infestant, hac parabola abuti, præsertim illis verbis, *Ne forte colligētes zizania, eradicetis simul & triticum*: quasi illis verbis Dominus prohibuerit hæreticos comburi, aut morte puniri. Adducunt præterea verba Chrysostomi, illud ferè tradentis, ait enim homil. 48. in hunc locum: *Non prohibet conciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi concidere: verum interficere ac trucidare. Sed vide quàm mitis sit: non enim solum prohibet, sed cur prohibet, rationem exponit. Quid autem si perseuerabunt ad mortem vsque zizania? Rursus eos verbo Ioannis commmonefacit, quibus iudicem ipsum fore asserebat, dicens parcendum esse zizanijs, quousque cum frumentis in agro sunt, quia possunt in frumenti statum commutari.* Similia ferè Euthymius Chrysostomum sequutus scripsit.

Hæretici his vt verbis abutantur, Ne forte colligētes zizania, eradicetis simul & triticum.

Idem Chrys. tom. 2.

Alter eorum abutus verborum Chrysostomi.

Euthym. c 24. in Matt.

13 Quid proprie significet: Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum.

Sed certè diligenter rem suam agunt hæretici: atque hic locus pro illis minimè facit, & à Patribus aliter exponitur. Nam in primis hic tantum est sermo de hæreticis, quando euelli de vita non possunt, sine manifesto periculo tritici. Vnde Hieronymus ait: *Quod autem dicitur: Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & frumentum, datur locus pœnitentiæ, & monemur, ne citò amputemus fratrem: quia fieri potest, vt ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat, & defendere incipiat veritatem. Illud quoque quod sequitur: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, videtur illi præcepto esse contrarium. Auferes malum de medio tui. & Nequaquam societatē habendam cum his, qui fratres nominantur, & sunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicatio, & vsque ad messem tenenda est patientia: quomodo ejiciendi sunt quidam de medio nostrum? Inter triticum & zizania, quod nos appellamus lolium, quandiu herba est, & nondum culmus venit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernendo, aut nulla aut perdifficilis distantia. Præmonet erg. Dominus, ne, vbi quid ambiguum est, citò sententiam proferamus, sed Deo iudici terminum reseruemus: vt cum dies iudicij venerit, ille non suspicionem criminis, sed manifestum reatum de sanctorum cœtu eijciat.* Eadem ferè docet Augustinus lib. 3. contra epistolam Parmeniani capit. 2. cuius hæc sunt verba: *Ipse Dominus, cum seruis nolentibus zizania colligere, dixit: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, præmisit causam, dicens, Ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, cum metus iste non iubet, sed omnino de frumentorum firma stabilitate certa securitas manet, id est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ, in qua tāto est efficacior emendatio prauitatis, quāto diligentior confirmatio caritatis.* Hi ergo duo Patres vnanimi consensu tradunt, sensum huius loci esse, prohibitā punitionem hæreticorum, quando non constat de certo crimine, sed tantum est suspicio, aut quando timetur maius malum per eorum punitionem in Ecclesiā accersiri.

Aug. to. 7 prope initiū.

Deuter. 13.

1. Cor. 5.

Est alius secundus sensus huius loci, qui diligenter & seriò expendendus est, Dominum hæc verba non direxisse ad præpositos, & magistratus, siue ecclesiasticos, siue seculares, quorum est punire fontes, & eradicare zizania, & quibus dicitur, *Maleficos non patietis viuere*: & Apostolus, *Non enim*, inquit, *sine caussa gladium portat*; & rursus, *Vtinam & abscindantur, qui vos conturbant: in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam: Auferes malum de medio tui: Modicum fermentum totam massam corrumpit: Qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus*; alias enim nec homicidæ, nec fures, nec seditiosi, nec proditores morte essent plectendi, sed expectandi vsque ad finem seculi. Verba ergo Christi ad seruos patrisfamilias directa sunt, qui priuata authoritate & zelo volebant insurgere ad zizania de medio tollenda; qui nec potestate laica, nec ecclesiastica

14 Alter sensus illius sententiæ, satis etiā accomodatus.

Rom. 13 Gal. 5. 2. Cor. 10 Deuter. 13 1. Cor. 5 Gal. 5. Matt. 18

Sontes punire soli qui debeant.

præditi sunt. Ideò non est cuiusuis, crimen, vel in Deum ipsum admissum, nisi tantùm magistratus Dei potestatem & locum habentis, punire. Atque huic nihil hoc loco dicitur, nihil prohibetur, sicut nec Medico officium secandi, vel vrendi, cùm opus est, interdicitur: sed tantùm declaratur, ex somno & culpa præpositorum Ecclesiæ custodię deputatorum, & negligentia & vitio magistratus secularis in hæreticos, & alios seditiosos homines, vt decet, non animad uertentis, hanc zizaniorum cum tritico permixtionem prouenire, & zelo præ-

Improborum hominũ pœnam cur differat in diem vsque iudicij Deus.

feruidis volentibus hæc diuina & extraordinaria potestate punire, prohibet, & propheticè annuntiat, se nolle cum eis alia via procedere, quàm expectatione temporis & messis, iudicij tarditatem, supplicij grauitate compensando: & interim non euelli zizania, reddi in beneficium tritici & ex pugna cum illis, victoria glorioſior elicitur, & dogmatum Fidei traditio clarior: ac vt tyranni fortitudinem martyrum suis persecutionibus exercuerunt: ita hæretici suis disceptationibus & argumentis doctores Ecclesiæ catholicos in pugna illustres & conspicuos reddiderunt: *nam oportet hæreses esse*, ait Apostolus, *vt & qui probati sunt, manifesti fiant*.

1. Cor. 11. 15

Quare ex hoc loco nihil habent pro se hæretici, nec seditiosi: quia cum scandala & facientes iniquitatem Dominus interpretetur per zizania, non posset magistratus vllos delinquentes punire: nihil ergo, inquam, habent isti ex hoc loco, sicut nec ex verbis Chrysostomi, qui intelligi potest, vel de his, qui nondum sunt in hæreticam prauitatem & obstinationem prolapsi, vel de illis, qui obstinati sunt, quibus locus pœnitentiæ minimè est denegandus: vt tametsi corporum, non tamen animarum iacturam faciant. Ipse etiam apertè docet, ob periculum, quod imminet Catholicis, si hæretici puniantur, abstinendum esse ab infligenda illis morte. His verbis *Dominus prohibet euelli zizania: ne fortè simul cum zizanijs herbam etiam tritici euellant: decebat enim, vt bella, & effusionem sanguinis prohiberet. Nam si tunc trucidarentur hæretici, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferretur.* Eadem ferè verba affert Euthymius, vt intelligas Chrysostomi sententiam ab illa Augustini non dissidere: nam & aliquando Augustinus in ea fuit sententia, vt in hæreticos gladio non animaduerteret, posteà tamen se eam mutasse testatur epistola 48. ad Vincentium Donatistam, sic scribens: *Mea primitus sententia erat, neminem ad vnitatem Ecclesiæ esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendũ, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis: nam primò mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cùm tota esset in parte Donati, ad vnitatem Catholicam timore legum imperialiũ conuersa est, quam nunc videmus ita huius vestræ animositatis perniciem detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, vt ipsis rebus agnoscerem etiã in hac causſa rectè intelligi posse, quod scriptum est: Da sapienti occasionem, & sapientior erit.* Ita sensit Augustinus. Et statim quidem hæretico infligitur excõmunicatio, quia sine scandalo fit, & medicina est peccanti: sed non statim infertur mors, quia post eam non potest pœnitere. Etsi ecclesia sine scandalo non valet mortem inferre, vt quando multi sunt hæresi maculati, vel fautores habent potentes, mortem inferre non solet. Si autem potest, ipsa per se iudiciũ sanguinis non exercet, sed tradit magistratui laico, vt nolentem resipiscere, vel in hæresim relapsum, iuxta leges imperiales puniat, quanquam relapsum & resipiscentem, vt saluus mortem oppetat, in gremium recipit suum. Deus autem malos tolerat, vt aliquando conuertantur, vel bonos exerceant, vel exemplum eis benefaciẽdi per eorum mala præbeãt: vt misericordia Dei ostendatur; ac ne boni omnes ex necessitate esse videantur. Ecclesia autem peccatores, si hæretici non sint, tolerat, quia non cognoscit omnes malos: nec aduersus notos malos idoneas habet probationes,

Euthym. c. 24. in Matt.

Aug. tom 2.

Augustinus de hæreticis statim coërcendis, quare sententiam mutauit, eodẽ auctore.

Prou. 9. Ecclesia vt puniat hæreticos.

Malos Deus cur toleret.

Ecclesia quos sustineat peccatores.

B. August. li. vnico quæst. secundum Matth q. 11. tom. 4. Hieron. in Matt. 10. 9.

bationes, vt eos possit punire, nec vires habet euellendi. Si ergo nesciũtur, præstat vt delitescant. Si autem sciuntur, & sunt leuia peccata, vt hæreses sine pertinacia, secundum Augustinum, & Hieronymum, tolerandi sunt qui ea admittunt, atque docendi. Si autem magna & manifesta, & sine scandalo puniri possunt, punienda sunt: aliàs supersedendũ est. Quia ergo ait, *Sinite vtraque crescere vsque ad messem:* debent qui zelo vruntur, & ipsi iudicijs Dei acquiescere. Et messem vocat, consummationem mundi, in qua erit plena perfectio, tùm iustorum, tùm impiorum. Cum interim locum habeat illa sententia: *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Et in tempore messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Messores interpretatus est Dominus esse Angelos: qui sicut ministrant nobis in procuranda salute nostra, ita etiam in remuneratione accipienda: & in malos ac reprobos diuini iudicij sententiam exequentur. Ideò alligare zizania in fasciculos iubentur: cum quibus satores ipsorum zizaniorum, hoc est, dæmones, simul colligentur; quare dæmones executores non erunt Diuinæ sententiæ. Et quod ait, *Primum*, non dicitur respectu tritici, quasi prius colligenda sint zizania, quam triticum: sed respectu reliquorũ, qui propter suas iniquitates damnabuntur: nam illi insigniter mali, & qui seduxerunt alios, prius alligantur: vnde Dominus interpretans dixit: *Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ: & mittent eos in caminum ignis, &c.* Vbi primò per scandala intelligit zizania, quæ semina fuerunt, alios per hæresim, vel schisma seducendi: per eos verò qui iniquitatem faciũt, vel expositio est verbi præcedentis scandala, id est, qui in iniquitate perseuerant; vbi discipulos eorũ intelligit, vèl potius peccatores alios, qui vt hostes Christi damnati sub pedibus eius conspicientur: omnes tamen in caminum ignis mittentur. Quod verò dixit, in fasciculos, & non in vnum fascem, id, secundùm Augustinum, referẽdum est ad multitudinem hæresiarcharum, & diuersitatem errorum. Nã erunt Arriani, Valentiniani, Manichæi, Pelagiani, Lutherani, Sacramentarij, & innumeræ penè aliæ sectæ: & apparebit tunc eos non solum à Catholicis, sed etiam à se inuicem dissentire: vt etsi caudæ vulpium Sampsonis sint coniunctæ & colligatæ, facies tamen earum fiant auersę. Et significatur per fasciculos, quod vnus alterum comburet: quemadmodũ vnus alterum seduxit. Significatur insuper, quòd habebunt pedes, & manus ligatas in supplicio, qui hic ad malum operandum, cui pertinaciter hæserunt, operante dæmone, colligatas habuerunt, ne ab eo se diuelli finerent. Quod vero in ignem proijciuntur, pulchrè ostẽdit, quo sint digni hæretici supplicio: nam etsi ignem præsentis seculi euadant, haud tamen æternum gehennæ ignem effugient. Et vt Deus Num. 16. Dathan & Abiron schismaticos igne puniuit: ita omnis hæreticus, cum se ab vnitate præscindat, schismaticus est, & igne dignus. Nam vt olim Dominus quinq; ciuitates infando crimine laborantes igne exusit, ob quam causſam igni apud nos sodomia plectitur: ita hæretici, qui schismaticos illos imitantur, digni sunt, qui igni percellantur: maxime cum ignis supplicium terribile existat, & vehementer animos spectantium à crimine hæresis amouere, & perterrefacere possit, & soleat. Horreum verò, in quod reconditur bonum triticum, cœlum est Empyreum, & terra viuentium, in qua non minus, pro varietate meritorum, multę erunt mansiones, quam in inferno, pro varietate criminum, diuersa supplicia. *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.* Id est, existentes in cõspectu Patris, fulgebunt sicut Sol, quia de paterno lumine participabunt, ac tales erunt, quales dignum est esse filios ante oculos tanti Patris, quorum lux nunc fulget corã hominibus; vt videantur opera eorum bona, & glorificetur eorum Pater, qui in cœlis est. Sed tunc clarius fulgebunt, quoniam liberati ab omni

Angeli qui messores.

Illud: colligite primũ zizania, quo accipiẽdum sit modo.

In fasciculos, non autẽ in vnum fascem, cur zizania colligenda. *Augu. libr. prædicto.*

Iudic. 15. Christus quid per fasciculos designauerit.

Quid quod zizania alligata sunt ad comburendum.

Gen 19. Horreum in quod triticũ congregandum.

Iusti quomodo fulgebunt sicut Sol in regno Patris eorum. *Matth. 5.*

omni errore, peccato, & malorum permixtione, omnibus apparebit esse filios Dei, quod nunc impijs non apparet, imò nec ipsis Dei filijs vsquequaque cõpertum est. *Charissimi*, inquit Dilectus, 1. Ioan. 3. *nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus*. Et impij tunc dicent, *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij, &c. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Sap. 5. Propterea meritò Dominus subiungit: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Id est, Quorsum id, Qui habet aures audiẽdi, audiat. quisque tempestiuè oculos aperiat, tantumque malũ cauere satagat, tantamq́, filiorum Dei gloriam & splendorem diligenter consequi studeat, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & spiritu sancto semper viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

TRACTATVS VII.

In parabolam seminis iacti, & crescentis dum homo nescit, de qua solus Marcus cap. 4. loquitur.

1

ET *Dicebat, Sic est regnum Dei, quemadmodũ si homo iaciat sementem in terrã, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & semẽ germinet, & increscat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenũ frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.* Hæc parabola, quam solus Quando hãc parabolã Dominus proposuit, & qui bus explicuit. retulit Marcus, breuis est, & non admodum obscura, & ordine temporis præcedit illam grani sinapis, teste eodem Marco in hoc ipso capite, & consequitur tempore illam zizaniorum; atque illam Dominus seorsim Apostolis, at non turbæ dixit, quando scilicet eis exposuit primam parabolam. Scopus illius facilè apprehenditur, si consideres præcedentia. Cum enim Dominus parabolam primam exposuisset, hortatus Eius scopus. est Apostolos, vt lumen acceptum, in se ipsis non tantum retinerent, sed vt in alios illud effunderent, non tantùm nihil eos amissuros prædicens, sed etiã dona ipsis collata cumulaturos. Nam *omni habenti dabitur, & abundabit: ei autẽ qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Matth. 25.

2 Prædicatio Euangelica ꝙ mimilis sementi.

His dictis, præsentem subiecit parabolã, ad declarandum modũ, quo sua, siue Apostolica prædicatio fructũ ferat. Nã prædicatio, siue sua, siue Discipulorũ, similis est homini seminanti semẽ in agro, cuius germinatio & fructus, non à se, sed aliũde expectatur, scilicet à terra. Ita prædicationis fructus non ab ipso seminante, sed ab auditorum cordibus pendet. Et vt tempore messis apponitur falx, ita producto prædestinato fructu, succidantur viri iusti de hac vita per mortem. Quoniam enim in prima parabola semen ceciderat in tres partes terræ sine fructu: & in secunda parabola quædam bona semina in zizania interdum conuerti explicuerat: ne propterea Apostoli munus prædicationis subterfugerent, & crederẽt se sine fructu prædicaturos, & oleum, & operam perdituros, proposuit hanc parabolam, qua ostendit, operam prædicationis Euãgelicæ mercede sua æterna nõ carituram, etiamsi auditores, vel verbum non recipiant, vel receptum amittant, vel corum vitio & negligentia in zizania conuertatur. Nam fructum edere bonum, non est seminantis, sed ipsius qui semẽ recipit, hoc est auditoris. Cuius proprium sit edere fructũ bonum.

3

Quod ad literam attinet, non est hoc loco ignorandum, regnum Dei, siue regnum cœlorum, multipliciter in nouo Testamento accipi: nã & pro Christo Domino accipitur; qui, quantum ad humanitatem attinet, regnum Dei est, Deo subditum atque obediens, pendens Deo tributum honoris, obedientiæ atque vtilitatis, dum per Christum mundum sibi reconciliauit. Secundò, regnum Dei, dicitur Ecclesia Militans, tanquam sponsa Christo coniuncta, qui Rex eius est, & cui pendit prædictum tributum, dum pro eius honore & obedientia militat. Tertiò, Ecclesia Triumphans Regnũ Dei, siue Regnum cœlorum, variæ accentiones in Euãg.

phans vocatur regnum in cœlo collecta. Quarto, per analogiam quandam præmium vitæ æternæ regnum Dei, vel cœlorum dicitur. *Non omnis*, ait Dominus, *qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cœlorum:* Matth. 8. ita etiam per analogiam cœlum ipsum Empyreum, tanquam locus in quo Deus regnat, dicitur regnum Dei. Eadem ratione per proportionem quandam ad Ecclesiam Militantem, quam diximus appellari regnum Dei, Fides est regnum Dei, quia per illam est aditus ad regnum Dei. Scriptura ipsa, quæ hoc regnum cœlorum explicat, regnum quoque Dei nuncupatur, iuxta illud, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Infra 21. Charitas, siue gratia Dei, regnum dici potest, quia per illam regnat in nobis Deus: vt meritò sit dictum ab Apostolo, *Non est regnum Dei esca & potus; sed iustitia, & gaudium in Spiritu sancto.* Rom. 14. Aduentus Domini ad iudicium, regnum Dei appellatur, de quo dicimus, *Adueniat regnum tuum:* Matt. 6. quia apparitus est in gloria: quemadmodum in die Transfigurationis traditur venisse in regnum suum: & in die Resurrectionis dicitur regnum ingressus, cum inquit, *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Infra 17. Matt. 28. Prædicatio enim Euangelica, & Sacramentorum dispensatio, nec non hierarchia Ecclesiasticorum ordinum & pastorum, qui claues habent regni cœlorum, regnum Dei sunt, & dicuntur, de quo Act. 1. *Quibus & præbuit se ipsum viuum post passionem suã in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Cum igitur tam multiplex sit huius vocis significatus, propterea mirari non debemus, tot parabolis regnum Dei explicari: nã modo hanc, modò illam significationẽ respicit.

4 Similitudines prædictæ, comparationes veram variẽ at que diuersæ

Cum ergo regnum cœlorũ, vel regnum Dei, simile dicitur, aut Grano sinapis, aut Fermẽto, aut Margaritæ pretiosæ, vel Decem Virginibus, non intelligas quod conueniat quantum ad omnes partes regni, sed quantum ad aliquid sui. Nam regnum cœlorum varia in se complectitur, nempe regnum ciues, legem, præmiũ, pastores, &c quãquam facillima ratio sit explicãdi similes loquutiones, vt regnum cœlorũ dicatur simile huic, vel illi rei, quia videlicet in regno cœlorum tale quid cõtingit, quale de huiusmodi re narratur. In præsenti autem parabola regnum Dei, quod ad ministerium prædicãdi attinet, seminanti assimilatur, quemadmodùm in alijs quantum ad alia: quod semel hic dictum esse volumus, ne opus sit toties idem repetere. regni cœlorũ quemadmodum accipiẽdæ sint.

5 Parabolæ seminantis cortex.

Deinde quantum ad corticem, expẽde, terræ dari vt vltro producat, primũ herbã, deinde spicam, &c. Quibus verbis CHRISTVS nequaquam intẽdit terræ tribuere voluntatem, aut liberum arbitrium, sed latius accipit vocabulum Vltrò, nempe pro eo, quodcunque natura ex se, ac sine violentia operatur. Nam vt violenta dicuntur, quæcunque extra se principium operandi habent, siue naturali, siue sensitiuo, siue rationali appetitu operentur: ita vltro, vel sponte fieri dicuntur, quæ suapte natura, & ex principio intrinseco, etiãsi nonnihil exterius adiuuentur, operari solent. Vnde Poeta lib. Georgicorum ait: Violenta quæ dicantur. Virgil. lib. 2. Georg.

Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura.
Sponte tulere sua, carpsit.

Et Ouidius, Ouid. 1. Metamor.

Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec vllis
Saucia vulneribus per se dabat omnia tellus

Et rursus, Idẽ ibidem.

Sponte sua fruges tellus inarata ferebat.

6

Quod attinet ad sensum principalem, & intentum, expediendum est.

Et dicebat: Simile est regnum Dei. Nempe quantum ad regẽ, & ministros eius seminantes, id est, Christum, & Apostolos, & Apostolico prædicationis munere fungentes. Et quantum ad semen, id est, verbum Euangelicum, quo regitur. Et quantum ad subditos regni, qui sunt vt terra quæ regitur à Deo: tum quod ad finem regni attinet, id est, cœlestem gloriam, quæ significatur per messem. Quo respectu regnum Dei sit simile sementi.

Sicut

7 Homo iaciēs sementem, quis ille.

Sicut si homo iaciat sementem. Christus homo factus est, vt apte seminantis fungeretur officio, vel quiuis bonus minister ratione vtens in serendo verbo Dei, quod non nisi in arata, & purgata terra à sentibus & saxis serere debet. Et si ratione vtitur, non debet serere agrū duplici semine, quod lege veteri cautum erat, id est, verbo Dei, & verbo hominum, nempe fabulis poetarum, vel erroribus hæresibus ab hominibus excogitatis. Seminat etiam agrum duplici semine, qui se ipsum cum Christo prædicat. Debet præterea sanctum canibus minime dare, nec proijcere porcis margaritas. Debet paruulis lac porrigere, & prouectis solidum cibum. Hic est enim homo, qui ratione vtitur in serendo.

Seminet agrū duplici semine quis. *Leuit. 19.*

Matt. 7.

1. Corin. 3.

8 Dormiat & exurgat quādo mystice Christus.

Et dormiat, & exurgat. Christus in cœlum ascendens se recipit, vt cum suis à labore quiescat: vel in suis ministris laborans, & serens post prædicationem dormit, dum orationis, & contemplationis somnum capit. Debent enim ministri pro incremento seminis prædicati Dominum deprecari. Exurgit autem à somno, dum seminata curat ne deuorentur ab auibus, vel ab inimico homine zizanijs superseminentur. Non enim dormire, hoc loco est negligenter agere, vt in præcedenti parabola zizaniorum, sed curam proferendi fructum Deo permittere. Ipse tamen non debet esse immemor officij sui: quia debet dormire suo tēpore, & rursus suo exurgere. *Nocte & die semen germinet, & increscat dum nescit ille.* Hæc videtur præstantior lectio, quam dicere, *Exurget nocte & die*; etsi hanc lectionem sequantur Theophylactus, & Chrysostomus, qui exponant, CHRISTVM hominē semen iactum erigere per prospera, & aduersa. Omnia enim ad fructum edendum nos inuitant: & ita esset explicandum: Dormit nocte, & exurgit de die, id est, negocia sua operatur humanitus. Prior tamen lectio bonum sensum habet: *Nocte & die semen germinat, & increscit*, id est, postquam seminatum est granum, agricola vacante alijs negocijs, ac nesciente, semē virtute terrę corrumpitur, quod ad corpus spectat: & quantum ad quandam partem, quæ in semine instar animæ est, viuit, & germinare incipit, primum sub terra, deinde crescit super terram, & se spectabile reddit quod antea delitescebat, & secretis auctibus increscit. Ita verbum Dei prædicatum, & in corde hominis susceptū, primo mortuum efficitur, quod attinet ad corpus, dum veterem hominem occidit, & rationem per fidem humiliat, corpus verò abstinentia, & continentia sacrificat, deinde nouus homo intus bona operari proponit, quasi sub terra delitescens: postremò incipit prodire foras, & per fructum boni operis se spectandum, ad aliorum exemplum, præbere. Ac subdit: *Dum nescit ille.* Auctor commentorum in Marcum sub falso nomine B. Hieronymi, exponit, id est, dum ille nescire nos facit, quis scilicet in fine fructum affert: nam qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vt ergo scire dicitur, quando scire nos facit: vnde Abraham dixit Gen. 22. *Nunc cognoui quod timeas Deum*: ita nescire dicitur, dum nescire nos facit. Alius tamē sensus ex litera Græca colligitur, dicitur enim ὡς ἂν εἰδῶμεν ὅτι ὁ id est, quasi ille nō videat. Prædicator enim rete verbi Dei tendit, nesciens quem piscem debeat comprehendere: aut quando in illo sermo prædicatus fructum ferre debeat. Interdum etiam vitium aliquod insectatur aut hæresim aliquam digrediēdo impugnat: tametsi ipse nesciat quo tendat Spiritus sanctus, qui impellit eum ad dicendum, & quorsum quid dicatur, ignoret. Nam, vt scribit Augustinus, dum semel sermonem haberet ad populum, magno feruore Spiritus in Manichæos impugnandos digressus est, dicens multa quæ minimè præcogitauerat: sed vbi finem sermonis dicendi fecit, audiuit Manichæum quendam suæ cōcioni adfuisse, cuius adiumento ad sanam mentem, & Fidem Catholicam redijsset. Ignorat etiam, qua ratione verbum Dei interius operetur, & auditoris mentem ad se rapiat atque cōuertat, hominemq; ex animali spiritualem efficiat. Nam vt facile est intelligere, qua ratione vir legitimam

Illa verò. Nocte & die semen germinet, & reliqua, quid significet.

Verbi Dei cū semine in terram iacto sensim succrescente cōparationis explicatio.

Semen diuini verbi vt crescat prædicatore nesciente. *Tom. 9. operum B. Hie.*

Gen. 22.

Alter sensus.

Possidon. cap. 15. Vitæ S. Aug. Augustini digressione negociator quidā Manichæus conuersus.

Alterū exēplum in humano conceptu partuq;

gitimam suam vxorem cognoscat, sed qua ratione materia seminaria coalescat in fœtum, aut fœtus organis distinguatur, aut anima rationis cōpos illi infundatur, prorsus humanæ mentis aciē trāscendit; ad eum modum concionatori satis est, verbum Dei apertè proponere, illudq; charitatis ardore ad persuadēdū effundere, etiamsi ignoret sit virtus eius, quę in auditorū corde operatur, & illos ex filijs iræ, in filios Dei regenerat, secundùm illud: *Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.* Ergo fructus crescit, dum nescit ille. Sicut enim horologij vmbram progressam vides, progredientē verò nequaquam percipere potes, quia eius motus sub sensum non cadit, ita ingeniorum & vitæ profectus cernitur, sed progressus eius non sentitur.

Ephes. 2. *Iacob. 1.*

Tertium exēplum in horologio.

9 Humani arbitrij liberi in terra fructificāte primum herbam, deinde spicam, postea frumentum plenum in spica, pulchra descriptio. *Eccles. 15.* *Ibidem.*

Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenū frumentum in spica. Pulchrè describitur hominis liberum arbitriū, in quo à Deo conditum est, vt non nisi liberè bonum, aut malum fructum edere possit; ita vt qui liberum arbitrium hominis inficietur, naturam prorsus hominis ignorare videatur; sensumq; ipsum, atq; experientiam abneget: cum cognoscat se relictū in manu consilij sui, & habere potestatem siue in aquam, siue in ignem porrigendi manum, id est, siue bene, siue malè operandi, siue inter bona, & mala, siue inter plura bona, siue inter plura mala quodcunque voluerit, eligendi. Et dū vult, potest desistere ab actu volendi: sicut etiam cùm non vult, & nulla est necessitas, vel repugnantia, vel propensio, & infirmitas carnis, vel vlla dæmonis quantumuis grauis tentatio; & persuasio, quæ hominem cogere, & vim illi inferre queat: quanquam sine gratia Dei ad fructum bonum edendum per se natura non sufficiat. Sed hanc gratiam nulli Deus denegat, nisi ipse sibi velit deesse, & oculos veritatis luci velit claudere. Proinde quod ad rem præsentem attinet, quemadmodùm terra nondum seminata non nisi tribulos & spinas, & alias noxias herbas, in quibus latitant serpētes producit: ita homo suapte natura, quæ vitio primi parentis corrupta est, & propensa ad malum, bona opera edere nequit, sed vitia, & peccata, quibus dæmones delectantur, germinat. At si terra bono semine sit cōsperssa, nec hoc quidem satis est ad producendum bonum fructum, nisi adsit Sol cœlestis, & pluuia tempestiua, & absint nebulæ, aut grandines, & cætera impedimenta, quæ bene seminata suffocare solēt. Simili ratione homines verbo Dei audito, non possunt ad bonam frugem emergere, nisi adsit diuina gratia, quæ instar Solis maturos edat fructus, & more pluuiæ animam irriget, & fœcundet. Vnde dictum est Iacob Gen. 27. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terra, abundantiam frumenti, & vini, & olei*: nō ait, de labore tuo: nō quòd laborare nō debeamus, cum dicat Paulus, *Abundantius illis omnibus laborauī*; sed quia primas partes habet Dei gratia, propterea ſubdidit Paulus, *Non ego, sed gratia Dei mecum.* Et ideo in proposita autoritate prius dicitur, *De rore cœli, & de pinguedine terræ*: ros enim cœli, gratia Dei est: pinguedo terræ, consolatio Spiritus sancti: quę si cum labore nostro coniungātur, proferunt frumentum, id est, solidū cibum virtutis, vinum, hoc est, gaudium spirituale, & oleum, id est, misericordiā ad proximum.

Liberum hominis arbitrium, vt fructificet, quā egeat diuina gratia, & auxilio. *Genes. 3.*

Expenditur illud verbū Isaac ad Iacob: Det tibi Deus de rore cœli, &c. *1. Corin. 15.*

Ros cœli quid, & pinguedo terræ, vinum, oleūque significet.

10 Terra cœlitus seminata, quam proferat herbā, spicam, & frumentum plenum in spica.

Deinde considera, quid terra sata proferat, nempe *herbam, spicam, & plenum frumentum.* Et per herbam significātur qui virtutis principia demonstrant, & ad certamen sunt adhuc delicati & teneri, quemadmodū herba. Deinde profert spicam, quæ eos, qui in bono progressi sunt, & ad ferēdas cōrumelias duriores effecti, ac proficiētes significat: spica siquidē internodijs distinguitur, & recta in altū erigitur, & aristis volucribus semen rapere volentibus obsistit. Plenum verò frumentū designat homines perfectas habētes virtutes, & plena opera habentes, & qui pro Christo parati sunt animam ponere, & quasi frumentū mola confici, vt similā fiant delicata, vt illam Dominus edat.

11 Altera exēplū

Non ignoro, multis alijs modis rectè

verborū applicatio. *Eccles. 1. & Psalm. 110.*

accomodari posse hæc tria membra, quæ Christus distinxit: vt herba sint, qui fide, & timore à malo recedunt, quia *Timor Domini expellit peccatum*; &, *Initiū sapientiæ timor Domini*: Spica sint, virtutem spei habentes, quæ in altum erigitur, spem fructus æterni percipiēdi præstat, etiamsi ad illum fructum percipiēdum, quia in alto situs est, opus sit saltu aliquo terram ipsam deserere, & in sublime attolli, vt pulchrè meditatus est Gregorius Magnus, ponderando illa verba Apostoli ad Timotheum: *Apprehende vitam æternam*. Plenum verò frumentum, sunt amantes, & qui pleniudinem dilectionis habent, quæ primum

Gregor.

1. Cor. 13.

patiens est, benigna est, vt docet diuinus Paulus. Nam *Charitas omnia sustinet* aduersa, & omnia operatur bona propter dilectum. Semini, dum adhuc in herba

Semini verbi Dei herbescēti quid noccat.

est, imminet periculum à gelu, ne arescat; quæ res peccatum est. Pericula etiā bestiarum conculcātium, id est, ne recta animorum desideria & consilia depascant dæmones, qui bestiarum more omnia conculcant, de quibus Dauid; *Ne tradas bestijs animas confitentes tibi*. Interdum tamen segeti, dum est in herba, &

Psalm. 23.

tempestiuiusquam parsit, ob pinguedinem terræ in altum erigitur, consultum est, vt ab quibus depascatur, vt ita maiores radices agere possit: qua ratione expedit imperfectis, & incipientibus, vt domi se contineāt, nec statim foras erūpant, & se ostentent, cum nondū firmas radices egerit: ne suscitata aliqua persecutione arescant, nimium sibi placētes, & quæ Dei sunt, sibi tribuentes. Spicæ

Impedimēta spicarum.

verò imminet periculum nebulæ Solē tegentis: ita proficientibus periculum est à tepiditate, quæ Christum Solem nobis tegit, & amittere facit omnem spem cœlestis præmij: & interdum incidit in hæreses, & errores, qui quidem Christum falsis scripturarum testimonijs velant: quales sunt, de prouidentia Dei, de immortalitate animorum, de simplice fornicatione, & similibus. Et

Hæresis qualem nobis Christū proferat.

denique vt nebula granum minus, & magis tenue reddit, nec finit ad plenitudinem suam peruenire: ita hæresis Christum quendam tenuem, & nouum, ac nō plenū nobis efficit. Frumēto vero periculū imminet à grandine, & igne, id est, à vehementi tentatione, quæ perfectis seruatur: quanquam non minùs periclitetur ob auaritiā hominū, qui illud fossis subterraneis abscondūt, quod dæmones præstare solent, dum perfectis hominibus persuadent, vt in eremum, aut in quendam secretū locū se abdant, vt populum verbo Dei, aut vitæ exemplo non pascant.

Frumentum quæ perimāt, & extinguant.

12 Non ignoro, alias adferri posse commodas expositiones: vt herba fuerit in lege naturæ, spica in illa Moysi; frumētū in lege Euangelica. Vel in ipso Euāgelio herba sit contritio, spica, cōfessio, satisfactio, & vitæ emendatio sit, plenū frumentum. Vel herba infirmi, & quæ non procul distat à terra, laici sint terrenis immersi, vxorij, & filijs vacātes: spica, sint sacerdotes, & religiosi boni à terra eleuati, in cœlestia & diuina assurgentes: plenum frumentum sint pastores & antistites Ecclesiarum, quorū est alios pascere, non minus verbo & Sacramento, quam exemplo Siue, vt Gregorius in Ezechielem scribit, *Cum desiderio bona concipimus semen in terrā mittimus: cum verò opera recta incipimus, herba sumus: cū ad profectum boni operis crescimus, spica: cū in eiusdem operationis perfectionem, plenum frumentum de spica proferimus*. Sed nos istis, quas attulimus, contenti sumus, & liberum est in huiusmodi vnicuiq; quæ vera sunt, & in Ecclesia recepta, huic ternario numero accommodare.

Aliæ applicationes parabolę semētis.

Gregor. hom. 15. non procul ab initio. tomo. 2.

13 Tentatio hic quorundam occurrit, dicentium, quod aut velint simul omnia opera bona præstare, vel omnia in tempus senectutis præstanda seruare: quæ sanè egregiè hic cōfutatur. Quia vt infans non potest esse statim vir, & planta non statim est perfecta, nec semen vt in terrā iactū est, nō statim fit frumentū, sed primum est herba, deinde spica, ita nemo repentè, aut in vitio, aut in virtutis perfectione euadit sumnus. Proinde quisq; tēpestiuè viā Dei arripiat, & in ea progressus faciat, &, vt dixit Propheta, *Qui credíderit, non festinet*.

Parabola hæc sementis in terram iactæ, quorū tentationi aduersari videatur.

Isa. 28.

14 Sequitur, *Et cū ex se produxerit fructus, statim*

Quid mittere falcem in spicam plenā frumento.

statim mittit falcem, quoniam adest messis. Falcem hoc loco vocat partim iudiciū ineuitabile, quando omnium electorū fructus consummato seculo colligetur; partim verò mortem, quæ hominū vitam, & omnia humana consilia, atq; desideria secare solet, & inchoata omnia ædificia, & negotia deserere facit, quòd nullum suis cupiditatibus modū homines ponant. Messem porro appellat collectionem iustorū, hi enim fructus sunt Euangelici seminis. Nec desunt, qui asserant, Deum pro incomparabili sua bonitate homini vitam non adimere, donec sit plenum frumentum, & fructum ex se produxerit, more boni agricolæ, qui fructum non nisi bene maturum ex arbore colligit: quia, vt Sapiens, inquit. *Iustus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*; & *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius*. Item, *Consummatus in breui, expleuit tempora multa*. Quæ sententia nequaquam probabilis videtur. Nam si per falcem mortis non secaret quenquam, nisi quando plenus atque perfectus est, nullus peccator in peccato actu permanens, & qui aliquando fuit in gratia Dei, mori permitteretur; nulli item baptizato esset hæc vita proroganda, in qua propter sua insignia crimina dignus fieret gehenna. Denique omnes qui baptismo initiati sunt, nunquam perire possent, si semper homo colligeretur a Deo eo tempore quo perfectus est. Quod contrarium sacris literis videtur: nam & Iudas, & Cain, & Saul, & Antiochus aliquando boni extiterunt; & ex decem virginibus, in quibus repræsentata est Dei Ecclesia, quinque prudentes seruantur, & quinque imprudentes excluduntur. Non vestitus etiam vestis nuptialis, de conuiuio excluditur. Quod autem de quibusdam dicat Scriptura, vt de Abraham, Iob, & alijs, mortuos esse in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenos dierum; contra verò de alijs quod rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animam illorum; & quod *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies*

Meſsis verò quid, quam dicitur aduenisse.

Sapien. 4. Ibidem. & Gen. 5. Ibidem.

Neminem à Deo nisi plenum atq. perfectū asserēs tolli de vita, improbatur opinio.

Matt. 25.

Supra 22. Quæ videtur illam fouere sententiam, diluuntur.

Gen. 25. Iob vlt.

Psal. 54.

suos: id priuilegium fuit, & ex paucorum priuilegijs non licet generaliter concludere, quòd idem Deus faciat cū alijs omnibus. Et peculiari Dei prouidentia fit, noxij & pernicioſi vt de medio tollantur, ne alios suo exemplo cōtaminent, & plus nocent. Si tamen in mundo peccatum non extitisset, non opus esset morte, ceu falce vitam secante: nam homines iusti in cœlum; post multos bonorum operū editos fructus, à Deo in cœlum translati fuissent, vt de Enoch, & Helia tradit Scriptura, vt ita iustis omnibus conspicua & illustris, nobisque spectabilis & commendabilis reddatur bonitas, & charitas Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto detur omnis honor, gloria, & imperium in sempiternum, Amen.

Vita cur interdum iniquorum omnium Deo volēte, per mortem abrumpitur.

Gen. 5. 4. Reg. 2.

TRACTATVS VIII.

De parabola grani sinapis, quæ habetur Matth. 13. Mar. 4. & Luc. 13.

ALIAM *parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autē creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniāt, & habitent in ramis eius*. Quarta in ordine est præsens parabola, quæ, sicut tres etiam priores, ab agricultura desumpta est, vt posset melius & commodiùs a turbis, & rudibus intelligi. Hæc autem etsi proparabola, & epiparabola careat, finis tamen eius, & scopus non est obscurus. Videtur enim eò tendere, vt vim, efficaciam, & augmentum regni Dei, quod à principio exiguum & modicum fuit, explicet. Nam vt in rebus natura constantibus, cernimus magna flumina ex paruiset exiguis fontibus proficisci, sed quo magis progrediuntur, eo latiora & maiora fieri: in his etiam, quæ arte, & industria hominū constant, videmus maxima Impe-

Hæc parabola cur sumpta ab agricultura, quò tendat.

Magnarum rerum ferè parua esse solent initia.

timis quibus opus redemptionis ad summa progressum fit.

ria,& florentissimas Respublicas expatuis initijs sumpsisse principia; & quod maius est, sit rebus naturam superantibus,aspicimus Deum non nisi ex aliquo modico principio molem hanc vniuersi orbis,qui ab ornatu ipsius, & elegantia (Græcis quidem dicitur κόσμος; Latinis verò mundus)ex nihilo condidisse: ita in opere redemptionis,vt Diuina sapientia se magis redderet conspicuam, & commendatione dignam,voluit ex modicis & tenuibus principijs Regnum Dei,quod est Ecclesia, breui temporis spatio per paucissimos ministros in vniuersum orbem proferre. Et ita cũ præcedentibus parabolis in multis perituram esse semen explicuisset, & multa semina vitio hominum corrupta, in zizania conuertenda, & vsque ad finem seculi malos bonis admixtos esse tolerandos:ne quisquam propterea parum proficere posse prædicationem Apostolicam cogitaret, declarat hac parabola Christus,Regnum suum vbique proferendum, atque propagandum, vt ita consoletur Apostolos, & verbi sui virtus, cuius ministerio res tanta facta est, agnoscatur, atque illustretur. Et cùm præcedenti parabola de semine crescẽti locutus fuisset,in hac demonstrationẽ huius profectus & progressus ostendit.

2 Quo hanc parabolam tempore Christus induxerit. Eiusdem in aduersarios mira benignitas.

Illud superest annotandum, hanc eãdem parabolam Luc. 13. postquam Dominus mulierem spiritum infirmitatis habentem sanauerat in Sabbato, adductam fuisse. Cum enim exẽplo bouis,& asini, quæ in Sabbato soluuntur, & ad aquam ducuntur,aduersarios suos confutasset,illique erubescerent;tunc & hanc & illam fermenti parabolam replicauit,ad excusandam eorum verecũdiam: quòd minimè mirum sit eos scãdalum pati,eo quòd Regnum cœlorum à principio paruum appareret. Et eundem pudorem commẽdat: nam aliquid est saltem incipere erubescere: quia pudor,principium cognitionis peccati est. Vnde Comicus dixit: *Erubuit:salua res est*. Et de parabolæ instituto hæc dicta sufficiant.

Terent. in Adelp. act. 4 scen. 5.

In cortice verò literæ est aduertendũ, hanc parabolam à tribus esse Euangelistis conscriptam. Et quod Matthæus ait, granum sinapis seminatum in agro, Lucas in horto, Marcus in terra, nihil, quod ad sensum spectat, variant; cum reuera in horto de more seminatum sit; hortus autem in agro erat, qui nihil est aliud quam terra. Et quod Dominus premisit huic parabolæ in Marco; *Cui assimilabimus Regnum Dei, aut cui parabolæ comparabimus illud?* factum est consultò, vt hac interrogatiuncula magis attentos redderet auditorum animos.

3 Cortex parabolæ.

Deinde aduertendum, granũ sinapis minimũ dici inter omnia semina: quod non videtur verisimile, vt obijcit Albertus Magnus: quia semen papaueris, vel rutæ minus videtur grano sinapis. Cum presi etiam semen minimum est, adeò vt visum etiam fallat, vt docet Plinius: & ideò hinc surgit quæstio agriculturæ. Sed dicendum est, Dominum loquutũ, fuisse habito respectu ad fructum, qui ex grano nascitur: maius enim, & minus per comparationem ad aliud dicuntur. Etsi ergo papaueris granum minus sit, nõ tamẽ lignescit, vt stipes sinapis. Ruta verò, etsi lignescat, haud tamen assurgit ad tantam altitudinem, vt fiat arbor, & producat ramos, sicut sinapis, sed remanet inter frutices: & papauer, & ruta nõ censentur inter olera, cùm vtraque herba in medicinis locum habeat vtriùs quàm in culinis. Et cum Dominus dicat; Maius fit omnibus oleribus, nihil ad rem, quod adducitur de cupresso: quoniam comparatio fit inter olera, nõ inter arbores. Græcè etiam non dicitur, *Minimum omnibus seminibus*, vt habet Matthæus: quia oratio illa parum Latina esset, & nisi subintelligatur verbũ Est, obscura etiã, ac dubia: sed vtrobiq; est *μικρότερον ἐστὶ πάντων σπερμάτων*, id est, *minimum est omnium seminum*, Et ponitur comparatiuũ loco superlatiui, vt in Paulo, *Maior autem horum est charitas*; id est, maxima horum. Et idem dicendum de eo quod subditur, *Fit maius omnibus oleribus; γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μεῖζον*, id est, *fit maximũ inter omnia olera*. Sic ergo dicitur minimum omnium seminũ, quia inter omnia

4 Granum sinapis minimũ esse inter omnia semina, quomodo verum. *Alb. Magnus. Plin lib. 17. c. 10.*

1. Cor. 13.

nia semina est valde paruum.

5 Caietani de quantitate seminis in Italia obseruatio.

Caietanus scribit, deprehendisse variam quantitatem seminis sinapis in Italia,& ideò existimat fieri posse,vt sit minimum inter omnia olera. Et idem dicendum de eo quod assurgat in arborem magnam: nam etsi in Italia non videamus in tantam magnitudinem se attollere, tamen credendum est in Syria, vt Dominus dixit, sinapis arborem in magnam molis quantitatem assurgere, ita vt in ramis eius aues nidificent.

Euthym. c. 24. in Matthæum.

Quod Dominus dixit, teste Euthymio, ad demonstrationem magnitudinis, ac firmitatis eius. Quo enim semina minora sunt, eo etiam fertiliora esse solẽt: facilius enim augescunt, & citiùs aeris qualitati obtemperant.

6 Sinapis quæ vox.

Tertiò aduertendum, Sinapi vocem esse Græcam, & Latinè pronuntiandã media producta: dicitur enim Græcè σίναπι. Et siue dixeris,hoc sinapi,vel sinape, vel hæc sinapis, non errabis, quia apud bonos auctores illis omnibus modis inflecti consueuit. Natura autem sinapis accuratè, ac diligenter descripta est à Plinio lib. 22. cap. 22. Est enim minimũ semen quantitate, maximum verò qualitate, & virtute, & maximum inter omnia olera, vt Dominus ait, atque vilissimum, nec colore, neq, odore blandiens; calidæ, & subtilis naturæ, ita vt principatum habeat, teste Pythagora, inter ea, quorum in sublime vis feratur: quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetrat: vim habet vaporem expirandi: contritũ verò maximè suam virtutem indicat: purgat piruitam, & cerebri superfluitates: condit cibos, tollitq; eorum superfluas humiditates, & tenacitatem: excreationes faciles facit: ad dentium dolorẽ manditur: tritum cum aceto, ad serpentium ictus, & scorpionum illinitur: fungorum venena discutit: vmbram, & nidum auibus cœli præstat. Ad hæc lib. 19. cap. 8. in fine. A Equinoctio Autumni feruntur coriandrum, anethum, atriplex, malua, lapathum, berephyllon, quod Pæderota Græci vocant, & acerrimum sapore, ignei effectus, ac saluberrimum corpori, sinapi, nulla cultura, melius tamen planta relata. *Sic ille.*

Sinapis ingeniũ & natura. *Plinius.*

Pythagor.

Sinapis virtutes.

Idem Plin.

Quod verò Erasmus vertit: *Adeò vt veniant volucres cœli, & nidulentur in ramis illius*; non ita propriè versum est, quod Græca habent; *ὥστε θεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ: vt inhabitent, & requiescant in ramis eius*: plus enim est inhabitare, quàm nidulari, nam qui nidulantur, certo tẽpore auolant, qui verò habitant, perpetuò commorantur. Ad hæc Græcè nidulari, dicitur νοσσεύειν, vnde νοσσιὰ ἰδος, & νοσσὸς pullus auium, at κατασκηνῶ est inhabito, Desedeo, Immoror vnde σκηνὴ, & σκηνώματα, tabernacula, tentoria, vmbracula, conopœa, in quibus tuta est, & recta protectio, & mansio. Hinc etiam scenopegia. Hæc de cortice.

7 Erasmiana huius loci versio minus accommoda.

Scenopegia vnde dicta.

Iam applicatio ad sensum principalẽ tractanda est. Cum autem regnum cœlorum varijs modis accipiatur in Euãgelio, vt superiori tractatu disseruimus: hinc est, quod Patres varias huius parabolæ expositiones adducunt: & quoniam inter se non pugnant, omnes debent cum veneratione suscipi. Hilarius enim, Ambrosius, & Gregorius, & Petrus Rauennas, regnum cœlorum pro Christo accipiunt, quem grano sinapis comparant, Chrysostomus & Euthymius de Ecclesia, quæ parua fuit ab initio, interpretantur. B. Augustinus de Fide interpretatur, cuius feruor similis illi sinapis, & Dominus dixit; *Si habueritis fidem sicut granum sinapis*, &c. Hieronymus hoc loco, prædicationem Euangelij sinapi comparatam docet. Et forte non absre: quoniam in alijs parabolis, vbi agitur de semine, semen expositum est esse verbum Dei. Verum hic sensus non longè distat ab illo Augustini, & vterque à duobus prioribus: quia fides, & verbi prædicatio non longè distant ab Ecclesia, in qua fit, & à Rege, cuius nomine fit.

8 Primus sensus dictæ parabolæ de grano sinapis. *Hilarius in Matt. Can. 13. Ambros. to. 3. ser. 3. Chrysost. hom. 48 in Matt. Greg. lib. 19 Moral c. 1. tom. 1. Pet. Rauen. serm. 98. Chry. hom. 47. in Mat. Euthym. c. 24. in Matt.*

Alter sensus. *Augu. lib. 1. Quæst. Euangel. q. 11. tom. 4. Tertius. Hiero. in c. Matt. 13. tom. 9.*

Iuxta primum igitur sensum Christus minimus est inter omnes legislatores & Prophetas, quod attinet ad externam speciem, quæ ex diuitijs, & natalium splendore, eloquentia, & comitatu pendere solet: Christus autem generatione

9 Christus quasi lis grano sinapis, minimo omnibus oleribus.

ratione habebatur filius fabri: diuitias nullas habebat, nec vbi caput reclinaret: minimus etiam erat inter Apostolos, quibus ministrabat, ac quibus dicebat; *Ego in medio vestrùm sum, sicut qui ministrat*. Se filium hominis appellabat, quasi in oculis hominum vilem, & abiectum. In cruce etiam minimus fuit, ipso dicente: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*: & alij dicunt cum Propheta: *Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimũ virorum*. Quid enim minus, aut abiectius hoc Christi dogmate, quod ab Apostolis prædicatum est. *Prædicamus*, ait Paulus, *Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultiam?* Sed, idem Christus, vt granum sinapis, calidæ fuit, & subtilis naturæ, propter diuinitatem. Contritum in cruce, indicauit quantæ sit virtutis, nam commouit vniuersum orbem: & exaltatus à terra, omnia traxit ad seipsum Sustulit venena errorum & superstitionum per vniuersum orbem prædicatus. Condiuit cibos, quos nobis edendos, proposuit; id est, verbi, & sacramenti. Hoc granum, seminatum est in horto: nam Christus in horto captus est, & post mortem in horto sepultus: at mox vt surrexit à mortuis, maximus factus est, & creuit in arborem magnam, quæ per ascensionem ipsum cœlum excelsit, impletumque est verbum Isaiæ, cap. 4. *Erit germen Domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis*. Deinde hæc arbor protulit & expandit ramos suos, id est, discipulos suos, quos in orbem terrarum emisit, cùm dixit: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*: Petrus enim, Paulus, Bartholomæus, & reliqui Apostoli, sicut palmites dicuntur respectu Christi, cui, vt viti, sunt insiti; ita rami respectu grani sinapis eos producentis, & per eos operantis. Et licet numerus sit in ramis, est tamen vnitas in fundamento sinapis: ita etsi varia sint quæ creditis, & varij ministri, vna tamen est omnium fidelium & dogmatum Ecclesiæ Christi fides. *Maius est omnibus oleribus, & sit arbor*, superans omnia olera, hoc est, omnes sectas extinguës. *Sicut enim Malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*. Vel, vt egregiè exponit Hilarius, *Maius est omnibus oleribus*: quia excedit omnes Prophetas, qui erant velut olera ægrotanti Israëli. Rami autem in eam magnitudinem dicuntur creuisse, vt volucres cœli veniant sub vmbram eius, & nidum ibi faciant. Volucres cœli hoc loco dicuntur, secundùm aliquos, Angeli, qui in cordibus Apostolorum quieuerunt, quemadmodum dæmones in mentibus superborum & impiorum, tanquam in nido quodã quiescunt. Et aduerte, in prima parabola per volucres cæli intelligi dæmonia: in hac verò Angelos. Vel secundum alios, volucres cœli dici videntur homines cœlestis desiderij, & cœlestis mentis, siue homines magnis & excelsis ingenijs præditi, vt Philosophi multi, & Oratores, qui ad Fidem conuersi sunt: qui sub vmbra doctrinæ Apostolicę requiem captarunt, & solatium, & cũ Spõsa dicebant, *Sub vmbra illius, quẽ desideraueram sedi*: nam illi æstum iræ Diuinę, tormenta, & mortem ipsam pro Christi doctrina, quam prædicabant, sustinentes, nobis quibus hæc doctrina tam firmis rationibus tradita est, vmbræ refrigerationem præstãt. Ibi etiã in ramis huius sinapis nidificarunt: quia omnem spem suam à seipsis, & à creaturis omnibus auellentes, in vno Christo, & Fide eius per Apostolos disseminatã, posuerunt. Multi etiam veteres & magni viri ad Christum conuersi, pro doctrina Apostolica contra Iudæos & Gentiles scriptis decertarunt, vt Dionysius Areopagita, Clemens Romanus, Clemẽs Alexandrinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Basilius, ac Gregorius Nazianzenus, & reliqui; qui dum egregiè Apostolicam traditionem aduersus infideles, & hæreticos tuentur, quid aliud faciunt, quàm quod in ramis grani sinapis nidificant? Nidificant rursus omnes boni pastores, & Doctores, qui per doctrinam Apostolicam filios Dei regenerant, & prolem

Matt. 13.

Luc. 22.

Psalm. 21.

Isa. 53.

1. Cor. 1.

Idem verò vt excreuerit in arborem magnam.

Ioan. 3.

Infra 18.

Eius arboris qui rami, quos protulit.

Mar. vlt.

Ioan. 15.

Vnitas fidei.

Ephes. 4.

Quã superet omnia olera arbor Christus.

Alter sensus. B. Hilari.

Cant. 3. in Matth.

Quinam illi volucres cœli qui habitant in ramis eius Matth. 13.

Altera interpretatio.

Cant. 2.

Quomodo in ramis Christi nidificauerint.

Acerrimi Fidei propugnatores de eius oppugnatoribus qui redditi.

prolem spiritualem filiorum Dei Apostolico ministerio verbi, & Sacramenti Deo sufficiunt. Cantillant, & garriũt aues dum nidificãt: quia laudes & preces ad Deum effundunt viri sapientes, dum bona opera edunt, sed maximè dũ alios Christo lucrifaciunt.

2. Corin. 5.

10

Deniq́ue hunc primum sensum, quo granum sinapis Christo comparatur, testimonium habet, & confirmationem: nam Danielis cap. 2. scribitur. *Lapidem de monte sine manibus abscissum percussisse statuam: & lapidem factum in montem magnum, & implesse vniuersam terrã*. Quadrat secundo hæc parabola, iuxta sensum Græcorum, ipsi Ecclesiæ, quæ initio quidem parua extitit, iuxta illud, *Nolite timere, pusillus grex*. Parua quidem numero, quia duodecim tantum Apostolis constabat. Qualitate etiam parua erat, quia Apostoli peccatores, pauperes, & ignobiles erant. Verùm, vt ait Apostolus, *Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius*. Hinc Apostoli in oculis suis minimi erant, iuxta doctrinam Domini: *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister*: vnde Apostolus talem se cognoscens, dicebat: *Mihi, omnium sanctorum minimo*: & in alio loco. *Ego sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus*. Erant etiam minimi in oculis aliorum: vnde Apostolus ait: *Puto quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Et rursus, Tanquam purgamenta, huius mundi facti sumus, omnium peripsema* (hoc est, reiectamentum) *vsque adhuc*: vt intelligas quanto in pretio Apostoli suo tempore haberentur.

Apostoli, eorũque sectatores (vt Græci interpretantur) qui fuerint granũ sinapis.

Luc. 12.

1. Cor. 1.

Matth. 20.

Quales Apostoli in oculis suis erãt.

Ephes. 3.

1. Cor. 15.

1. Cor. 4.

Ibidem.

11

Sed isti minimi, isti nouissimi, in terra tanquam granum sinapis à Christo seminati, maximum fructum ediderunt, & creuerunt in arborem magnam, trahentes vniuersum orbem, & captiuantes omnem intellectum in obsequium Fidei: venena errorum extinxerũt: cultum idolorum sustulerunt: & vt sinapi contritum vim suam edit, ita illi persecutionibus, tormentis, & durissimis ac ignominiosissimis mortibus attriti, & afflicti, vim diuinam in se ipsis delitescentem proferebant, & maiorem hominum multitudinem conuertebant ad Fidem: quia vt scribit Tertullianus in Apologetico, *Sanguis martyrum, semen est Christianorum*. Et vt Apostoli rami erant respectu Christi, ita primitiui illi Patres, & Doctores per Apostolos conuersi, rami Apostolorum dici possunt: in quos se receperunt magni, & excellentes viri, qui relictis terrenis, tanquam volucres in cœlum respiciebant, vt in eis quiescerẽt, vmbramq́; consolationis acciperent: & bonorum operum fructus proferentes, nidificarent. In ramis igitur Apostolorum, seu Apostolicorum virorum, & eorum qui Apostolico munere defunguntur, tota requiescit Ecclesia, eorum meritis fulcitur: eorum precibus adiuuatur: eorum doctrina eruditur, & regitur: eorum admirandis exemplis permouetur: deniq; eorum gloria, quam in Ecclesia habẽt, quæ adhuc militat, sed præcipuè in triũphanti perfruuntur, accenditur & inflamantur, vt & ipsa efficiatur granum sinapis. Et quicunque in Ecclesia Dei magna doctrina splendent, siue excellentibus charitatis exemplis coruscant, aut quicũnq; martyrij gloria flagrat, ita vt alios ad virtutem accendat, rectè grano sinapis comparari potest. Vnde Augustinus serm. 2. de beat. Laurentio, illũ grano sinapis comparauit. Et hactenus de secundo sit dictum.

1. Cor. 10.

Tertul.

Illius arboris rami qui nã sint.

Quam sint Ecclesiæ vtiles illi atque salutares.

Aug. to. 10.

11

Tertio, quadrat regnum cœlorum comparatum grano sinapis, vel prædicationi Euangelicæ, per quam homines inducuntur in regnum, vel Fidei, per quam quis ingreditur in illud, regiturque in eo, nam hi duo sensus vicini sunt. Verbum enim Dei prædicatum, & creditum, vel Fides de verbo Dei prædicato, parum inter se distant. Vt ergo granum sinapis minimum est inter omnia semina; ita Fides, siue verbum

Fides vt sit granum sinapis.

Illi vt creuerint in arborem magnam.

bum Dei minimum est, & in oculis hominum contemptum. Omnia enim verba humana rationi nituntur: & quia rationis lumine illustrantur, libenter ab omnibus acceptantur: at Fidei verbum autoritate tantùm dicentis nititur, quod videtur esse puerorum, & sine vlla ratione cogente credentium: vnde diffinitur ab Apostolo, *Est autem Fides*, inquit, *sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*, & à beato Augustino, *Fides est, credere quod non vides: cuius merces est videre quod credis*. Gregorius etiam ait: *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum*. Dicitur etiam minimum verbum Fidei ratione eorum, quæ tradit de Christo consputo, flagellato, & morti crucis addicto, quæ humanæ rationi scandalum, & stultitia videntur. Ad hæc paruum dicitur verbum Fidei, si comparatur ad magnitudinem futuræ gloriæ, quæ reuelanda est in nobis. Præterea minimũ existit, si ad eos, qui illud prædicarunt, id est, piscatores, sutores, & thelonarios, oculos conijciamus: nihil habet splẽdoris, aut eloquentiæ humanę, rudi & simplici sermone, ac ex media plebe deprompto, & viua voce, & scriptis traditum est. Postremò, minimum est hoc semen ab effectu, quia minimos homines facit, in quorum cordibus seminatum est: quare Dominus dicebat. *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cœlorum*. Hinc Apostoli se minimos in oculis suis habebã & minimos se prædicabant. Hoc granum sinapis feruidæ est, & subtilis substantiæ, quia de inuisibilibus bonis, quæ iustos hominẽs, & de supplicijs, quæ malos manẽt, & sub aspectum non cadunt, differit: atque articulos de altissimo, ac planè recondito Trinitatis mysterio apprehẽdit ac concipit. Contritum valde dilatatur: *Quia virtus Dei est in salute omni credenti*: etsi pystillo crebr[illegible]meditationis, vel tribulationis atteratur, accenditur, & inflammatur: & apparet eius virtus penetrans vsque ad caput, quia subitò obtinet rationis arcem, hoc est, mentem, quę caput omnis inferioris hominis est, siue ad caput nostrũ pertingit, hoc est, Christum, quem placat, vt ait Augustinus. Dissoluit viscosa, quia tollit concupiscentias: vaporem emittit, per spiritum charitatis, quia spirat spiritum vitæ. Condit cibos, id est, scripturas, Sacramenta, crucem aduersitatis, studium precandi, & cætera, quæ dura videntur: facit exercitationes, & capitis purgationes, quia mundat à superfluis cupiditatibus, & ab erroribus intellectus: expellit venena, vt docet Plinius, & Augustinus: quia ad vomitum confessionis, qua expellatur peccatum, siue hæreses vti à nobis deserantur, efficit.

Heb. 11.

Augu. Epist.

Grego.

Fidei semen minimũ dupliciter.

B. August.

Plinius. August.

12 Semen Fidei quis homo ille qui seminat in agro suo.

Hoc accipiens homo seminat in agro suo. Hic homo, est Spiritus Sanctus, vel Christus, qui interius seminat, prædicator verò exteriùs; imò homo ipse qui credit, quia sine consensu eius seminari non potest: quoniam cum cætera possit homo nolens: sed credere non nisi volens. Hoc semen etsi sit fortissimæ virturis, adæquatum tamen, & alijs contẽperatum amittit vigorem suum: nã verbum Fidei nostris frigidis glossis illud relaxantibus, & exemplo malæ vitæ Ecclesiasticorum, & Religiosorum, qui illud proponunt, amittit vim suam, ne aut verum credatur, aut efficax sit in nobis: quippe affectibus atque cupiditatibus nostris veluti temperatum, virtutẽ omnem & energiam deperdit, ita vt nec montes transferat, nec ab vsuris abstineat, nec à carnis obscœnis voluptatibus se contineat. Præcepta verò Christi, siue condonandi iniurias, siue macerãdi carnem, siue ieiunij amplectendi, non tantùm dura, sed impossibilia æstimat. Sed hoc vitio nostro sit, non ex vllo ipsius Dei verbi, siue Fidei defectu.

ibid.

Illud semen qua ratione inefficax reddatur, & infimum,

Eius effectus.

Matt. 18.

1. Cor. 13.

13 Quando creuit in arborẽ magnam, & redditũ maius omnibus oleribus.

Hoc semen creuit in arborem magnam, dum ad Fidem per Apostolos prædicatam vniuersus orbis conuersus est, ita vt Paulus dicat, verbum veritatis Euangelicæ ad vniuersum mundum penetrasse, & in eo fructificare, & crescere cœpisse. *Crescit autem in arborem magnam, ita vt maius sit omnibus oleribus*: id est, vt Augustinus exponit, *Dogmatibus: dogmata enim sunt placita sectarum; hoc est, quod placuit singulis*. Hæc ille. Atque ita cernimus, Christi doctrinam non solum veterem legem abrogasse, sed etiã vniuersas hæreticorum sectas extinxisse. In ramis huius seminis, id est, in articulis Fidei, volucres cœli nidificarunt: nam in Trinitatis mysterio, & cæteris Incarnationis, prædicationis, mortis, Resurrectionis, & Ascensionis Sacramentis, magna, & eruditissima ingenia, tanquam in vmbra consolationẽ, otiũq, captarunt: in illis omnes Christi cultores nidificauerunt, & nidificant: siquidem opera Christi meditantes, & per totum annum, vt Ecclesia distribuit, celebrantes, & pacem, & quietem incredibilem experimur: & diuino fauore adiuti, vitam nostram ad imitationem eorum, quæ in his ramis continentur, formantes, filios bonorum operum proferimus, qui non solum nobis ad æternam vitam prosint, sed etiam quam maxime spectent ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto, debetur omnis honor, gloria, & imperium, in secula seculorũ, Amen.

Rom. 1.

August.

In ramis arboris Fidei quibus volucres Cœli nidificent, & habitent.

Propositæ parabolæ scopus vnde venandus sit.

TRACTATVS IX.

De parabola fermenti, quæ habetur. Matth. & Luc. 13.

1 ALIAM *parabolam locutus est eis: Simile est Regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.*

Quinta numero est hæc parabola, parua admodum, & minime obscura, & cũ non legatur exposita à Domino, careatque proparabola, & epiparabola, ex ipsamet similitudine, siue ex præcedentibus & subsequentibus coniectanda est eius mens: cumque apud Matthæum, & apud Lucam hæc illam grani sinapis consequatur parabolam, ex his, & ex similitudine ipsius fermenti, quod cum sit modicum, totam massam fermentat, videtur ad idem propositum spectare, ad quod & illa grani sinapis. Propterea Lucas huic parabolæ præmittit, *Iterum dixit*: quo ostendat, eundem finem respicere: *Cui simile, inquit, æstimabo Regnũ Dei?* Interrogationes enim, maioris claritatis sunt causã, & vim habent, & energiam auditorem excitandi: nempe: Quę inuenietur huius rei congrua ad tertia quæ homini nota sunt, comparatio? Cũ enim Regnum cœlorum per similitudines rerum, quæ sub aspectum cadunt, & nobis sunt familiares, repræsentatur, dicitur *Ciuitas sancta Hierusalem descendere in terram*, vt scribitur Apocaly. 21. Cùm verò similitudines referuntur ad intellectum spiritualium, tunc terra ascendit ad Filium hominis, qui est in cœlo.

Interrogationis vsus.

Similitudinis, comparationisue duplex applicatio in Scripturis sanctis.

Apoc. 21.

Ioan. 3.

2 Quò tendat hæc parabola fermenti.

Est igitur scopus præsentis parabolæ, efficaciam, & virtutem ostendere Euãgelij, quod etsi minimum sit, si externã speciem spectes, breui tamen totum orbem occupauit, totumque hominẽ fermentauit in omnibus eius partibus, & ita maximè est propinqua parabolæ de grano sinapis: in hoc differt, quod granum sinapis seminauit homo in horto suo: fermentum verò *Abscondit mulier in farinæ satis tribus*: vt omnis sexus, tam fœmineus, quàm masculinus, mysteria Regni Dei comprehẽdere valeat. Hinc Petrus Rauennas hoc ponderans, scribit: *Ante sinapis granum memorat accepisse virum; mulierem nunc asserit accepisse fermentum: dicit autem, exiguum semen virum sensisse in magnæ arboris incrementum, mulierem modo fermentum breue ad profectum totius massæ abscondisse manifestat. Verè, sicut dixit Apostolus Paulus, Neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino. Ad vnum regnum diuersum sexum varia similitudo perducit; neque virum separat à muliere vocatio Christiana: quos Deus coniungit, natura sociat, & mira similitudine similes reddit habitus, forma componit. Infra subdit, Mysterium hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Hactenus ille. Cõsultumque fuit, vt de vna, & eadem re plures traderentur similitudines, vt quod vna præstare non potest, altera

Psalm. 18. *& Rom.* 10.

Eadẽ a præcedenti quid differt tantùm modo.

Petrus Rauennas *serm.* 99. *sub initium.*

Sexus vterque æquè aptus Regno cœlorum.

1. Cor. 11.

Ephes. 5.

Christus cur varia nomina sortitus sit.

significet: quemadmodum CHRISTVS multis nominibus exprimitur, vt quod vnum aut alterum significare nō valet, plurimis saltem exprimatur. Hæc de primo.

3 Fermentum vnde dicatur, & quid sit.

Ad corticē parabolæ meliùs capiendum, aduertendum est, fermentum, quod à feruendo dicitur, ob calorem, & feruorem, & Græcè ζύμη, siue ζῦμι, (vnde & panis azymus, quod fermento caret) & ab effectu augendi, & eleuandi farinam. Italicè dicitur *Crescito*, siue *Léuito*, Hispanicè verò *Leuadura*, re ipsa nihil esse aliud, vt tradit Plinius, quā farinam ipsam, quę subigitur priusquam addatur sal, ad pultis modam decocta, & relicta donec acescat: vulgò verò nec sufferuere facit, sed tantùm pridie asseruata materia vtuntur. Et vt Albertus Magnus ex Philosophi doctrina accepit, calor fermenti humidum panis maturat, & spirituale efficit, & acore suo eleuat, sapidum reddit, digestumque præparat. Hinc, teste Philosopho, nemo aliquid de fermento secundum substantiam materiæ in ipso pane facto inuenire potest: quia tōtum in conspersionem euaporauit. Et, vt Plinius docet, validiora sunt corpora quæ fermentato pane aluntur, quàm quæ azymo: tale est fermentum, & illius proprietates, qualitatesque. Vnde Amb rosius scribit, *Fermenti vim atque virtutem omnibus notam esse, non dubium est. Nam cùm sit magnitudine paruum, specie simplex, natura commune, tantam fortitudinem intrinsecus gerit, vt cùm reconditum fuerit in farina, succus, hoc totam massam faciat esse, quod ipse est: & ita semper vniuersum cumulum aspersionis suæ vigore diffundit, vt omnem ipsam magnitudinem pollinis faciat fermentum: ac si res ipsa fortitudine sua molem sibi proprij vigoris acquirit. Hoc autem faciunt mulieres, vt viris suis salubriorem panem, & cibum vtilem diligenter exhibeant.* Hæc Ambrosius. Vnde per metaphoram vocat M: Varro lib. de re rustica, terram stercore columbino maximè fermentari, id est, rarefieri, & intumescere: & Plautus in quadam comœdia, fœminam in fermēto iacere

Plin lib. 18. cap. 7. Calor fermēti quid efficiat. *Alb. Mag. Arist.*

Ibidem. Plin. lib. citato c. 10. prope initium. Validiora sunt corpora quæ fermentato pane alūtur, quàm quæ azymo, ait Plinius. *Ambro ter. 5. sub initium, tom. 3. circa finem.* Fermēti virtutes ex Ambrosio.

M. *Varro li. 1. de re rustica, cap. 38. Plautus in Mercatore, & rursus in Casina.*

ait, pro eo quod est, iratam esse, inflatā, siue turgidam.

Fœminā ſu fermento ia cere, apud Plautū quid.

Vt igitur apud Gētiles vsus huius vocis propriè & metaphoricè inuenitur, ita in sacris literis propriè interdum accipitur fermentum: Vt cùm egressus de Ægypto, *Tulit populus farinam consperſam, antequam fermentaretur.* Vnde religio per septem dies introducta vescendi azymis panibus, & Leuit. 23. offerebantur duo panes cum simila fermentata in die Pentecostes. Accipitur etiam metaphoricè tùm in malam partem: tùm in bonam: vt annotauit Augustinus lib. de Doctrina Christiana. Nam cùm dicitur Matth. 18. *Attendite à fermento Phariſæorum, & Saducæorū*, per fermentum intelligebat prauam eorum doctrinam, vt infra declarat: quemadmodum etiam hominem hæreticum, aut praua docentem, siue doctrinam hæreticorum, fermentum vocat Apostolus ad Galatas. 5. *Modicum*, inquit, *fermentum totam massam corrūpit.* Et idem 1. Corinth. 5. peccatum, siue peccatorem nomine fermenti designat. Cùm enim de incestuoso loqueretur, qui vxorem patris sui habebat, ait: *Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totā massam corrumpit? Expurgate igitur vetus fermentum, vt sitis noua conſperſio.* Et rursus ad celebrandum Pascha siue peccato exhortans, inquit: *Itaque epulemur: nō in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: ſed in azymis ſyncerit atis & veritatis:* Hæreses namque quæ ab hæreticis seruntur, & peccata, quæà criminosis publicè fiunt, vim habent fermenti ad corrumpendum doctrinam Fidei Catholicæ, & mores hominē Christiano dignos. Accipitur etiam & in bonam partem fermentum, vt in hoc loco: quia vt fermentum tot, & tantas commoditates præstat toti consperſioni, quæ ex farina conficitur: ita Euangelium cordibus hominum receptum, tanquam fermentum quoddam diuinas illas communicat proprietates. Deinde aduertendum, dici, fermentum abscondi à muliere, quoniam opera molendi farinam ad mulieres spectabat, vt quodam loco superiùs probauimus, vnde Matth. 24. cum Dominus dixisset in genere masculino: *Duo erunt in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur*: ita subdit in genere fœminino: *Duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur.* Vt ergo ad ancillas mulieres spectabat studium molendi, ita etiam opus conficiendi panes. Et confirmatur authoritate Plinij, qui libr. paullò ante allegato. cap. 11. ita scribit. *Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab vrbe condita ſuper quingentis octuaginta: ipſi panes faciebant Quirites: mulierumq; id opus erat. ſicut & nunc in plurimis gentium artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aululariam vocat.* Ita Plinius tradit.

Vbi improprie, ac metaphoricè. *Aug. lib. 3. de doctrina Christiana, c. 25. tom. 3. ſub initium.*

Quid per fermentū Pharisæorum, & Saducæorū.

Corinthij quòd expurgare debebant vetus fermentū, vt essent noua conſperſio.

Hæretico. ū doct ina, publicęq; peccantium vitæ fermentum quòmre ctè vocetur. Fermentum bene etiā in ſcripturis ſonat.

Vnde ſūpta fermenti parabola.

5 Frequens numeri, certi pro incerto in scripturis acceptio. *Chryſoſt. homil. 47. tom. 2. Ioſeph. Hieronym. in Matthæum, tom. 9.*

Tertiò ad literam aduertendum, quod dicitur, *In farinæ ſatis tribus*: tribus dici, pro multis, vt annotauit Chrysostomus. Est autem situm, nō participium, nam Græcè dicitur σάτον, & vox Syra est, quæ iuxta morem prouintiæ Palæstinæ, significat sesquimodium, authore diuo Hieronymo hoc loco: qui haud dubiè mutuum accepit à Iosepho, qui lib. 9. Antiqui. cap. 4. *Satum*, inquit, *fert modium vnum, & ſemis Italicum*: quanquam alibi Hieronymus vertat illā vocem in modium, vt. 4. Reg. 7. & Ruth. 2. At iuxta Hebreorum mensurandi rationem, satum cōtinet mensuram. 140. ouorum: vnde tria sata faciunt mensurā Ephi.

6 De fermento variæ interpretationes Patrum. *Hilar. can. 13. in Matt. Ambroſius, ſer. 5. tom. 3. Chryſoſt. Theophyl. Hieron.*

Supereſt, vt ad applicandam metaphoram in sensu principali accedamus. Per fermentum igitur aut Christum ipsum per similitudinem intelligimus, vt exponunt Hilarius, & Ambrosius; aut Ecclesiam ipsam, vt Chrysostomus, & Theophilactus interpretantur, aut de prædicatione Apostolica, velut Hieronymus hoc loco sentit, dicens, *Mulier iſta quæ fermentum accepit, & abſcondit illud in farinæ ſatis tribus, donec fermentaretur totum, vel prædicatio mihi videtur Apoſtolica; vel Eccleſia, quæ de diuerſis gentibus congregata eſt. Hæc tollit fermentum, notitiam ſcilicet, & intelligentiam ſcripturarum, & abſcondit illud in farinæ ſatis tribus, vt ſpiritus, anima, & corpus in vnum redacta, non diſcrepent inter ſe, ſed cùm duobus & tribus conuenerit, impetrent à Patre quodcumque poſtulauerint.* Sic Hieronymus exponit. Aut denique per fermentum charitas ipsa, siue dilectio, vt Augustinus lib. 1 de Quæstionibus Euangeliorum quæst. 13. explicat. Neque hæc varietas aut Scripturam obscurat, quæ potiùs ostendit eius authorē fœcundum esse in sensibus, quod tales similitudines vsurpauerit, quæ multis rebus, quæ in Regno cœlorum sunt, accommodari possunt. Neque rursus nobis debet esse molesta, cùm varietas, & rerum vicissitudo oblectare nos consueuerit: & hi omnes sensus cum à tot luminibus Ecclesiæ sint proditi, Scripturarum potius fœcunditatem, quàm contradictionem continere videantur. Et quomodocunque exponatur parabola, vnus & idem sensus conflatur, & coalescit, amplitudinem, & incrementum Regni Dei indicans atque demonstrans.

Plin. 18. Quādiu Romani pistori bus nō sunt, teste Plinio.

Matth. 18.

Aug. tom. 4.

Varietas sensuum scripturæ quid arguat.

7 Christus quā rectè fermētum vocatus.

Primus igitur sensus tradit, Christum esse fermentum: quia vt fermentum est pars farinæ, seruata, & separata in opus fermentationis: ita Christus separatus à Deo fuit, tanquam pars naturæ humanæ selecta, ad illam totam fermentandam, ac vt fermentum est accidum, & amarum, ita Iesus Crucifixus est, & mortuus pro nobis, & in Cruce aceto potatus est, quo per Fidem in eius Crucem, & mortem fermentemur. Deinde vt fermentum est naturæ calidæ, ita Christus ignis consumens est, &, *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram*; & plenus charitate, virtutem spiritualem trahendi ad sē hominem habet: vnde dicebat, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Impleuit etiam vt fermentum massam naturæ humanæ: quia in omnem terram exiuit sonus eius, & in fines orbis terræ verba eius. Eleuauit præterea naturam nostrā in diuinam, & corda hominum à terrenis ad cœlestia; à momentaneis ad solida, à perituris ad sempiterna, reddiditq; nos proinde sapidos ori diuino, qui primò eramus terra maledicta, quæ data

Matth. 27. Secunda ratio. *Deut. 4. Luc. 12. Matt. 11.*

Tertia ratio.

Pſal. 18. & Roma. 10.

Gen. 3.

est in cibum Serpenti, cum dictum est illi, *Terram comedes cunctis diebus vitæ.* At postquã fermentati sumus per Christi doctrinam, cibus Deo gratus effecti sumus, vt iam Fidem nostram probet, & opera nostra commendet, & digna æterna remuneratione efficiat. Hoc fermentum accepit primò mulier illa sanctissima Virgo Maria, figurata in Sara, cui dicitur Gene. 18. *Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes.* Illa ergo prima primo in corde suo, deinde in aluo pudicissima accepit hoc fermentum, & in se abscondit, ac commiscuit farinæ satis tribus, nempe verbum, animam, & carnem, id est, æternum, nouum, & antiquum: vt egregiè exponit Bernardus: qui serm. de tribus mixturis egregiè in hunc modum philosophatur: *Habes*, inquit, *in his triplex genus potentiæ, quod non erat, creatum, hoc est, animam, quod perierat, reparatum, id est, caro; quod super omnia erat, paullo minus ab Angelis minoratum. Hæc sunt Euãgelica illa sata farinæ, quæ pariter fermentantur, vt sint panis Angelorum, quẽ manducet homo, panis cor hominis confirmans. Felix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus, superueniente igne sancti Spiritus, coctus est panis iste. Felix, inquam, mulier, quæ in hæc tria sata immisit Fidei suæ fermentum, siquidem Fide concepit, fide peperit.* Idem lib. 5. ad Eugenium Papam de hac mixtione verba faciens, docet, in ea nouum, æternũ, & antiquum inueniri: noua anima à Deo creata est; antiqua caro, quia ex Adam producta est: æternum verò Verbum, quod in principio erat apud Deũ. Considerat etiam triplex genus diuinæ potentiæ, quod factum sit de nihilo aliquid, de vetusto nouum, de damnato & nouo, beatum & æternum. Hoc accepto fermento, B. Virgo fermentata est, quæ & ipsa confestim ascendit in montana, vt fermẽtaret Ioannem Baptistam, & parentes eius Zachariam, & Elisabetham, quos suo aduentu repleuit fermento Spiritus sancti, & Prophetas reddidit. Rursus Ioannes fermentatus ipse cœpit colligere discipulos, & prædicatione, & baptismo disponere ad recipiendum fermentum Christi. Rursus Christus ad se traxit Apostolos, per quos in vniuersum orbem dissemi-nauit doctrinæ Euangelicæ fermentum, vt omnes calidi & feruentes ad diuina efficerentur, Deo implerentur, & ad Deum eleuarentur. Et, vt dixit Plinius, corpora fermentato pane vtentia, effici validiora; ita animi hominum ad virtutem capessendam, & vitium declinandum, & mortem pro veritate, & salute aliorum contemnendam, redditi sunt robustiores, validioresque. Hæc latiùs explicans Ambrosius serm. 5. sic habet. *Legimus in sancto Euangelio, dicente Domino Christo de se ipso. Nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Ergo si triticum Dominus, & Dominus est fermẽtum, quæ fermentum non nisi de tritico fieri solet: recte ergo fermento Dominus comparatur, qui cùm esset specie homo, humilitate parvus, imbecillitate dejectus, tanta intrinsecus sapientiæ virtute pollebat, vt doctrinã ipsius mundus ipse vix caperet: qui cum se cœpit per totum orbem diuinitatis vigore diffundere, statim omne hominum genus in substantiam sibi sui potestate pertraxit, vt & iugum Spiritus sui sancti infunderet omnibus, hoc est, Christianos cunctos faceret esse quod Christus est. Nam quod homo Dominus Iesus vnus & solus esset in mundo, tanquam fermentum in massa reconditum, vniuersos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhæserit, efficitur & ipse fermentum, tam sibi vtilis, quam idoneus vniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitione securus. Sicut igitur fermentum cum in cumulum conspergendum est farinarum, confringitur, comminuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, vt dispersam illam farinæ multitudinem in vnum vigorem constringat, atq; in solidum corpus redigat, quod in pulueris modum ipsa diminutione languebat, faciatque coniunctione sui vtilem massam, quod propria dissolutione videbatur inutile: sic & Dominus Iesus Christus cũ esset totius mundi fermentum, diuersis passionibus confractus, laceratus, & dissolutus est, & succus eius pro salute*

Quæ nam mulier illa quæ fermentũ accepit, & abscondit in farinæ satis tribus.

B. Bernar.

Psal. 77. Psal. 103. Luc. 1.

Ibidem.

Ibid.

Triplex genus diuinæ potentiæ qua le Bernardo. Luc. 1.

Ioan. 1. & seq. & 3. & Matt. 11. Marc. vlt.

Plin. lib. 18. natu. histo. cap. 10. Animi pio-rum vnde ad virtutẽ con-firmentur ac roborentur. magis.

Ambrosius hom. 3. circa finem to. 12.

Quomodo quis fieri pos-sit & ipse fermentũ, secũdum Ambro-sium.

salute nostra, qui est pretiosus sanguis, effusus est; vt admixtione sui omne genus humanum solidaret, quod per diuersa antra resolutum iacebat. Hæc ille, non minus eleganter, quàm doctè.

8

Mulieri fermentum ab-scondenti in farinæ satis tribus cõparetur diuina sapiẽtia, quã apte & accõmodatè. Hilar. can. 15. in Mat-thæum. Gen. 6. Hieron. to-mo 9. Regnum itẽ cœlorum si-mile esse fer-mento.

Matth. 10.

Dici etiam potest, mulierem hanc, diuinam esse sapientiam, quæ abscondit, hoc fermentum in farinæ satis tribus: quia per Apostolos viles, & contẽptos, in quibus delitescebat virtus huius fermenti, breui tempore occupauit Africam, Asiam, & Europam, quasi tria sata; vel, vt eleganter dixit Hilarius, vniuersos homines ex Sem, Cham, & Iapher progenitos. Si verò per regnum Dei intelligamus Ecclesiam de diuersis gentibus congregatam, vt etiam Hieronymus intelligi posse affirmat, dicemus, Regnum cœlorum simile esse fermento: quia Apostoli numero pauci erant, & fortunæ bonis destituti: ob ignẽ tamen charitatis, & spiritum in eis loquentem, & operantem, & animos illorum excisos, & ad diuina eleuatos, breui tempore discurrentes per vniuersum homines ad Christum pertrahẽtes reddidit. Et vt fermentum farinæ appositum, & immistum, totam penitus massam fermentat: ita & illi hominibus admisti, ac persequutionibus & impugnationibus quasi farina subacti, homines à terrenis eleuarunt ad cœlestia, & cibũ Deo gratum reddiderunt. Atque hoc fermentum à se prius factum mulier diuina sapiẽtia accepit, & immiscuit prædictis farinæ satis tribus: vt superius expositum est. Et vt fermentum, non in massam, sed potiùs massa in fermentũ conuertitur: ita de Apostolis dictũ intelligi potest, quod de quodam Prophetã dicitur: *Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.* Chrysostomus pulchrè hìc philosophatur, virtutẽ Apostolicam mirabundus considerãs: *Quẽadmodum faucilla, inquit, cùm in aridâ ligna inciderit, in flammam ipsa conuertit, quæ vi suâ deinde vel viridia ligna facilè incendit: eodem quoque modo prædicatio. Sed cur nam non dixit ignis, sed fermentũ? Quoniam non ignis virtute totum fit, sed lignorum quoque ariditate: fermentũ verò per seipsum omnia cõficit. Si autem duodecim homines totam penè farinam orbis fermentarũt; diligenter animo versa, quãta sit nostra malignitas atque ignauia, quæ cùm iam innumeri simus, has Gentium reliquias conuertere non possumus, qui vel mille mundis satisfacere deberemus. Sed Apostolos illos fuisse, inquies. Quid ad rem? Nónne tecum eiusdem naturæ fuerunt? Nõne cum hominibus etiam ipsi conuersabantur, artes professi, eisdem rebus nutriti? Viuendi ergo disciplina est, quæ vbique fulget, quæ spiritus etiam gratiam attrahit. Quod enim signum Ioannes fecit, qui tot tantasq; ciuitates erudiuit? Nam nihil miraculosè ipsum egisse testatur Euangelista, dicens: Ioannes quidem nullum signum fecit. Vade autem Helias mirabilis factus? nónne quia Regem liberè alloquebatur? Nõne quia nihil possidebat, clariùs quàm per signa quoque perfecit? Iob autem illũ quibus signis diabolus admiratus est? Certè signo quidem nullo, vitæ autem mirabili disciplina & robore animi excelso, atque inuicto. Quæ signa Dauid adhuc adolescẽs effecit, vt Deus diceret, Inueni Dauid filium Ieſſe, virum secundũ cor meũ? Abraham porrò, Isaac, & Iacob, quos mortuos suscitarunt? quem leprosum mundarunt?* Hactenus doctus, & eloquens Pater.

Hierem. 15. Chrysost. hom. 47. in Matth.

Apostolicæ virtutis insig-nia.

Quid cauſſa sit, secũdum Chrysosto. quòd cũ Apo-stoli vniuer-sum conuer-terint mun-dum, nos ne paruas qui-dem Gentiũ reliquias cõuertere pos-simus?

Ioan. 10. 3. Reg. 18. Iob 1. & 2. 1. Reg. 13.

9

Tertius sensus est, vt per fermentum intelligamus charitatem, seu gratiam, quæ est Christi lex scripta in cordibus per Spiritum sanctum, & per quã Deus in nobis regnat, & nos in illo: per gratiam enim, vt per fermentum, maturatur cor hominis, fitque calidum atque feruens: conuertitq; hominem à carne ad spiritum: erigit ad diuina & cœlestia, quia gustato spiritu, desipit omnis caro. Gratia hæc reddit nobis Deum sapidũ, verbumq; eius & Sacramentum; nosq; ipsi Deo gratos reddit. Hinc Leuit. 7. præcipit sibi offerri panes fermentatos cum hostia pacifica: quia nullum sacrificium Deo placet sine fermento charitatis. Hoc fermentum gratiæ non inuenitur apud nos, sed opus est mutuo accipere de plenitudine eius, qui plenus fuit. Deinde eius vsus est in potestate nostra, propterea ait: *Quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus.* Anima autem, est sponsa, siue mulier, quæ hoc

Charitas vt sit etiam ip-sa fermentũ.

Rom. 5. 2. Cor. 3.

Quid quod offerendi e-rant panes fermẽtati cũ hostia paci-fica.

Ioan. 1.

hoc fermentum abscondit in penetralibus cordis, seruãdum à latronibus. Sata farinæ tria, sunt tres leges: quia in omni tempore fuit gratia Christi, licèt in vno tempore maior quã in altero. Et in lege veteri hæc gratia fuit abscondita, secundũ Hilarium, in Psalmis, & Prophetis: & in Nouo Testamẽto apparuit hæc gratia per fidem, Spem, & Charitatem: quam susceperunt Fide credẽtes Trinitatem, vel triplicẽ Christi naturam, corpoream, spiritalem, & diuinam: & Fide suscipiẽdo opus creationis, redemptionis, & glorificationis: Spe, expectantes remissionem peccatorũ, gratiam virtutum infusarum, & gloriam: Caritate, diligentes Deum, proximũ, & se ipsos. Et in studio bonorũ operũ gratia facit incipientes, proficiẽtes, & perfectos, siue ferentes fructũ trigecuplũ, sexagecuplũ, & centuplũ. Et in quolibet homine fermentat gratia Dei corpus, animam, spiritum, siue, secundum Hieronymũ, Rationabilem partem nostrã, Irascibilem, & Concupiscibilem.

Gratiæ Christi, & charitatis virtutes.

Hilar. can. 13. in Matthæum.

Hieron.

10 Explicatur hoc verbum Donec fermẽtatum est totum.

Quia enim quidam se præbent farinã fermentabilem, quidam verò minimè, quidam etiam permittunt se fermentari quantum ad Fidem, & intellectum, non autem quantum ad voluntatẽ: hinc non debemus desperare, etiãsi paucissimos videamus Christianos, etiamsi perierit Fides in Græcia, Africa, Asia, Germania, Anglia, & reliquæ prouinciæ periclitentur: quia pauco fermento potest iterum Deus omnia fermentare. Neque de nobis, etiamsi tales non simus, quales lex Euangelica nos esse præcipit, desperandum est: siquidẽ paullatim fermẽtũ Fidei, & Charitatis operatur, modo simus farina per contritionẽ molita, cuius mola superior spes, inferior, timor: ne vel arrogantes, vel meticulosi simus. Simus farina alba candore innocẽtiæ, & purgata à furfuribus cupiditatum, feramusq; aquam calidam tribulationis, vt per illam subigamur: gustemusq; acorẽ fermenti Christi, carnis omnes cõcupiscentias præscindendo, vt ita nos possit penetrare fermentum Christi, & duritiẽ nostram resoluere, & nos ipsos ad Deũ eleuare. Mirum est autẽ quantum possit

Deus vti fermentare nos posit, si velimus.

fermentum diaboli: nam vel vnus prauus doctor, vel vna mala, & impudica fœmina, totam ciuitatem corrumpit, & alios ad malum solicitat: ita vt pudere nos debeat, quod potentior sit vitio nostro diabolus ad perditionem nostram, quam Christus, alioqui potentissimus, ad salutem nostram, ad quã nostra culpa eum reddimus impotentem.

Diaboli fermentũ quã potens & efficax.

11

Sequitur in textu: *Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum erat per Prophetam, dicentẽ, Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à constitutione mundi.* Quod Dominus sine parabolis ad turbas non loqueretur, hoc ideò fiebat, quoniam inter turbas admisti erant multi ex hostibus suis, qui eius doctrinam cauillabantur, ciusque sermones obseruabant, vt accusarent eum. Marcus etiam alteram causam indicat loquutionis Domini parabolicæ, *Pro vt poterant*, inquit *audire*, hoc est, pro captu auditorũ, quòd nudi sermonis nondum essent capaces: ideò similitudines accipiebat à rebus tritis & vulgaribus, per quas rudes & idiotæ induci possent ad credendũ mysteria. Quòd allegat testimonium Dauidis, ostendit non fuisse nouum in Christo eum loquendi morem, qui per Prophetas prædictus erat. Quod dicitur, *Per prophetam dicentem* annotat B. Hieronymus se in nonnullis codicibus legisse scriptum, *Per Isaiam prophetam, dicentem*: quod cum in Isaia non inueniretur, arbitratur Hieronymus, à prudentibus viris esse sublatum. Et subdit: *Sed mihi videtur in principio ita editum, Quod scriptum est per Asaph prophetam, dicentem. Septuagesimus enim septimus psalmus, de quo hoc sumptum est testimonium, Asaph prophetæ titulo inscribitur. Et primum scriptorem non intellexisse Asaph, & putasse scriptoris vitium, atque emendasse nomen Isaiæ, cuius vocabulum manifestius erat.*

Psal 77.

Duplex causa loquutionis Domini in parabolis.

Quorsum id, Vt impleretur quod dictum est per prophetam, &c.

12

Quod attinet ad ipsum testimonium, putat Caietanus transumptiue, & in mystico sensu Euangelistam gesta Veteris Testamenti per similitudinem dicta, applicare ad similitudines metaphoricas

Caieta. Historico sensu, non mystico illud testimonium

fuisse produ-ctum ab Euangelista.

phoricas Noui Testamenti: vtraque enim conueniunt in communi ratione parabolæ, siue à similitudine ducti sermonis. Sed profectò hæc videntur falsa: quia præmittunt verba illa impleri ad literam de illo Asaph, quod certe verum non est: nam quis ille erat, vt ei secundum literam conueniret dicere, *Attendite populе meus legem meam?* quem ipse populum sub se habebat? aut quam legem poterat cuiquam præcipere? aut quomodò transumptiue ait locum istum ad Christum trahi, cum Euangelista testetur impleri in illo? quod secundum veritatem intelligi debet de parabolis his, quas Dominus protulit, quæ non erant quid verè gestum.

13 Altera Caietani ratio in contrarium diluitur.

Quod vero ait, similitudines verè gestorum in ratione parabolæ conuenire cum similitudinibus metaphoricis, & confictis, non nisi valdè æquiuocè verum est: & nequè alterum præcisè dictum ad alterum traheretur, etiamsi in ratione generica conuenirent. Sermo enim de asino præcisè loquens, incõgruè ad hominem traheretur, ob hanc causam quòd homo & asinus in ratione animalis conueniant. In Christo ergo ad literam impletur locus iste, vt omnes Catholici receperunt, quia id Euangelista testatur, & verba ipsa satis porrigũt.

Qualis Asaph Christus.

Ipse etenim est verus Asaph, qui venit vt dispersa colligeret: ipsi datus est populus ad instruendum: ipse propriam legem ore proprio tulit, & docuit. Et vocat Matthæus παραβολὴν, id est, *abscondita*, quæ videlicet attentum requirunt auditorem, & ænigmata dicuntur. Atque hæc sint satis de hoc testimonio allato. Contendamus itaque, & omnibus viribus adnitamur, vt fermentum charitatis possideamus, illudq; in nobis augeamus; vt plenè tum nos ipsos, tum alios ad Dei gloriam illustrandam inuitemus, & ad cognitionem pleniorẽ alliciamus sapientiæ & virtutis Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viuit, & regnat, in secula seculorum. Amen.

TRACTATVS X.

De parabola thesauri abscõditi in agro: quæ habetur tantùm Matth. 13.

SIMILE *est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.*

1 Origenis propositam parabolam, nõ parabolã, sed similitudinem esse negantis opinio confutatur.

Orige. in c. 13. Matth. in princip. tom. 2.

Origenes hanc, & duas sequentes, nõ parabolas, sed similitudines esse existimat, quia iam ingressus domum, eas Apostolis, non turbis, dixit: nec eas parabolas vocauit, vt in alijs prioribus fecit. Verùm hæ rationes non sunt tam solidæ, vt propositum euincant: nam etsi non vocauerit à principio parabolas, satis est in fine Euangelistam dixisse; *Et factum est, cum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde.* Nec etiam firmum est, quod eas non turbis, quibus loquebatur Dominus in parabolis, dixerit, sed Apostolis domi interrogãtibus: etenim non repugnat, Dominum interrogatum explicasse præfatas parabolas, & addidisse has tres de integro, atq; illas simul exposuisse. Forma etiã loquẽdi in istis tribus, non minus quam in prioribus, parabolica est, & ab illa grani sinapis, & fermenti nõ dissimilis: & Patres omnes pro parabolis agnoscunt, maximè Nazianzenus in carmine de parabolis apud Matthæum.

Secunda ratio. Tertia & postrema. *Grego. Nazi. in tomo vltimo.*

2 Ad quem finem præsens hæc parabola thesauri abscõditi in agro à Domino inducta.

Porrò sexta numero est hæc parabola, & ad agricolas spectans (quia eorum est agros emere) sicut omnes aliæ præcedentes, præter illã fermenti. Quãquã autem hæc parabola quò tẽdat, neque ex præcedentibus, neque ex subsequentibus indicetur: ex ipso tamẽ similitudinis corpore, & Patrũ cõmentarijs per hanc & sequentẽ parabolam de negotiatore quærente bonas margaritas indicatur, professionem Euangelicam, nõ esse leuiter aut vulgari studio expetendam, sed omnibus omissis hoc vnũ summo-

summo studio conandum, omniumq; bonorum nostrorum iactura, summum illud bonum comparandum: quod etsi non sit cuiuis obuium, tamen semel repertum, summam habet felicitatem. Et quanquam interim lateat apud homines tantus thesaurus, nec ostendat sese; tamen is qui possidet, tacitè sibi ipsi plaudit, securus expectans illum diem, quo tanti thesauri felicitas, quæ nunc in obscuro est, in apertum proferatur, dicens cum Ioanne; *Nunc filij Dei sumus; et nõdum apparuit, quid erimus. Scimus quoniam cũ apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est*: & cum quodam alio, de quo Poëta quidam scribit dixisse:

Populus me sibilat: at mihi plaudo. Ipse domi, simulac nummos contemplor in arca.

Et merito his parabolis ostenditur meritum & pretium regni Dei, vt pro illo comparando omnia nostra bona sint contemnenda atque distrahenda, Nam cum duabus præcedentibus parabolis regnum Dei rebus minimis & contemptis comparasset, id est, grano sinapis & fermento, quod modicum esse solet, ne quisquam propterea minus præclarè sentiret de regno Dei, totidem alijs, nempe thesauri, & margaritę, eius summam, & immensam dignitatem, atque inæstimabile pretium declarauit.

3 Seorsim autem absque turba has duas parabolas sequentes proposuit, vt docte Euthymius notauit, nam consequutæ sunt expositionem parabolæ zizaniorum, quæ seorsim fecit: & quia sciebat iam illos per ea quæ dicta erant, sapientiores effectos, ita vt possent intelligere, ideo post finem parabolarum ait eis, *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam Domine.* Et hactenus de proposito.

4 De cortice similitudinis, quid & nomine, & re sit thesaurus, explicandũ est. Nomẽ hoc etsi in Latina lingua, & vulgari materna vsurpatum sit, ipsum tamẽ natura sua Græcum est; dicitur enim θησαυρὸς, id est, vt interpretatur Eustathius Homeri interpres, θησάμενος εἰς ἀῢτὸν, repositũ in crastinum: nam pecunia recondita, & in copia congesta, qua ad communes expensas non vtimur, thesaurus dici solet. Iuxta rem verò, Paulus Iurisconsultus de acquirendo rerum dominio. l. Nunquam, *Thesaurus*, inquit, *est tam vetus depositio pecuniæ, vt eius non extet memoria, & iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius sit: alioquin si quis lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra, non est thesaurus, vtpote cuius etiam furtum sit.* Hæc ille: atque hoc est propriè thesaurus. Per metaphoram autem quidquid in copia possidetur, vt sit tanquam penu quoddam, & promptuarũ, dici solet thesaurus: virum enim sapiẽtia & scientia repletum atque refertum tradidit Dominus, de thesauro suo proferre noua & vetera; & Cicero libr. 1. de Oratore, *Thesaurus rerum omnium est memoria.* Hinc apud Iob, *Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis in diem pugnæ, & belli?* Vbi thesauros niuis, & grandinis vocat, infinitam earum copiam, & quæ sæpe depromantur præter opinionem hominum, & expectationem, quas vbi conditas, & velut in thesauris repositas Deus haberet, nemo scire poterat, cum serena esset facies cœli; atque his armis depugnat Deus contra sæuos hostes suos. Ita etiã Psalm. 32. *Ponens in thesauris abyssos*; quia profunditates immensas aquarum in locis occultis & profundis constituit. Et rursus Psalm. 134. *Qui producit ventos de thesauris suis*, id est, de locis cauernosis, & profundis; quasi innuens in illis delitescentes ventos contineri: quẽadmodum Poëta AEolum fingit ventorum regem, sub mole quadam montis eos continere: ita etiam metaphoricè dicuntur thesauri scientiæ & sapientiæ Dei esse in Christo, sicut diuitiæ, & bonitatis, & sapientiæ in Deo. Ita per metaphoram, Apostoli dicuntur gestare thesaurum in vasis fictilibus, hoc est, augustum & pretiosum prædicationis Euangelicæ munus: & ad Timotheum scribit,

Eum thesaurum licet absconditu habentes, quã bene fortunati illi sint.

Ioan. 3.

Hora. lib. 1. Sermon. sayr. 1.

Pretium regni Dei, quã inæstimabile.

Euthym. c. 24.

Quæ causſa fuerit hanc, & sequentes parabolas explicandi solis discipulis, non turbis.

Thesaurus quid nomine, & re.

Paul. Iurisc.

Rom. 2.

An liceat, thesauro inuento in agro agrum emere.

Quid metaphoricè thesaurus.

Matth. 13.

Cicero.

Iob. 38.

Thesauri niuis, & grandinis qui sint apud Iob.

Ventos producit de quibus thesauris suis Deus.

Virgil. lib. 2. Æneid.

Coloss. 2.

Apostoli quẽ habebãt thesaurũ in vasis fictilibus.

2. Cor. 4.

1. Tim. 6.

scribit, vt diuitibus huius seculi præcipiat, non sublime sapere, sed diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, libenter communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum: vt apprehendat vitam æternam. Et vt qui bona opera bonis accumulat, dicitur bonum thesaurum thesaurizare: ita per contrarium qui peccata peccatis addũt, *thesaurizant sibi iram in diem iræ*, teste Paulo. Deinde ad literam considerandum, an licitum sit, thesauro inuento in agro, agrum emere? quia videtur esse species furti, rem pretiosam sibi notam paruo ære comparare. Ad hoc dicendum est, quædam inueniri, quæ nunquam fuerunt ab aliquo actu possessa, vt sunt lapilli inuenti in littore maris, vel montibus, & gemmæ in capitibus piscium: & talia primi occupantis fiũt, & trãseunt in eius dominium: alia quędam sunt, quæ fuerunt alicuius, & tamen iam nullius sunt, quia pro derelictis habentur: & talia primo occupanti conceduntur. Thesauri autem in terra reconditi, non habentur pro derelictis, sed potiùs vt melius seruentur, ideo nõ efficiuntur inuenientis.

5 Thesaurus cui restituendus.

Sed hìc distinguendum est, quia si thesaurus sit nouitius, ac non antiquus, quod pecunia ipsa, & vasa nostri temporis indicare possunt, reddendus domino est, plus quàm res inuenta, quæ potest putari pro derelicta. Si autem thesaurus sit antiquissimus, cuius probabiliter non creditur dominus superesse, nec hæredes, qui illi iure succedant, etiamsi daremus decimam vel duodecimã generationem superesse, non tamen posse cognosci eiusmodi successionem, thesaurus iste efficitur totus inuentoris, sicut res quæ in nullius bonis est: nam etsi aliquando habuerit dominũ, iã nõ habet, & perinde est ac si nunquã habuisset. Iura tamen humana, ad vitanda scãdala, decernunt: Si quis thesaurum inuenerit in proprio prædio, quàm primùm efficitur ipsius inuentoris: si autem in alieno, distinguendum est. Nam aut ille locus est priuatus, aut publicus, siue sacer. Si est locus priuatus, & casu inuenit thesaurum, media pars eius cedit in dominium inuentoris, & media pars in dominium eius, qui dominus est loci. Si verò studiosè quæsiuit, & inuenit in agro alieno, totus efficitur domini agri. Si autem locus est religiosus, vel sacer, siue publicus, & in eo fortuitò inuentus est thesaurus, totus fit inuentoris: vt Institut. De rerũ diuisione. §. thesaurus, & C. de thesauris lib. 10. Neque his legibus obstat lex. 3. §. si in locis. ff. de iure fisci, vbi traditur, quod si thesaurus inueniatur in loco communitatis, media pars est fisci, & media inuẽtoris: nam hæc lex anterior fuit Institutionibus Imperatoris Iustiniani, per quas illa lex Iurisconsulti Trebatij correcta fuit. Quanquam adhuc quidam restringãt legem illam Institutionum, docentes veram esse, si rigorem spectes, secus si æquitatem. Et sũ sunt Syluester, & Angelus, & Couarruuias. Nec deest ratio quæ hoc confirmet: nam quod dicitur in Institutionib. intelligendum est de thesauris, qui in nullius sint dominio: at locus communitatis, aut locus sacer semper in alicuius bonis cõputatur, vel communitatis, vel eius qui præest ecclesiæ, & illo cõmuni iure agendũ, vt media pars cedat cõmunitati, media inuentori, vel ei qui præest loco sacro. Tempore autem Christi ea lex erat, ideò qui thesaurum inueniebat in agro alieno, emebat agrũ, vt liberè & licitè totũ thesaurũ possidere posset. Ideò quidã ignorantes hanc legem, frustra asserunt, non posse in omnibus accommodari parabolam, quia emptio agri speciem quandam furti continere videatur.

De inuento thesauro iura humana, quid statuãt.

Quæ leges oppositũ decernunt, quo modo accipiendæ sint.

Quòd verò interdum thesaurus sic in terram fossus depereat, accidens est: sicut quòd morte præuentus, maneat thesaurus absconditus, nempe thesaurũ non infodit vt periret, sed vt fideliùs, & securiùs illũ asseruaret. His de parabolæ cortice præmissis, iam agendum de applicatione. Regnum cœlorum hoc loco, simile esse thesauro abscondito, tripliciter potest exponi. Primò, secundum Hilarium, & Hieronymum, de diuinitate Verbi latente in humanitate: quẽ sensum secutus est B. Vigilius lib. in Eutychetem, intelligens ob id inuentorem

Regnũ Cœlorum simile esse thesauro abscondito, tripliciter accipi potest.

Primus sensus.

Hilarius in Matt. can. 13.

Hieron. tomo 9. ibidẽ.

Vigil. Papa lib. 3. in Eutyche.

torem thesauri non statim illum abstulisse de agro, sed voluisse simul cum eo acquirere & agri possessionem, quòd non profit agnouisse Diuinitatē in carne delitescentem, nisi cum ea etiam agnoscamus & confiteamur humanitatem. Et Paschasius libr. De corpore Christi: *Non re-*

Pascha libr. de corpore Christi, c. 17.

cè, inquit, *caro sine diuinitate sumitur; nec diuinitas sine carne præstatur. Vnde in Euangelio regnum cœlorum simile dicitur thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, vadit, & venditomnia quæ habet, & emit agrum illum: quia nec ager corpus videlicet Christi, sine thesauro, id est, diuinitate, nec thesaurus diuinitatis sine agro carnis iure comparatur.* Deinde, de Ecclesia, & numero electorum, siue societate sanctorum, quorum vita abscondita est cū Christo in Deo, quique pretiosus sunt Deo thesaurus. Tertiò exponitur ab Augustino, & Hieronymo, pro sacræ Scripturæ intelligentia, & ante eos Origenes dixit: *Agro non est dissimilis sacra Scriptura, in qua reconditus est inestimabilis thesaurus sapientiæ Dei.* Et hic sensus potest cum primo coniungi, vt homo inueniens thesaurum, sit ille, qui Christi diuinitatem in humanitate absconditam, & thesauros diuinæ sapientiæ in Scripturis delitescentes inuenit. In secundo verò sensu, homo qui inuenit thesaurum, hoc est, pretiosam ecclesiam electorum, siue animarum sanctarum, Christus est, qui pro comparando tanto sanctorum thesauro, omnia bona sua distraxit. Et in hoc sensu Christus quærit nos vt suum thesaurum: in priori nos quærimus Christum, vt thesaurum nostrum, & quia causa nostræ salutis: & vt nos Deum quæramus tanquam incomparabilem thesaurum, opus fuit Christum priorem nos diligere, & quærere, quam nos ipsum: propterea ille secundus sensus primò tractandus est.

Alter sensus.

Colos. 3.

Tertius. *August. lib. 1. quæstio. Euang. cap. 13. tom. 4. Hieron. in Matth. cap. 13. tom. 9. Origen. in cap. Matth. 13. tom. 2. initio.*

Hic sensus cum priori vt conueniat.

Simile ergo est regnum Dei thesauro.

7 Thesaurus ex quibus constet.

Qui vt conflari solet ex auro, argento, & margaritis, atque alijs rebus fulgentibus, & natura, vel arte præstantibus: ita pij & electi varijs donis, & gratijs ornantur, & ex eis vt lapidibus pretiosis construitur cœlestis Hierusalem, vt habetur Apocal. 21. & Isa. 54. vbi ait: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphyris, & ponam Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles; vniuersos filios tuos doctos à Domino; & multitudinem pacis filijs tuis.* Et idcirco quælibet anima pro sua portione, thesaurus est: *Non est enim* (ait Sapiens) *ponderatio digna continentis animæ.* Quælibet etiam abscondita est, ac in agro carnis delitescens, ac si filia reginæ sub schemate ancillæ lateret sub crudelissimi serui dominio, ac tyrānide. In agro etiam mundi, & sub curis seculi huius latitat: vt enim dicitur in Ecclesiastico, *Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vtrisq;?* Porrò omnia excellentia, hic sunt occulta, vt aurum in venis terræ, margaritæ, & corallia in mari, &cōchis eius: anima etiam delitescit sub corpore: & natura sine gratia nil iuuat, quia hominem ita Deus condidit, vt à se pendere, oluerit.

Qui sint velut lapides pretiosi supernæ Hierusalem.

Anima fidelis vt sit thesaurus, atque idem absconditus.

Eccle. 26.

Simile.

Sup. 20.

Excellentia quæq; recondita, & occulta, quænam illa sint.

8 Thesaurum animæ quis homo ille qui inuenit.

Hunc dicitur homo inuenire id est, Filius Dei factus est homo sine humana hypostasi: & inuenit merito, quærendo per totam viam suam, quæ via eius erat, quemadmodum Ioseph fratres inuenit, & pastor ouem errantem, cœlestia nec curantem, nec intelligentem: *Non est*, inquit, *iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Et Dauid de se ait *Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum, &c.* Actu autē inuenit, cùm iustificat, vt cùm iuniorem filium à regione longinqua redeūtem, pater blandè susceptt. Dicitur homo inueniens abscondere thesaurum: quia quantum attinet ad corticem, hic homo per rimas viderat thesaurum, quem nec auferre poterat, nec licebat; ideò texit illum magis, quàm priùs esset tectus. Emit autem agrum, vt totum haberet, & totum extrahere posset.

Genes. 45.

Luc. 15.

Psalm. 13. & Rom. 3.

Psalm. 118.

Quando inuenit illum thesaurum.

Luc. 15.

Iuxta sensum verò intentum abscondit Christus inuentam animam, tanquā vitem viridem, & viuam in hyeme, quæ sicca delitescit vsque ad ætatem: tegitur autem similitudine carnis peccati, & similitu-

Quare absconditus.

9 Quomodo absconditus.

Roma. 8.

similitudine interitus hominis, & iumēti, insipientis, & stulti, & sub tabernaculo occultæ prouidentiæ Dei, de quo ait Psaltes, *Protexit me in abscondito tabernaculi sui.* Tegitur pallio humilitatis, luctus, paupertatis, pœnarum, tentationū, & scrupulorum, vt fomitem comprimat, & purior efficiatur. *Præ gaudio autē illius vadit, & vendit vniuersa;* dum *proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta:* & vt Prodigus in cruce omnem suam substantiam corporis, animæ, & Deitatis, quodammodo dilapidasse, & dissipasse videtur, vt corpus nostrum, & animum redimeret. Neque tantùm thesaurum, id est, electos, sed etiam agrum, scilicet omnes homines, totumque mundum sibi comparauit: ita enim cruci affixit corpus nostrum, & sibi illud subiecit. Ideò quisque videat, ne sibi viuat, genio suo indulgens; sed ei, qui pro se mortuus est, & resurrexit. Ecclesia in natalitijs virginum legens has parabolas, Thesauri, & Margaritarum, confirmat hunc sensum, nimirum nomine thesauri & margaritæ intelligendas animas sanctas, quæ virginitatem, & cæteras virtutes colunt. Ideò pretium requiretur à nobis, & laboriosa inquisitio Christi. *Empti enim sumus*, vt ait Apostolus, *pretio magno*, proindè portare debemus Deum, & glorificare in cordibus nostris.

Psal. 26.

Præ gaudio thesauri illius inuenti vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrū illum, quando.

Heb. 12.

Luc. 15.

Quāta Christi in nos charitas.

2. Cor. 5.

Ecclesia quibus comparet thesaurū absconditum in agro.

1. Cor. 6.

10 Christus quare sit thesaurus absconditus in agro, secundū Hieronymum.

Hieron. to. 9. Coloss. 2.

Quod vt præstare possimus, secundus sensus suppeditat, qui est: *Simile est Regnum cœlorum thesauro absconditio in agro.* In quo sensu Christus est thesaurus, de quo ait Hieronymus: *Thesaurus iste, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, aut Deus Verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus: aut sanctæ Scripturæ, in quibus reposita est notitia Saluatoris: quem cum quis in eis inuenerit, debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, vt illum possit habere quem reperit.* Sic ille. Et confirmatur hic sensus, siquidem Christus thesaurus dicitur à Salomone, nam loquens de sapientia ait; *Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.* Quadrat etiam

Quantus sit ille thesaurus Salomoni.

Sapien. 7.

Christo ratio thesauri, quia ipse integrum est mentis, & sensus regnum: & omnes creatas & increatas perfectiones, tanquàm thesaurum possidet: vnde & ait; *Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes supernæ, & iustitia. Melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argento electo.* Et in eodem loco; *Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari.* Beati qui contemplantur in ipsa cuncta: reliqua illi sordent, & tāquam stercora deputantur. Ad hæc, qui habet thesaurum; omnia necessaria habet, siuè ad victum, vt cibum, potum, vestem, & domum; siuè ad delicias, nobilitatem, & sapientiam: ita qui Christum habet, omnia habet: possidet cibum saturantem mentem sine fastidio, quia & ipse dixit: *Qui edunt me, adhuc esurient.* Habet potum consolationis delectantem. *Si quis*, inquit, *sitit veniat ad me, & bibat.* Habet vinum lætificans cor per amorem. *Comedite*, ait, *amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Habet vestem, per imitationem Christi, de qua Apostolus, *Induimini Dominum nostrum Iesum Christum.* Habet domum in præsenti, per quietem, & pacem conscientiæ; & in futuro, quia *In domo Patris mansiones multæ sunt.* Habet nobilitatem, quia *magna & pretiosa nobis promissa donauit, per quæ efficiamur consortes diuinæ naturæ.* Habet solidam cum Deo amicitiam, & Angelis eius: vt enim ait liber Ecclesiastici, *Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.* Dat possessiones bonorum æternorum. *Si vis*, inquit, *perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo.* Denique confert dominationem, & regnum. *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.*

Secunda ratio.

Prouer. 8.

Philip. 3.

Tertia ratio.

Christum qui habet, quàm diues ille.

Ioan. 7.

Cant. 5.

Rom. 13.

Ioan. 14.

2. Petr. 1.

Eccles. 6.

Matth. 19.

Matth. 25.

Hic thesaurus absconditus dicitur in agro, quoniam, vt ait Isaias, *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator.* Ager multiplex est: & primò potest significare mundum, per quem nemo perficiebat, vt inueniret thesaurū, quia

11 Christus thesaurus quare absconditus in agro.

Isa. 45.

In quo agro sit absconditus.

In mundo erat. & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit; & Apostolus; *Quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Deindè ager potest significare Synagogam Iudæorum, vel Propheticam scripturam, in qua thesaurus hic occultus continebatur. *Sed in propria venit, & sui eum non receperunt*: & excæcati sunt, ne eũ signa edentem, aut prædicantem, aut Scripturas interpretantem cognoscerent. Tertio ager fuit B. Virgo, quæ non solum corde, sed etiam castissimo suo ventre thesaurum hunc gestauit ad tempus: quia ex ea carnem assumere voluit, & filius eius nominari. Sed Iudæi & thesaurum & agrũ contempserunt, & dicebant; *Nonne hic est filius fabri? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, &c. & sorores eius nonne omnes apud nos sunt?* quæ verba per despicientiam dicta videntur. Quartò, ager fuit Ecclesia primitiuorum, in qua huius thesauri signa manifesta edita sunt. Quintò ager, est sanctissimum Christi corpus, *in quo inhabitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*; & venerabile, & sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, sub quo caro & sanguis Christi, quæ nostræ sunt thesaurus, teguntur. Denique ager est quæuis anima sancta, concipiens Christum, & seruans in præcordijs, vt illo ditari possit. Dicitur autem absconditus in illo agro, non tantùm animantibus ratione carẽtibus, quæ oculum ad videndum eum nõ habent; aut Gentibus, quia *Nullus principum huius seculi eum cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*, sed etiam Iudæis per Scripturas instructis, qui tamen dicebant, Filiũ hominis esse Ioannem Baptistam, aut Heliam, aut Hieremiam, aut vnum ex Prophetis. Imò etiam Angelis ipsis ignotus, ac incomprehẽsibilis fuit hic thesaurus, quod attinet ad naturam illorũ, quamquam ex gratia Dei, & reuelatione cognouerint; ac proindè dæmonibus multo magis extitit ignotus cognitione illorum naturali; quibus tantum innotuit, quantum ipse voluit. Solus Pater hunc thesaurum nouit, qui de illo solus testatus est; *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*: ipsemet, qui se ipsum detegebat & signis admirandis, & verbis, dum diceret; *Ego sum panis vitæ; Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio, & vita, Ego sum via, veritas & vita.*

Secũdus sensus.

Ibidem.

Tertius sensus.

Matth. 13.

Quartus sensus. & quintus.

Coloss. 2.

Sextus & postremus.

Quibus fuerit absconditus.

1. Corin. 2.

Matth. 16.

Angelis ipsis quatenus innotuit hic thesaurus

Supra 3. & *Infra* 17. *Ioan.* 6. *Infra* 8. *Infra* 11. *Infra* 14.

12 Quibus modis inueniri valeat.

Hunc thesaurum dicitur homo inuenire; nam etsi sit absconditus, inueniri tamen potest. Et primò quidem inuenitur sorte, id est, nullo merito præcedẽti; sed ex mera Dei gratia, & beneplacito, & Patre reuelante per Fidem, qui thesaurum abscondit: quia à patre familias absconditur, vt traditur in libro Digestorum, titulo De acquirendo rerũ dominio. & vt sit inuentoris, opus est, vt longo tempore fuerit absconditus. Paulus autem ad Rom. ait, *Secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti.* Et ita sorte inuentus est à Samaritana, à Matthæo stante in thelonio, à Latrone in cruce, & à Paulo eunte in Damascum, vt persequeretur discipulos Domini. Secundò, thesaurus hic detegitur, vel Patre indicante, vt fecit cum Petro, cui Dominus dixit; *Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus cœlestis*: vel per prædicationem, quod cõmunius esse solet. Tertiò inuenitur per rimas fulgorem emittens, id est, verbis, operibus, & miraculis, tùm in vita, tùm in morte, tùm post mortem in suis discipulis coruscans: vt verè se ostenderit Deum absconditum. Quartò, cum aliquis inuenire solet, fodiendo terram. Ita enim ait Salomon; *Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudẽtiæ: si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Et Iob capit. 3. *Qui expectant mortem, & non venit; quasi effodientes thesaurum, gaudentq; vehementer, cum inuenerint sepulchrum?* Hæc ille, alludendo ad morem antiquorum, qui cum mortuo reponebant in sepulchro thesaurũ: secundum quam rationẽ in nostra mortificatione, spiritualique nostra absconsione delitescit thesaurus noster. Fodiẽdus ergò ager multiplex, vt in illo inuenire

Rom. 16. *Ioan.* 4. & *seq.* *Matth.* 9. *Luc.* 23. *Actor* 9.

Secundus modus.

Matth. 16.

Tertius modus.

Quartus.

Prouerb. 2.

Mos antiquorum in reponendo thesauro.

nire possimus tantum thesaurum latitantem.

13 Inuentũ thesaurũ, Christũ scilicet, cur homo abscõdat, & quibus.

Isa. 24.

Matth. 7.

Inuentum autem thesaurum magis abscondit: quia qui perfectè ad Christũ conuertitur, non tutè hoc renuntiat amicis suis & domesticis, quia inimici hominis domestici eius: sed dicit cum Propheta; *Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Deinde abscõdit à canibus, & porcis, ne pedibus conculcent margaritas, aut morsibus lacerent, quod sanctum est. Tertiò abscondendus est thesaurus, ne ostentatio eius elationem pariat, & euanescat; & fiat, quod dicitur in prouerbio, thesaurus carbones: quemadmodum quia Ezechias alienigenis suos thesauros patefecit, Dominus iratus est. Vnde Gregorius homil. XI. *In præsenti vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident: depradari ergò desiderat, qui thesaurum publicè in via portat. Hoc autem dico, non vt proximi opera nostra non videant; cum scriptum sit Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est; sed vt per hoc quod agimus, laudes exterius non quæramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo soli placere quærimus, semper optemus secretum.* Hæc ille.

4. *Reg.* 20.

Greg. tom. 2.

Cauẽda quæ absconsio thesauri.

Matth. 5.

Hieronym.

Non ergo abscondendus est thesaurus ex inuidia, sed timore seruantis, & nolentis perdere, vt ait Hieronymus. *Si quis*, inquit Apostolus, *existimat se stare, videat ne cadat.* Et *videte vos metipsos, ne perdatis quæ operati estis. Et prægaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet.* Magnum est, Deum inuenisse, si de denario inuento gaudemus. & si de fratre, quem putabamus periisse, recuperato ita lætamur. Hic ergo præ gaudio ebrius, sui, & suorum oblitus, pergit, vt vendat vniuersa quę habet, non partem tantum, quemadmodum Ananias, & Sapphira, qui defraudarunt venditi agri pretium. Et tantum est regnum Dei, & Christus, vt non possit pecunia parata comparari: opus est nos vendere bona stabilia, atque adeò renũtiare omnibus quæ possidemus, hoc est, Gentilibus dogmatibus, & Iudaicis, voluptatibus, opibus, & cõmoditatibus nostris, quẽadmodùm Paulus fecit, qui dicebat; *Omnia arbitratus sum, vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* Est enim omnium renuntiatio, quasi quædam venditio, quæ non est sine emptore: emptor autem est ipse Dominus, qui pro bonis quæ illi reddimus, pendit se ipsum in meritum in præsenti vita; & in futura, in vitæ æternæ præmium. *Et emit agrum illum.* Ita enim est coniunctus thesaurus agro, vt nisi efficiaris agri dominus, tantum thesaurum habere non possis. Audiant qui negant Christi humanitatem, aut Virginis dignitatem matris, aut sacramentum Eucharistiæ, aut qui Scripturarum sensum peruertunt. Caro autem vellet thesaurum agro non empto: & quia illi ager est fodiendus, & labore comparandus, dicit, vt de emptore scribit Salomon, *Malum est, malum est, inquit omnis emptor: sed cùm recesserit, tunc gloriabitur.* Solet enim emptor, quo viliùs emat, rem priùs vituperare: sed vbi emerit, iactat se, & gloriatur de peritia in emendo, & de vilitate pretij: ita omnibus studio bonorum operum durum esse videtur comparare vitam æternã: verum cum ad illã peruenerint, agnoscent & gloriabuntur, pro eo quòd vilissimo pretio eam comparauerint, & intelligent verba Apostoli; *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Et hæc de secundo sensu.

Emptor quis nam sit.

Pro habendo thesauro cur ager emendus.

Prouer. 20.

Emptorum ingenium.

Rom. 8.

Philip. 3.

1. Cor. 10.

2. Ioan.

Dei inuentio thesauri quã læta, quàm delectabilis.

Actor. 5.

Luc. 14.

Vẽdendaque propter illum vniuersa.

14 Scriptura diuina eiusque sensus, qualis thesaurus Augustino. *August. tomo* 4.

In tertio accipitur pro intelligentia Scripturæ, de quo Aug. lib. 1. Euangelicarum quæstionum quæst. 14. sic scribit: *Thesaurum in agro absconditum, dixit duo Testamenta legis in Ecclesia, qua quis cùm ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latère, & vadit, & vendit omnia sua, & emit illum, id est, contemptu tẽporalium, comparat sibi otium, vt sit dies cognitione Dei.* Hæc ille: & quia in alijs sensibus prolixiores fuimus, in hoc tertio breuitati studentes; Augustini allegatis verbis contenti sumus.

15 Ad Christũ, thesaurũ scipor-

licet diuinũ comparandũ adhortatio.

portatu facilis est, imò portat se portãtem: communicabilis est, siue eo quòd amitti possit: consummari nequit, quia infinitus est, & vi vlla à nobis extorqueri non valet: ait enim Apostolus, *Rom. 8.* *Quis nos separabit à charitate Christi?* Vili pretio comparatur, quia tanti venditur, quantum habes, & quisque se ipsum dando, illum consequi potest. Per hunc thesaurũ augetur in nobis Fides, inflãmatur Spes, Charitas sumit incrementum, & studio bonorum operũ thesaurizamus nobis thesaurum indeficiẽtem in cœlo. Et quo quisque magis eũ possidet, & maiori charitate flagrat, instar parentis thesaurizare potest pro filijs suis: quemadmodùm viri excellentes, & vitæ sanctitate præclari, Ecclesiam suis amplissimis meritis ditarunt: quorum opera, quod ad rationem merendi attinet, etsi in ipsis cumulatè sint remunerata, quantum tamen ad vim satisfaciendi spectat, quoniam plura peperisse sunt, quàm debebant, remanent in Ecclesiæ communi thesauro reseruata, vt in alios liberaliter per indulgentiarũ concessionem in omnia membra Ecclesiæ distribui, ac dispensari valeant, merito atque virtute Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto reddatur ab omni creatura honor, gloria, imperium, & gratiarum actio in sempiterna secula. Amen,

2. Cor. 12.

Thesaurus Ecclesiæ qui vocatur vnde partim acquisitus, confiatu'q, sit.

TRACTATVS XI.

De parabola negotiatoris quærentis bonas margaritas: & habetur tantum Matth. 13.

ITERVM *simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.*

1 Quò spectat hæc parabola.

Septima in ordine hæc est parabola, ad vnum & idem institutum spectans, ad quod præcedens: nimirum vt constet nobis Regni cœlorum thesaurum & margaritæ cur simile esse debeat. valor, & pretium, quatenùs pro eo possidendo, non grauatè feramus, omnia, quæ in bonis nostris sunt, distrahere atque contemnere. Pulchre autem ad hoc significandum, similitudine thesauri, & margaritæ vtitur: quia hæc tanti apud nos sunt, ac in tanto pretio habentur, vt propter ea possidenda, homines ad omnia bona quæ habent, dimittenda excitentur: trahunt enim vtilitate, pretio, ac dignitate sua, nisi quòd homines magis thesauro, quam margaritis delectentur: contrà fœminæ margaritis magis, quàm thesauro: & ita aptis modis ad trahendum vtrunque sexum proponuntur. Ad hæc, casu inuenitur thesaurus, sed voluntate comparatur: margaritæ verò à mercatore ex intentione quæruntur, atque emuntur. Tales quippè margaritæ fuerunt, Pretiosas Christus margaritas quas inuenit. *Luc. 7.* Peccatrix, quæ ad Christum venit cum alabastro, & lachrymis: Prodigus sancta plenus verecundia reuersus ad patrem: Eunuchus Candacis Reginæ *Infra 15.* *Actor. 8.* veniens in templum, orans, & legens in curru scripturas; Cornelius Centurio cum ieiùnijs & eleemosynis Deum deprecans. Et hæc de fine parabolæ. *Actor. 10.*

2 Negotiator quis.

Quod attinet ad literalem sensum parabolæ, negotiator in primis dicitur, qui magno studio ac diligentia artem negotiandi, siue emendi, & vendendi exercet; & nõ qui semel aut bis quæ necessaria sunt sibi comparat, sed qui ex arte & habitu margaritarũ negotiationi incumbit, qui margaritarius à Firmico nuncupatur. Pulchrè autem ingeniũ mercatoris, qui margaritas coëmit, describere videtur: nam magno labore, & studio, ac non sine periculis eas regiones adit, in quibus margaritas venales inueniat, vt vili emptas, magno suo emolumento eas distrahat. Talem negotiatorem describit Poëta quidam his verbis: *Firmicus auctor.*

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. *Horat lib. 1. epist. 1.*

Rursus ponderat Origenes, quòd quæreret bonas margaritas, cuius hæc sunt *Origen. in cap. vasth.*

13. prope init. tom. 2. initio.

Margaritarũ varia genera ex Origene.

verba: *Inuenimus igitur apud eos, qui de gemmis tractarunt, de margaritæ natura hæc. Margaritarum alias esse terrestres alias maritimas: ac terrestres quidem apud solos Indos nasci, quæ congruunt sigillis, annulis, ac monilibus: maritimas autem, si quæ sunt insignes, apud eosdem Indos inueniri, quæ etiam optimæ in mari Rubro nascuntur. Proximum autem in margaritis locum habent, quæ ex Oceano Britannico capiuntur. Tertij autem ordinis inferiores sunt, non solùm primis illis, verùm etiam secundis, quæ in Bosphoro iuxta Scythiam inueniuntur. Insuper & hæc dicuntur de Indico margarito, quod conchis innascitur, quæ similem habent naturam cum prægrandibus cochleis, quæ narrantur velut turmatim in mari pasci, velut armenti duce quopiam exploratore, qui referat, cuibus aut quanta sit regio, atque hanc aiunt proximare cæteris subipsa degentibus, vt res similitudinem habeat cum examine quod dicitur apum. Narrant autem & de ratione capiendi præstantiores, hoc est, eas quæ in India reperiuntur, quòd incolæ postea quam magnam littoris ambitum retibus cinxerunt, adnatant vrinantes, feudentes ducem agminis vnum ex omnibus apprehendere: siquidem hoc capto, cæterum nullo negotio capi huic subditum agmen; quippè nulla iam subsistente ex toto grege, sed vnaquaque ceu loro vincta, sequente gregis ducem.* Hæc de margaritis Origenes sanè admiranda tradit.

Ortus eiusdem & fœtus, genituraue, cui similis, eodem auctore.

Captura earum qualis.

Abortus concharum.

3 Quid sit margarita: vnionis nomine cur veniat.

Deindè aduerte, margaritam (quæ Latinè, & in fœminino, & in masculino, & neutro genere declinatur, & vôx est Græca, nam dicitur in masculino μαργαρίτης, & Latinè vnio in eodem genere, quòd nulli duo reperiantur indiscreti in conchis vbi nascuntur) speciem esse gemmæ maritimæ, quemadmodum & corallium ex medio mari eruitur à piscatoribus. Eius verò naturã & proprietates pulchrè describit Plin. libr. 9. capit. 35. his verbis: *Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij margaritæ tenent. Indicus maximè has mittit Oceanus. Inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis solis ardoribus, atque Indicis quoque insulis petunt, & admodùm paucis. Fertilissima est Taprobana & Toicis, vt diximus, in circuitu mundi. Item Perimula promontorium India. Præcipuè autem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris Rubri. Origo autem atque genitura concha est haud multum ostrearum conchis differens. Has vbi genitalis anni limulauerit hora, pandentes se se quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt, grauidas posteà eniti, partumque concharum esse margaritas, pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem conspici: si verò turbidus, & fœtum sordescere, eundem pallere, cœlo minante conceptum: ex eo quippè constare, cœlique eis maiorem societatem esse, quàm maris. Inde nubilum trahi colorem, aut præclaritate matutina serenum. Si tempestiuè salientur, grandescere & partus. Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si verò & tonuerit, paucas, ac repentè compressas, quæ vocant physemata, efficere speciem, verùm inani inflatam sine corpore: hos esse concharum abortus. Sani quidem partus multiplici constant cute, non impropriè callum vt existimari corporis possit; itaque & purgantur à peritis. Miror ipso tantùm eos cœlo gaudere, Sole rubescere, candoremque perdere, vt corpus humanum; quare præcipuum custodiunt, pelago altiùs mersa, quàm vt penetrent radij. Flauescunt tamen & illa senecta, rugisque torpescunt: nec nisi inuenta constat ille qui quæritur vigor. Crassescunt etiam in senecta, conchisq; adhærescunt, nec ijs auelli queunt, nisi lima: quibus vna tantùm est facies, & ab ea rotunditas, auersis planities; ob id Tympana nominantur.* Et infrà: *Quidam tradunt, sicut apibus, ita concharum examinibus singulas magnitudine & vetustate præcipuas esse veluti duces, mirè ad cauendum solertiæ: has vrinantium cura peti, illis captis, facilè cæteras palantes retibus includi, &c. Vsu atteri non dubium est, coloremque in diligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lauore, pondere, haud promptis rebus in tantum, vt nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuere delicie.*

Quę conchę, & cur tympana nominentur.

Eius natura & proprietates à Plinio.

Vnionũ nomẽ à quibus impoſitum.

re delicię. *Nam apud Græcos non eſt, nec apud Barbaros inuentores, aliud quà margaritæ.* Refert in eodem capite, *Cleopatram Ægypti Reginam duos maximos vniones per omne auum per manus Orientis Regum ſibi traditos poſſediſſe : promiſit M. Antonio, quem exquiſitis quotidiè ſaginabat epulis, vna ſe cœna centies millè ſeſtertium abſumpturam : quod cùm ille minimè fieri poſſe arbitraretur, illa ſponſionibus factis poſtero die, quo iudicium agebatur, magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio expoſuit irridenti, computationemq; expoſtulanti: reſpondit illa, corollarium id eſſe, conſumpturamque ſe ea in cœna taxationem confirmans, ſolamque ſe centies H —— S. cænaturam, inferri menſam ſecundam iuſſit. Expræcepto miniſtri vnum tantùm vas ante eam poſitère aceti, cuius aſperitas, viſque in tabem margaritas reſoluit. Itaque expectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactũ abſorbuit. Iniecit alteri manũ L. Plancus iudex ſponſionis eius, eũ quoque paranti ſimili modo abſumere, vidtumque Antonium pronuntiabit homine irato. Ille autem vnio diſſectus eſt, vt eſſet in vtriſq; Veneris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna.* Hæc ille ad verbum fere.

Idem.

Cleopatra Ægypti Regina vna cœna quantum abſumpſerit.

4 Vnde Lucianus vniones deſignet.

Lucianus ab ipſo loco vnde naſcuntur, vniones deſignat: nam & Indicum lapidem, & Erythræum lapidem, hoc eſt, Ἰνδικὸν λίθον, & Ἐρυθραῖον λίθον vocat. Tradunt etiam illi, qui margaritis delectantur, quòd vbi margaritum aliquod macula aliqua fuerit diſtinctum, ſi pullo columbæ tradatur edendum, & poſt quartum horæ, vel etiam citius occidatur pullus columbæ, inueniri margaritum macula illa purgatum.

5 Margaritæ efficiens, materia, forma, finis.

Habet ergò margarita loco cauſæ efficientis, lumen cœli, ſiue Lunæ : pro materia ſeminali, humorem roſcidum. Locum habet in concha concluſa, quaſi matrice : non enim hæ conchæ coëunt, nec per commixtionem generant. Forma autem eius conſtat magnitudine, colore candido, ac lucido, rotunditate, atque læuore. Finis autem eſt ornamentum hominum, ſed præcipuè Regum, & Principum fœminarum, quæ in monilibus, & in capitibus, & in auribus, & in brachijs eas geſtare delectantur. Hinc baccatum monile apud Poetam, quod maioribus vnionibus, qui baccarum ſimilitudinem referunt, eſt decoratum. Imò etiam, vt Plinius tradit, non crepidarum tantùm obſtragulis, ſed etiam totis ſoccullis margaritas addunt.

Virgil. lib. 3. Æneid Baccatũ monile apud poëtam, quid. *Plin. lib. 9. cap. 35.*

Quod autem dicitur inueniſſe vnam pretioſam margaritã, vel ſingulare ponitur pro plurali, vt ſæpè conſueuit Scriptura, vel intelligit margaritã, cui multæ aliæ ſunt coniunctæ, & vocari ſolet margaritum fulgens. Et hæc de margaritis. Videtur autem, vt quidam interpretes volunt, hic ſpeciem pro genere poni, hoc eſt, margaritum pro omnibus gemmis, ſeu pretioſis lapidibus, id eſt, pro adamante, ſmaragdo, ſapphiro, topazio, chryſolito, ac cæteris, quorum miræ ſunt virtutes, ac magno in pretio haberi ſolent; eorumque metaphoras plerunque vſurpat Scriptura. Imò Scriptura agnoſcens nos theſaurum, & margaritas, ſiue lapides pretioſos magnificere, propterea aliquoties illà cõiunxit: vt hic fecit Dominus, poſt theſauri parabolam apponens illam pretioſę margaritæ. Ita Dauid de diuinis mandatis, *Deſiderabilia*, inquit, *ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum.* Et iterum: *Idcò dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazium.* Conſectatus eſt parentem ſuum Salomon: nam Prouerb. 8. *Melior eſt*, inquit, *fructus meus auro, & lapide pretioſo.* Et paullò ante. *Accipite diſciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia margaritis* (Ita habet Hebræa litera pro eo quod nos habemus, *Cunctis opibus pretioſiſſimis*. Et in Apocalypſi, *Platea ciuitatis ſuperna Hieruſalem aurũ mundum, & porta eius duodecim, quæ ſunt duodecim margaritæ.* Neque hîc ſubiungam horum lapidum proprietates, quod facile hęc ex Plinio, & alijs auctoribus ſibi mutuari quiſque poſſit, etiamſi in applicatione aliquid dicturi ſimus.

Schema ſcripturis frequens. *Prouer. 25.* Margaritæ vocabulum quàm latè pateat. *Apocal. 21.*

Quid eſt quod theſaurum, & margaritã ſimul ac cõiunctim plures Scripturæ cõmemorant. *Pſal. 18. Pſal. 118.*

Sapiẽtiæ pretium incomparabile.

Apoc. 21.

7 Quis ille negotiator quęrens bonas margaritas.

His poſitis, & præmiſſis circa literã, iam tertio loco de applicatione parabolæ agendum eſt. Atque huic idem illud accidit quod præcedenti. Nam vt in illa homo inueniens theſaurum, vel eſt Chriſtus, qui nos inuenit tanquã rẽ pretioſam, vel nos ſumus, qui Chriſtũ vt infinitum theſaurum inuenimus, ita in præſenti parabola duplex eſt ſenſus: nam vel Chriſtus eſt mercator, & animæ ſunt margaritæ: vel rurſus mercator eſt quis homo, margaritæ autem Chriſtus, vel aliquid ſpectans ad Chriſtum, vt eſt veritas ſacræ Scripturæ, quo modo Græci interpretantur: vel eſt virtus dilectionis, vt Auguſtinus exponit, vel margaritum, dixeris vnam aliquam ſpeciem perfectionis, vt vitam actiuam, vel contemplatiuam, vel miſtam, vel miniſterium prædicationis: quia nemo poteſt omnibus ſtudijs pretioſis vacare: ideò inuenta vna pretioſa quieſcit, illamq; emit, & ad eam poſſidendam, & aptè exercendam ſe diſponit.

Alter ſenſus.

Auguſt. lib. Quæſtionũ Euang. ſecundũ Mat. th. q. 13. to. mo 4.

8 Quomodo Regnum cœlorum ſimile ſit homini negotiatori quærenti bonas margaritas.

In primo igitur ſenſu ſimile dicitur Regnum cœlorũ, quod ad Regem ſuũ attinet, homini negotiatori. Filius Dei ob ſingularem ipſius pietatem, & amorem erga hominem induentem illũ affectibus, qui ad hominis exaltationem, & commodum ſpectant, ſimilis dicitur homini: negotiatori verò, quia omnibus illis præſidijs, & adiumentis, quæ prudentem mercatorem conſtituunt, præditus erat. Erat enim inſigni ſapiẽtia, & prudentia ornatus, tum quia nouerat tẽpora apta ad negotiandum. *Vbi venit*, inquit Apoſtolus, *plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum.* Ipſe quoque dicebat, *Tempus méũ nondum aduenit:* &, *Nõdum venit hora mea:* ac rurſus: *Pater, venit hora, clarifica Filiũ tuum.* Tũ quia nouerat loca opportuna negotiationi, vnde Angelum miſit in ciuitatẽ Nazareth, ad Incarnationis myſterium peragendum: *Exiit edictũ à Cæſare Auguſto*, vt veniret in Bethleẽ ad natiuitatem: fugit in Ægyptum: reuerſus eſt in terram Iſrael.: habitauit in ciuitate Nazareth: venit ad Iordanem, vt Baptiſmũ ſuſciperet: in deſertum, vt tentaretur, in Iudæã, & in Galilæam, vt prædicaret: præcipiebat Apoſtolis, *In viam gentium ne abieritis*: ac item: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ*: tandem in cœlum conſcendit: vt intelligas, loca bene negotiandi ſibi cõperta fuiſſe. Tum poſtremò, quia ipſe nouit mercium naturam & bonitatem, & idcircò pretium: vnde, *Ipſe ſciebat quid eſſet in homine.* Et eos, qui receperunt hic mercedem ſuam, vituperabat: & Viduam duo æra minuta in gazophylacium conferentem commendabat. Sciebat etiam modum conficiẽdi, ac conſeruandi, merces animarum. *Si non in timore Domini*, inquit Sapiens, *tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua*: & Dominus ipſe, *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua.* Inſuper, *Inpatientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Iterumque, *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Nouit quoque hominum ingenia, & dæmonum naturam, cum quibus negotiatur, & illuſores deludere: quia cum electo electus eſt: & cum peruerſo peruertitur. Præter prudentiam habet voluntatem ardentem & cor magnificum ad negotiandum, quia non parcit expẽſis, modò bonas merces emat, neque anxiatur, ſi aliqua merces non ſuo vitio pereat, quemadmodum dæmones perierunt: quia, *Conteret multos innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis*: vt rectè dixerit Salomon, *Diuiti decepto multi recuperatores.* Nam Pater, & Spiritus Sanctus, & Angeli, & Prophetę, & Apoſtoli, bonique omnes miniſtri eius cauſam agunt: vnde diſcipulis 70. ab eo diſcedentibus, dixit Apoſtolis: *Nunquid, & vos vultis abire?* Diligit impenſe diuitias ſpirituales, ita vt pro illis eruendis à morte, aquas amaras pœnarum intrauerit: neque eas committit, niſi negotiatoribus, quibus dixit: *Negotiamini dum venio*: & ſeruum pigrum, ſiue nequam punit. Præterea magnis viribus, & diligentia mercaturam hanc exercuit, vnde nomen eius à Propheta dicitur, *Accelera ſpolia, feſtina prædari*: & tantùm diligentes

Marc. vlti.

Quarta & poſtrema ratio. *Ioan. 2. Matth. 6. & ſeq. Luc. 21.*

Eccleſ. 27.

Matth. 6. Luc 21. Matth. 6.

Pſal. 17.

Iob. 34.

Eccle. 13.

Ioan. 6.

Pſal 68.

Luc. 19

Iſa. 8.

negotiatores per mare, & terram emisit, inter quos Paulus eminuit, tanta celeritate vniuersum orbem discurrens, vt breui magnæ orbis partis margaritas comparauerit.

9 Negotiator Christus cur quærit bonas margaritas. *Irenæ. in proœm. lib. 1.*

Ad hæc fingitur hic negotiator quærere bonas margaritas: quia aliquæ sunt falsæ, & spuriæ, ac nullius momenti, & vt ait Ireneus lib. 1. *Non est cuiusuis inter smaragdum magni pretij apud quosdam, & inter vitreum lapillum in eius cognoscere, nisi aduocetur doctus, & peritus artifex, qui dolum detegat.* Insuper dicitur quærere cum sapientia & labore, & à principio mundi ad finem, & per se, & per Angelos, & omnes ministros Noui, & Veteris Testamenti. Quæsiuit etiam cũ lucerna sapientiæ, vt mulier amissã drachmam, & vt pastor errantẽ ouem, terrã, & mare discurrendo, donec inuenit. E cœlo ergo peregrinus factus, ad cõparandas margaritas venit. Sunt autẽ animæ nostræ margaritæ, quæ, vt illæ conchis, sic istæ corporibus nostris claudun tur, & ex cœlesti rore creantur. Anima enim de foris aduenit, de qua quidam cecinit:

Quomodõ quærat.

Luc. 15.

Ibidem.

Quæ sint illæ bonæ margaritæ.

Virgil. lib. 6. Æneid.

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo Seminibus. In mari verò capiuntur, & quærũtur: sic animæ in hoc mundi pelago tempestatibus acto versantur. Sunt autẽ bonæ magaritæ candidæ innocentia, lucidæ naturæ lumine, & gratiæ: rotundæ, quia ad Deum, vnde exierunt, redeunt ponderosæ, quia constantes in virtute, læuorem habent mansuetudinis, ac affabilitatis: nam quæ in aceto reponuntur, id est, in corde frigido, amaro, & vindictam appetente, tabescunt atque dissoluũtur: & meliores sunt quæ rore matutino procreantur, quàm quæ vespertino: nam illæ candidæ, istæ fluuæ, sicut præstantiores, quæ contemplationi, quàm quæ actioni vacant, animæ habentur. Ros enim matutinus, scientia est diuinorum, vt humanorũ vespertinus. Præstant etiam quæ mane incipiunt Deo seruire, quam quę in vespera senectutis. Ad hæc, illæ excellentiores sunt, vt aiunt, margaritæ, quæ suapte spõte, & nulla hominum arte perforatæ

Vnde bonæ.

Quæ meliores & optimę

inueniuntur, vt colligari possint in vnũ: tales sunt animæ vi charitatis perforatæ, quæ faciles se præbent, vt in vnum colligari queant, vt Religiosi, qui vitam socialem degunt, & de quibus dici potest: *Ecce quàm bonum, & quàm iocundũ habitare fratres in vnum.* Vt autem animæ nostræ à maculis contractis purgarẽtur à Christo, tanquam pullo columbę, id est, Virginis immaculatę, & felle omnis peccati carentis, per amorẽ, quo pro nobis passus est, manducatæ, mundantur: *Dilexit enim nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.*

Psal. 132.

Apoc. 1.

10 Margaritas cur quærit Christus mercator. *Isa. 61.*

Porrò finis margaritarum est, vt spõsa Christi monili pretioso margaritarũ, id est, tot animarum sanctarum exornetur, & ex illis efficiatur corona Regis nostri Iesu Christi: vnde Esaias ait, *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis:* quæ verba sunt Ecclesię gaudium suum proferentis, & accepta beneficia Christi prędicantis, ac si diceret: Ita me Christus virtutum ornamentis induit, ac si ego essem sponsus in die nuptiarum splẽdida veste & corona decoratus, & sponsa pulchris monilibus, & ornamentis induta.

Ecclesię Christi sponsæ ornamẽta quæ.

11 Lapides pretiosi qui mysticè. *1. Pet. 2.*

Facilè etiam esset ostendere, quomodo electi sint lapides pretiosi; nam tali appellatione gaudent in Scripturis. Vnde Princeps Apostolorum Petrus ait: *Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini:* quemadmodum Angeli etiam lapides pretiosi dicuntur, cùm dicitur sub persona Regis Cyri: *In delitijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolitus, & onyx, & berillus, &c.* vbi enumerat nouem genera lapillorum pretiosorum, quæ secundum Patres, nouẽ choros Angelorum designant: sed ne prolixiores simus, ab hac accommodatione lapillorum pretiosorum ad animas consultò supersedemus.

Ezech. 28.

Dicitur

Negotiator Christus vnã pretiosã margaritam quã inuenerit. *Luc. 15.*

Dicitur autem negotiator inuenisse vnam pretiosam margaritam; & pro ea comparanda, omnia sua distraxisse. Hęc vna margarita, vel humanam naturam significat, quam relicta Angelica, quasi vnam drachmam perditam quæsiuit, & recuperauit; & ideò pro vnaquaque anima passus, ac mortuus est: atque ea ratione distraxit omnia bona sua, ac si pro illa tantum esset mortuus. Hinc est, vt quiuis insolidum debeat Christo omnes eius labores, in peregrinando, ieiunando, deprecando, & prædicando, atque patiendo sumptos, ob quam causam Apostolus dixit in singulari numero; *Quod autem nunc viuo in carne, in Fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Dixit etiam, *Inuenta vna pretiosa margarita:* quia etsi plures sunt margaritæ, paucæ tamẽ pretiosę; Nam *angusta porta, & arcta via est, qua ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.* Vel vnam pretiosam dixit, designans beatissimã Virginem Matrẽ suam, quę margarita pretiosa per excellentiã dici potest: quia omnes aliæ margaritæ in peccato Adæ maculatæ sunt, vt ex candore nigredinem, ex luce tenebras, ex rotunditate præcisionẽ, ex læuore asperitatem incurrerint, vnica Virgine duntaxat excepta: de qua in Canticis: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Hortus conclusus, fons signatus. Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularũ nõ est numerus. Vna est columba mea* (id est, candida per innocentiam) *perfecta mea* (id est, rotunda) *vna est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt, Reginæ & concubinæ laudauerunt eam.* In hac autẽ, vt matre, omnes electi cõtinebamur, quasi filij: vnde ei in Ecclesia canitur: *Sicut lætantium omnium habitatio est in te, sancta Dei Genitrix.*

Maria Virgo quam pretiosa margarita.

Cant. 4.

Supra 2.

Infra 4.

Infra 6.

Psal. 86.

13 Christus vt vendidit vniuersa quæ habuit, pretiosam margaritam vt emeretsi quę similes quinã esse debeant.

Dicitur negotiator distraxisse omnia bona sua pro ea: quoniam patriam cœlestẽ, & gloriam corpori suo debitã, famam, vitam, labores, & sanguinẽ pro ea cõpatanda dedit. Et vt Christus est negotiator animarũ, ità modo suo pastores curæ animarũ assignati, & prædicatores verbi Dei, & omnes qui munere Apostolico defunguntur, similes esse debent Christo negotiatori; nam & ipsi pro reducendis animabus negotiatores à Christo relicti sunt, quibus dictũ est, *Negotiamini dũ venio:* debentq; animas tanquam pretiosas margaritas, quibus Christus delectatur, omni industriaquerere, & Deo lucrifacere. Sed vt hoc possint melius præstare, debent omnia sua, commoda, & bona posthabere, laboriq, & expensis nõ parcere, vt ita distrahẽdo omnia bona sua, valeant margaritas animarum piscari.

Luc. 19.

14 Huius parabolæ medulla, seu fructus multiplex.

Ex hoc igitur sensu colligimus, vt quisque videat, an sit margarita, & proprietates margaritæ pretiosæ habeat: quod si non habet, roget negotiatorem Dominũ Iesum, qui nouit merces suas reficere, & melioris cõditionis efficere. Deinde quisque videat, quãti sit empta margarita animæ suę à Christo optimo negotiatore, qui in emendo nõ fallitur, & agnoscat pretium animæ suæ, vt se magni pendat, ne se pro nihilo vendat: vt proximus ipsum in magno pretio habeat: vt dæmon non audeat ad se accedere: vt Angelus sui, tãquam rei pretiosæ curã habeat: vt Deo se sciat esse charissimũ. Tertiò agnoscat quisque, se nõ esse sui iuris, vt enim inquit Apostolus, *Nõ estis vestri, empti enim estis pretio magno.* Redde ergò te ipsum illi qui te redemit, vt par est, vel solue sibi pretium datum. Non ergo proijcias margaritã tuã ante porcos, ne pedibus conculces, vt prodigus fecit, qui missus est in villam, vt pasceret porcos. Quartò vide, te factum margaritum, vt sis ornamentum sponsæ Christi, id est, Ecclesiæ, in eius collo, aut auribus, aut annulis, aut vestibus reponendum; vel in ornamentum Regis Messiæ: vt vereris aliqua turpidine, aut indecenti macula coronã gloriæ Christi, aut decorem gloriæ sponsæ eius fœdare atque conspurcare. Postremò, animam tuam tanquam rem pretiosam, à dæmonum insidijs & violentia, tanquã à latronibus, prædatoribus q; seruato.

1. Cor. 6.

Matth. 7.

Luc. 15.

15 Iam secundus sensus attingendus est in quo

Qua ratione nos quoque simus negotiatores.

in quo nos sumus mercatores, & Christus margarita, vel aliquid ad eum spectans. Ait enim Augustinus in lib. Euāgel. quæst. ex Matthæo: *Cum quærat homo bonas margaritas, vnam inueniat pretiosam, quam venditis omnibus quæ habet, emat. Aut ergò negotiator iste bonos homines quærens, cum quibus vtiliter viuat, inuenit vnum præ omnibus sine peccato mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum. Aut præcepta iustitiæ quærens, quibus seruatis, cum hominibus rectè conuersetur, inuenit dilectionem proximi, in quo vno dicit Apostolus omnia contineri. Aut bonos intellectus homo quærit, & inuenit vnum illum, quo cuncti continentur. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Est enim verbum Domini lucidum candore veritatis, & solidum firmitate æternitatis, & vndique sui simile pulchritudine diuinitatis: qui Deus penetrata carnis testudine, intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam iam peruenerat, qui ait: Etsi noueramus Christum secundùm carnem, sed iam nunc non nouimus. Nec vllus omninò intellectus margaritæ nomine dignus est, nisi ad quem discussis omnibus carnalibus tegminibus perueniatur; quibus, siuè per verba humana, siuè per similitudines circumpositas operitur, vt purus, & solidus, & nunquam à se dissonans, certa ratione cernebatur. Quos tamen omnes veros & perfectos intellectus vnus ille continet, per quem facta sunt omnia, quod est verbum Dei. Quodlibet autem horum triū sit, vel si aliquid aliud occurrere potuerit, quod margaritæ vnius & pretiosæ nomine bene significetur, pretium eius est, nos ipsi: qui ad eam possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro nostra liberatione contēptis, quæ temporaliter possidentur: venditis enim rebus nostris, nullum earū maius accipimus pretium, quam nos ipsos, quia talibus implicati nostri non eramus, vt rursus nos ipsos pro illa margarita demus, non quia tanti valeamus, sed quia plus dare nō possumus.* Hactenus Augustinus.

Matth. 1. Eius margaritæ pretiū.

16 Christum pretiosā margaritam optima negotiādi ratio.

Est ergo negotiator in hoc secundo intellectu quisque Christianus, qui prudentia, magnanimitate, & viribus ad rectè negotiandum præcellere debet. Prudentia quidem Fidei, vt per eam agnoscat loca, tempora negotiādi, & mercium pretium, modumque conseruādi, atq; suo tempore distrahendi: habeatq; cor excelsum & magnificum, vireſque bonas margaritas quærendi, hoc est, hò mines bonos, vel sciētias vtiles, vel virtutes pretiosas, vel conditiones, & status probatos: nam inter homines vnica & pretiosa margarita est Christus, qui Deus est, & homo: cuius Deitas in concha humanitatis continetur, ex materia virginea, & rore Spiritus sancti conceptus; candidissimus per vitæ innocētiam; lucidus per sapientiæ lumen, rotundus per omnis perfectionis possessionem; habens pondus constantiæ virtutis; læuorem miritatis, & ingenij tractabilis, pretium diuitandi hic homines, & in futuro beandi habens, & ornandi & præsentem, & futuram Ecclesiam. Præterea Christus non tantùm margaritæ, sed etiam omnium lapidum pretiosorū dignitates, & proprietates habet, accepta specie margaritæ pro omni genere gēmarum, quæ in magno pretio habentur. Ipse enim est Carbunculus, quia est lux mundi, & agnus, tanquam lucerna illuminans ciuitatē supernā, vitiorumque sculpturæ resistens, fortis, vt adamas, & amorem erga sponsum, & sponsam cōcilians; delectans visum, vt Smaragdus; nam in Christum desiderant Angeli prospicere; gaudium generans, & timorem expellens, vt Sardius; consolationē expectari faciens, & lepram peccati sanans, vt chrysopassus: iuuat ad partum bonorum operum edendum, vt Iaspis: bellum mouens in vitia, & in dæmones ad ea solicitantes, vt Onychinus: reddit acurum ingenium, vt Beryllus; *An experimētum queritis*, inquit Apostolus, *eius qui in me loquitur Christus?* limam passionum sustinens; & fluxum sanguinis peccati restringens, vt Topazius: dæmones fugans, vt Chrysolitus: paleas inconstantium hominum trahens ad se, vt igne charitatis comburat, tanquam Calcedonius: abortiuum peccati per confessionem emittere faciēs, vt Achates: niger pœnis, & supplicijs, quæ pro nobis vir dolorum sustinuit, vt Dionysia: resistens somno, & ebrietati spiritus, vt

Christi margaritæ proprietates.

Christo cēs virtutes lapidū pretiosorum accō modantur. *Ioan. 8. Apoc. 21.*

1. Pet. 1.

2. Cor. 13.

Amethystus: imbecillitatē animi fugans, vt Hyacinthus: gaudium spirituale gignens, vt Sardonix: cœlestis coloris, & cœlestia affectari faciēs, vt Sapphirus.

17 Christus margarita si teretur, quā vim habeat.

Attrita est hæc margarita, & veluti in aceto, quod Dominus potauit, dissoluta & tabefacta, vt manducari possit, & manducata ab omni genere ægritudinis liberare, vt non tantum extra ornare, & decorare Ecclesiam, sed etiam intra sanare, & operari videatur. Ornat Christus vt margarita caput spōsæ suæ ideſt, superiores; sapientes, vt monile decorās pectus; religiosos, & obedientes vt gemmę pendentes ex auribus; brachia & annulos digitorum, eos scilicet qui laborant, & in actiua vita exercentur; exornat vestimenta omnium statuum, qui in Ecclesia approbati sunt; illustrat martyrū, Doctorū, atq; virginū coronas. Pro hoc ergo margarito cōparando, omnia bona nostra libenter distrahere debemus, etiam stabilia, vt illud comparare valeamus.

Quos ornet ac decoret talis margarita.

Sed quidam sunt, qui margaritū hoc non quærunt; qui in bonis huiusmodi quiescunt. Alij sunt qui quærunt, sed nō inueniunt, eo quòd malè quærunt, quia quærunt sine spiritu Dei, & vbi nō est. Alij quærunt quidem, & inueniunt, sed molestè ferunt omnibus commoditatibus spoliari, vt illud possideant: cùm tamen Christus se totum pro nobis vilissimis tradiderit, vt nos minimè vereamur pro Rege gloriç, ac tanto thesauro nos totos tradere. Postremò alij sunt, qui quæsitum inueniunt, & pro eo omnia bona sua distraxerunt, sed postea emptionis factæ pœnitentiam agentes, vendunt illud dæmoni seductori, quales sunt religiosi, qui relicto seculo, & omnibus quæ possidebant, aut possidere sperabant pro hac comparāda, deinceps corde reuersi sunt in AEgyptum, & instar vxoris Loth in statuam salis commutati.

18 Christum margaritam respuentium, quatuor genera.

Genes. 19.

Hunc autem sensum, quo per margaritam intelligimus Christum, confirmat Ambrosius, tractans illud: *Nolite margaritas proijcere ante porcos*, his verbis: *Perdit enim cœlestia margaritæ gratiam, quisquis eam fœdissimo peccatori circundare conatur. Gemma enim, sicut ipsi scitis, nisi auro non conuenit, margarita nisi pretiosis monilibus non aptatur. Estote ergo aurum optimum, estote monile pretiosum, vt possit in vobis margarita spiritualis includi. Margarita enim Christus est Dominus, quàm negotiator ille diues in Euangelio venditis omnibus rebus suis emere festinauit, & maluit omnes quas habebat seculi gemmas amittere, tātùm vt vnam Christi emeret margaritā.* Sic Ambrosius.

19 Ambros. ser. 6 tom. 3. pro pe finem.

Matth. 7. Gemma, & margarita quibus cōueniāt, apientur; secundum Ambr.

20 Pretiosæ margaritæ aliud significatum sanctorum Patrum.

Post hunc modum intelligendi tradunt Patres alios sensus, qui tamen in idem cum isto recidere videntur. Et in primis pretiosa margarita est inter omnes scientias doctrina Euangelica, vt exponit hoc loco Hieronymus, & Theophylactus: qui scribit; *Mare est præsens vita: negotiatores, qui per hanc ambulant, & quærunt scientiam quandā inuenire. Multæ enim margaritæ, multorum sapientum opiniones. Vna autem pretiosa, vna est veritas, quæ scilicet Christus est.* Idem Chrysostomus docet hom. 48. super Matthæum. Deindè margarita est inter omnes virtutes Charitas, sine qua nihil est homini vtile: cum qua nihil est homini inutile. Vnde Augustinus tract. 5. in epist. Ioannis; *Homo negotiator describitur in Euangelio, qui inuenit vnam margaritam, & vendidit omnia quæ habebat, & emit eam: hæc est margarita pretiosa Charitas, sine qua nihil tibi prodest quodcumque habueris. Quam si solam habeas, sufficit tibi.* Hæc illi Patres. Margarita quoque est inter status virginū, viduorum, & coniugatorum virginitas, quam Christus, & Apostolus suadent: ideò legitur hæc parabola in natalitijs virginum. Inter vitas, actiuam, & contemplatiuam, præstat posterior, de qua Dominus dixit: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea:* vt exponit Lyranus. Inter status laicorum, Ecclesiasticorum, & monachorum, excellit religio tanquam margarita pretiosa; nā illa ad alios duos status perfectionem addit.

Chrysost. tomo 2. Secunda significatio. *Augustin. tomo. 9.* Tertia significatio. *Matth. 19. 1. Corin 7. & seq.* *Luc. 10.* *Lyran.*

21 Quarta significatio.

Sed hi omnes sensus ad Christum cognitum, siuè dilectū, siue charitate feruentem,

uentem, siuè virginitatem, aut perfectionem contemplationis, & vitæ monasticæ profitentem, reduci possunt, sicut inter omnia præmia præstantissimum est illud sanctis in cœlo asseruatum, de quo Hieronymus in commentarijs suis in librum Iob exponit illud: *Concident eum amici: diuident illum negotiatores. Amici*, inquit, *& negotiatores isti sancti intelligendi sunt omnes, etiam veritatis prædicatores, quibus Christus ait: Vos amici mei estis. Itemque de eisdem per parabolam dicit: Simile est Regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, &c. qui Regnum Dei, & æternæ vitæ præmium velut pretiosissimam margaritã in venalibus proposuerunt mundo, vt vnusquisque creditorum vendat quæcunque habuerit, delectationem videlicet vitæ præsentis his mercimonijs commutet, & emat eã.* Hæc ille.

Qua ratione prædicti sensus posteriores ad vnum reduci valeant. *Iob. 40. Hieronym. tom. 7. Ioan. 15.*

22 Christi margaritam vbi tenere debeamus.

Hanc igitur Christi margaritam, humilitate paruam, valore pretiosam, portatu facilem, gestemus in capite mentis nostræ, ad ornamentum; in fronte, per confessionem Fidei; in auribus, per obedientiam legis, Deo in se, & in superioribus præstandam; in collo & pectore, per amorem, & gustum; in brachio, per bonorum operum exercitium; in annulis digito impositis, per donum discretionis spirituum; in cingulo per castitatem; in vestimentis, per modestiam & sanctam externæ vitæ rationem: vt & ipsi efficiamur margaritum pretiosum, quo alios ad honestatem & virtutem inducamus, & ad imitationem arripiendã sanctissimæ vitæ Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto glorioſissimè triumphat in secula seculorum. Amen.

1. Cor. 12.

TRACTATVS XII.

De parabola sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quæ solùm habetur Matth. 13.

TERTVM *Simile est Regnũ cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consumatione seculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittẽt eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam: ait illis, Ideò omnis scriba doctus in Regno cœlorum, similis est homini patrifamiliàs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.*

1 Huius parabolæ series.

Hæc parabola inter istas octo, quas cõtinuato sermone Christus Dominus turbæ, & Apostolis proposuit, & exposuit, vltima est: & meritò, quia de vltimo Dei iudicio, quo discretio fiet inter bonos & malos pisces, sermonem facit. Est autẽ accommodata parabola Apostolis, qui piscatores erant; ac proindè magis illis accõmoda ad spiritalia percipienda. Hinc Petrus Rauennas serm. 47. *Similitudo hæc prodit, cur in Apostolatum piscatores elegerit Christus, & captores piscium fecerit hominum piscatores, vt diuini iudicij tempus arte piscatoria monstraretur. Pisces congregat captura confitsos, sed in vasa discretio dat electos: sic vocatio Christiana iustos & iniustos, malos, bonosq; congregat; sed bonos, malosq; electio diuina discernit.* Sic ille.

Petrus Chrysologus.

2 *Scopus eiusdem.*

Hæc autẽ per epiparabolã à Domino exposita videtur, sine alicuius Apostoli interrogatione, cum dixit. *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c.* Quarè scopus parabolæ nõ est inuentu difficilis, eò enim tendere videtur, ne plurimũ confidamus, aut gloriemur, quòd Euangelium Christi susciꝑimus, aut in Ecclesia Dei Catholica versemur, aut opinemur sufficere nobis solam fidem ad salutem: quia nisi in Ecclesia Dei positi, fidei bona opera adiungamus, aut vitam sanctam & irreprehensam agamus, quę nos bonos pisces efficiant, de nobis actum erit, & in æternum gehennæ ignem cruciandi coniiciemur. Pulchrè autem admonent Chrysostomus, ac Theophylactus nos

Chrysost. ho. 49. in Matt. tom. 2. Theophyl.

Quo nos in timore sancto cõtinere debeamus.

nos Dominum per hanc parabolã perterrefacere, & in timore sancto continere voluisse, ne elatione aut superbia plurimum de nobis sentientes, aut per desidiam & somnolentiam negligẽtes, à fine æternæ vitę consequendo excidamus. Et vt casu inuenitur thesaurus, & industria quæritur margarita: ita rationũ pondere, & timoris necessitate per sagenam trahimur, & quasi in rete intrare compellimur.

3 Trahamur quomodò nos rationales pisces in rete Euangelicum.

Cum autem dicimus, hominem trahi, Catholicè intelligimus, non quidem vt inuitus & coactus quis in rete Euangelij ingrediatur: nam non patet ingressus in Euangelium nisi per Fidem; Fides autem adeò libera, & voluntaria est, & ex pia affectione credentis pendens, vt inde sibi omne meritum comparet, & inuoluntaria esse non possit: sed compelli eos intelligimus, qui ex nolentibus volentes fiunt, & qui relictis omnibus alijs negotijs atque obstaculis, ferìò incumbunt negotio Euangelico.

4 Inter hanc, & zizaniorũ parabolam quid sit diuersum.

Etsi verò vnum & eundem finẽ hæc parabola habere videatur cũ illa zizaniorum, illa tamen strictior est & angustior, quàm ista. Nam in illa, tantum iudicium inter hæreticos, dictos zizania, & Catholicos proponitur malos, quatenus alijs nocẽt, propterea, vocauit eos scandala, & eos ait in parabola in fasciculos colligendos, & in ignẽ mittẽdos: hic autem mali in vniuersum regno excluduntur: in hac latior & amplior est sententia, nempe inter bonos & malos, siue mali hæretici sint, siue Catholici. Et hęc sint satis, quod ad institutum parabolæ attinet.

5 Sagena proprie quid, & vnde sic dicta.

Ad literam, aduertendum hoc est, sagenam, vel *σαγήνην* verbum esse Græcum, quòd Latinè dicitur verriculum, à verrenda aqua maris, siue rete piscatorium, in quod capti pisces deuenient, dictum à verbo *σαγηνέυειν*, quod est, circundare retibus, vel illigare: nam cum plura sint retium genera, quæ ad piscaturam adhibentur, hoc est latius, & amplius, quo piscatores vti possunt; propterea fingitur iactam sagenam ad congregandum ex omni genere piscium, quam vulgato sermone sciabicam vocamus. Conficitur autem sagena ex chordis lini ex herba nati in campo, dẽsis internodijs fortẽ eã reddentibus, vt vel paruos pisces capere valeat; cuius pars ima, propter põdus plumbi, descẽdit ad fundũ maris; superior verò, propter suber mari superenatat. Apparet quidem parua, cùm complicata est; sed maxima & latè patens, cùm extenditur, trahiturque paullatim à piscatoribus in littus; quę nec debet in aquis putrescere, nec rumpi tracta.

Ex quibus componitur sagena.

6 Prædictæ parabolę sensus qui sit.

Sensus verò intentus & principalis per hanc similitudinem, est, verbũ Dei, siue Euangelium designare, quod Christum, & Ecclesiam continet: Christum, vt prædicatum; Ecclesiam verò, vt gentem per prædicationem euocatam ad credendum: propterea non admodùm refert, siue de Christo, siue de Ecclesia, siue potiùs de prædicatione Christi ad credendum Ecclesiæ propositi intelligas: nam verbum Dei externum & sensibile, Christum, Deum, & hominẽ continet, vt escam, qua deliniti capiuntur. Est ergo sagena, Christi humanitas, in agro Virginali à Spiritu sancto seminata, ibique nata tanquam herba, ex qua linum subtile eductum à muliere, id est, sapientia ibi nente, & filum ducente, & à muliere forti, id est, Maria texente: nam de illa dicitur mysticè: *Manum suã misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum*, vbi Hæbraicè legitur: *Manum suam emisit ad fusum, & manus eius sustentauerunt colum.* Fila, siue funiculi, sunt vires animę & corporis Christi affixæ, naturalesque propensiones, temperatura, robur, sanitas, gratia, pulchritudo, sensuum vigor, ingenium, & similia. Nodi autẽ sunt arte desuper confecti, naturamque quasi fila lini colligãtes, super naturalia omnia, vt plenitudo gratiæ, sapientia, & maximè hypostatica vnio. Vnde natura est stabilita, & ita fortis reddita, vt in aquis tribulationũ nec corruptionem, nec fracturam viderit: nodi autem spissi sunt, id est, copiosum munus sapientiæ, & grátiæ, quam suis communicat, vt omnes qui volunt, possint in ea consistere, si intra foramina

Prou. 31.

Ioan. 1.

foramina vulnerum Christi per fidem intrauerint. Pars autem ima cum plumbo descendens ad lutum maris, corpus est, quo Dominus laborauit, sudauit, illacrymatus est, mortemq; gustauit vnde dixit: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meã. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Pars autem superior, anima Christi est, quæ oratione, & prædicatione, & miraculis eminebat, & aliquid homine maius portendebat. Videbatur hæc sagena complicata, initio parua, quando dicebant Iudæi, *Nonne hic est fabri filius?* Sed vbi cœpit per prædicationem, & signa admiranda extẽdi, & mysterium Incarnationis explicari, abijt opinio eius in totam Syriam, imò in vniuersum orbem, atque adeò in ipsos cœlos penetrauit, & infernum. Missa est hæc sagena in mare: primò quidem in baptismo, dum à Ioanne ablutus est, deinde in cruce, vbi tanquam sagena extensa brachijs apertis, & foraminibus plagarum productis, ad piscandum est proposita: vbi cepit Latronem, & Centurionem, & eos, qui reuertebantur percutientes pectora sua. Post hæc in die Pentecostes prædicatione Apostolica iactata est, & ex omni genere pisciũ per aquam Baptismi congregauit: nam ex omni hominum genere, sexu, ætate, & conditione, multos cœpit comprehendere; posteà verò ab omnibus prædicatoribus in altum confidenter mittenda, & laxanda in capturam, vt comprehendant quos ille, pro sua sapientia, nouit prædicatione nostra conuertendos. Nec enim Christus quenquã prætermittit, sed omnes vocat, & omnes piscari, & ad se perducere contendit: Neq; à magno tollit principatum, aut à coniugatis matrimonium, aut ab opulentis diuitias; sed tantùm tollit abusus, & omnem statum, & conditionem corrigit, & perficit. Manet autem hæc sagena in mari, quandiu vsus suppetit liberi arbitrij ad iudicium vsque, vel particulare, quãtum ad quemuis; vel generale, quod attinet ad omnes: & cuiusuis littus, est mors, in qua erit vel obstinatio in malo; vel confirmatio in bono: mũdi verò littus erit iudicium vniuersale; completis enim bonis non permanebit vlla Ecclesia, nam maneret ob solos malos, propter quos Deus nihil facit; nam eos modò propter bonos tantùm sustinet. In fine autem dicuntur sedere piscatores: quia à labore quiescent, quo rete in terram trahebant, & tunc colliguntur boni in vasa: circa corticem quidẽ, quia boni pisces in pera reponuntur, vt edãtur, vel distrahantur; iuxta sensum verò, vt pisces capti, è limo ad littus tracti, statim vitæ veteri moriuntur, vt vitam viuant meliorem: nam vt pisces manducati in vitam rationalem manducantis conuertuntur; ita electi à Deo manducati, & Deum in vita æterna manducãtes, non vitam iam sensibilem, aut humanam, & rationalem, sed diuinam prorsus agent. Extrahetur autem foras sagena plena, eo quòd congregabuntur ante eum omnes gentes: & late patebit extensa, quæ nunc latet: quia gloria, potentia, sapientia, & bonitas Christi detegetur, videbunturque foramina, id est plagæ, & vulnera, quæ pro nobis sustinuit: quibus, vt consolabitur iustos, ita configet ingratos, qui considerabunt occasiones penetrandi eum per fidem, meditationem, amorem, & obedientiã. Boni autem pisces eligentur in vasa, sic enim simpliciter Græcè legitur sine pronomine illo Sua, & sensus est, quòd eligentur in vasa honoris, siue in vasa misericordiæ. Vel si legamus iuxta Latinam literam, suam, significaretanimas recipiendas in vasis corporum gloriosorum: quia *Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis*; Vel in vasis cœlestium mansionum, siue æternorũ tabernaculorũ, siue intra choros suos, quibus ruinæ Angelorum malorũ, qui ceciderunt, reparantur. Malas autem animas foras mittent in tenebras exteriores, id est, visione Dei priuabuntur, tanquam pœna damni: quod quantum malum sit, indicat illud quo priuantur, de quo dicitur: *Intra in gaudium domini tui. Et in caminum ignis mittent: ibi erit fletus, & stridor dentium* tanquam pœna sensus puniendæ. Porrò dicuntur Angeli exire, & separare malos de medio iustorum

Hebr. 2.

Psal. 68.

Matt. 13.

Supra 4.

Supra 3.

Luc. 2?. Matth. 27. Luc 23. Psal. 18. Mar. vlt. Rom. 10.

Suauitas Christi prædicationis, seu piscationis Diuinæ.

In quod littus boni, & mali pisces educendi secundum spiritum.

Sessio piscatorum in littore qualis.

Electi qualẽ vitam agent in cœlo.

Matth. 25.

Boni pisces in quænam vasa recipiẽdi sint. *Rom. 9 & Tim 2.*

Expenditur hæc lectio: Receperunt bonos in vasa sua. *Psal. 49. Psal. 19.*

Mali pisces qui foras mittendi.

Matth. 25.

Angeli vt exeant, & separent malos de medio iustorum. *Ibidem.*

Qui boni, vel mali sunt in Ecclesia, vnde tales sint secundum Origenem. *Orig. in cap. Matth. 13. tom. 2. initio.*

Non solùm bonos, & electos, sed etiã malos, & reprobos nunc ad Ecclesiam pertinere. *Idem ibidẽ.*

7

Doctrinam item Euangelicam posse per sagenam aptè repræsentari.

iustorũ: quia per piscatores fecit Deus quæ per eos fieri poterant, quod est, mittere rete, illudque ad littus trahere. Christus ergo per seipsum suscitabit omnes, quia id opus est, quod virtutem Angeli, & hominis transcendit. *Et statuet omes quidem à dextris, hœdos autem à sinistris.* Per angelos ducet bonos in gloriam, malos in supplicium gehennæ tanquã executores diuini Christi imperij, quos quidem puniendos in gehenna relinquent post iudiciũ. Tunc ergo fiet perfecta separatio: quæ interim vsque ad iudicium impossibilis existit.

Quòd verò sagena modò contineat bonos & malos, vt diligenter monet Origenes, non est sic intelligendũ, quasi alij sint boni, alij mali natura, sed applicatione animorum ad virtutem, aut ad vitiorum species. Non enim natura caussa est malitiæ, sed voluntas: quæ cũ sit libera, potentiam habet ad male faciendum. Sic nec iustitiæ caussa est natura, tanquam quæ non recipiat iniustitiam: sed verbum, quod fide viua accepimus, est, quod nos reddit iustos. Conuincitur deinde ex hac parabola error illorum, qui negant, ad Ecclesiã in terra peregrinantem pertinere malos homines. In quem errorem idem Origenes ita scribit: *Hæc autem cùm scripta sint de sagena, decẽt his, qui in sagena continentur, qui vult ante consummationem seculi, & ante egressos Angelos separare malos de medio iustorum, vt sagena non contineat etiam malos ex omni genere, videtur neque scripturam intellexisse, & cocupiscere quod fieri non potest.* Hæc ille. Et quandiu per hoc mare trahitur sagena, qui bonus est piscis, potest fieri malus: & qui malus, fieri bonus: quod quãquam in piscibus propriè dictis fieri nõ possit, in nobis tamen, qui per similitudinem hic dicimur pisces, fieri potest.

Si autem simpliciter per sagenam, doctrinam Euangelicam, siue prædicationem verbi Dei intelligas, difficile nõ est, sagenæ proprietates Euangelicę prędicationi accommodare. Est enim crebris, ac subtilioribus articulis Fidei contexta, & per Spiritum sanctum Apostolis reuelata. Hæc extensa est in omnem terram per Apostolos, vt aliorum piscatores: quos prædixerat Hieremias aliquando missos à Deo, venturos: *Ecce mittam ad vos piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.* Stabilierunt autem rete nodis miraculorum, & vita sancta à doctrina non dissidente. Suber in hac sagena erat promissio vitę ęternę; & regni cœlorũ, quod etiam pauperibus spiritu promittit: Plumbum, cõminationes erant supplicij æterni, vnde dicebat: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Esca, vel vermis, Christus est in Cruce, & in Eucharistia, Finis piscationis erat, vt pisces boni ex aquis salsis & amaris huius mundi educti, in aquis, quæ super cœlos sunt, reponãtur. Rete hoc fortissimum est: quia *Cœlum, inquit, & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt.* Et rursus, *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.* Denique omnis minister verbi, si bonus est, sagena Christi est: si malus, dæmonis est sagena. Ob quã causam Salomon scripsit; *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius: vincula sunt manus illius.*

Hierem. 16.

Matth. 5. Luc. 13.

Psal. 21.

Matth. 24.

Psal. 144.

Eccle. 7.

8

Malorum piscium proprietates, quæ nobis exuendę, & induendæ bonorum.

Satagamus ergo exuere malorum piscium proprietates, ne simus sine calore charitatis, vt illi, sine attractione Spiritus sancti, muti, & sine loquela diuinæ laudis, vermibus, & vilibus cibis aliti, qui perdamus ova bonorum operum, mutuoq. nos ipsos deuoremus, vt illi facere dicuntur Habacuc. 1. Ne sis ergo cetus, per superbiam alios deuorans, aut anguilla luto luxuriæ hærens, aut murœna, quæ cum serpente terrestri conueniens adulterij symbolum gestat: nec sis piscis dictus spatha, homicida, neque tunnus curiosus, & semper peregrinus: nec item polypus, alijs subdole te accõmodans ad decipiendum: nec loligo effundens atramentũ maledicentię & detractionis, quo te tegere possis: induere verò bonorũ piscium qualitates, de quibus Leuit 11. est sermo. Nam tales habent squamas patientię, pinnulas spei, quibus se in altum erigunt: carent pedibus instabilitatis, manibus rapacitatis, voce iactantiæ, & cauda considerationis finis

Hæretici & schismatici quales pisces.

nis finis sui regũtur. Esto intra rete, nec foras saltes propter malos, nec illud rumpas, vt hæreticus & schismaticus facit, qui per falsam interpretationem Scripturæ, quasi per ruptum rete elabitur: nec rursus rete ad te trahas, vt faciunt qui verbum Dei suis affectibus accommodant: *Netransgrediaris*, inquit Salomon, *terminos antiquos, quos posuerunt patres tui:* &, *Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.*

Prou 22.

Eccles. 10.

9 Christus cur interrogat, quod sciebat.

Sequitur in textu: *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam.* Non ignorans hoc interrogat Dominus, sciebat enim omnia, sed vt ipsos sui profectus admonitos, excitet ad ea, quæ remanent, nimirum vt tanquam scribæ docti prædicẽt. Interrogauit igitur, vt sequentem deduceret collectionem. Illi igitur respõderunt: Etiam, Græcè ναί certè, ita: siue quòd parabolas omnes non tantum proposuerit, sed etiam seorsim illis exposuerit, vt explicat Marcus; siue quòd diuino lumine intus illustrati existant; siue denique quòd sibi intelligere viderentur: nam vsque ad diem Pentecostes, quo Spiritu sancto repleti sunt, non satis plene dicta Domini, aut facta intelligebant, sicut nec Scripturas Veteris Testamẽti, vsquequo aperuit illis sensum vt illas intelligerent. Et quanquam Dominus à populo non intelligi, minimè moleste ferat: ab Apostolis tamen & Episcopis, qui in locum eius succesſerunt, verba sua Euangelica, Scripturasq; Veteris Instrumenti nequaquam intelligi, aut non adhiberi ab eis studiũ vt intelligantur, non solùm non feret, sed etiam grauiter in eos animaduerter. Nam qua ratione poterunt pascere sibi creditas oues, qui Veteris & Noui Testamenti cognitione destituuntur? Debent ergo esse prædicatores verbi Dei, & scribæ esse, & docti, & in regno cœlorum. Scribæ quidem, quia in cordibus hominum viua voce legem Dei scribunt, vel ministri illius magni scribæ, qui ait: *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam:* cuius minister Dauid, *Lingua mea*, inquit, *calamus scribæ velociter scribentis.* Christus enim doctor, siue scriba est, calamo viuo in membrana viua, & atramento viuo legem scribens, ita vt remaneant quæ scribuntur: cui rei mirificè seruiunt parabolæ. Debent secundò esse scribæ docti: non enim cuiusuis est docere, sed intelligentis tantùm, & possidentis; cùm homo quod non habet, dare nequeat. Debent etiam esse docti in regno cœlorum, id est, in Ecclesia Dei, siue in sacris literis, quæ regnum Dei dicuntur, iuxta illud: *Auferetur à vobis regnum Dei*: quia nimirũ ea tractant, quę ad regnum Dei spectãt, etiamsi aliis disciplinis humanis minus sint instructæ: quanquam qui eas possideat, potest sobriè, & opportunè in vsum Fidei Catholicæ conuertere: nam ad explicanda diuina, & refellendos sophisticè loquentes, & hæreticos, etiamsi adiumento, & ornamento esse possint, non sunt tamen simpliciter necessariæ. Postremò debent bonum patrem familias imitari. *Qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Haud satis constat, ad quid alludat, dicendo proferre ex thesauro suo noua, & vetera. Sed illud mihi videtur probabilius: quia ex thesauro dicitur depromere noua, & vetera, vt per illa intelligat nouam, & antiquam pecuniam: & quia noua moneta copiosior est quàm antiqua: ideò priori loco nominatur. Et per hæc metaphoricè Christus ostendit scribam doctum in regno cœlorum (quales non erant illi, qui Matth. 9. & Luc. 5. dicuntur scribæ, & legis doctores) sed qui instructi sunt, & exercitati in intelligentia sacrarum literarum: nam talem intelligentiã superiùs diximus significari in thesauro inuento in agro. Ex illo ergo thesauro sapientiæ sibi à Deo donatæ, & suo labore, & industria auctæ, & locupletatæ, & suæ per gustum, & possessionẽ factæ, *profert noua & vetera*, nempe, spectantia ad Nouum, Vetusq; Testamentum. Vbi meritò præcedit Nouum Vetus Testamentum, vt expendit Augustinus lib. De ciuitate Dei. Nam etsi noui Testamenti mysteria tempore sint posteriora; dignitate tamẽ, & ordine doctrinæ antecedunt: nam illa Veteris ad hæc Noui tanquam ad finem referuntur: & per hæc tanquam aptiora, & manifestiora, ad illa, vtpote obscuriora, patet ingressus, & accessus. Vnde B. Petrus apud Clementem lib. quarto recognitionum hoc modo hũc locum est interpretatus; ait enim: *Debet is qui ex Gentibus est, & ex Deo habet, vt diligat Iesum, propij habere proposíti, vt credat & Moysi.* Et rursus; *Hebræus, qui ex Deo habet, vt credat Moysi, habere debet ex proposito suo vt credat in Iesum, vt vnusquisq; eorũ habens in se aliud diuini muneris, aliud propria industria, sit ex vtroque perfectus. De tali enim dicebat Dominus noster viro diuite: qui profert de thesauris noua, & vetera.* Hactenus Petrus.

Quid significet quod paterfamilias proferre dicitur de thesauro suo noua, & vetera.

Luc. vlt.

Actuum. 1. Apostoli quando primum Christi doctrinã intellexerint.

Marc. 4.

Ioan. 5.

Ibidem.

Hiere. 32.

Psal. 44.

De patresfamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, B. Petri Apostoli sententia.

2. Clemen. Rom.

Nouum cur præstet Veteri Testamento, secundum Augustinũ. *Aug lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 4. tom. 5.*

10 Testamenti Veteris & Noui mira inter se cõsensio. Contra Iudæos, qui Nouum, & Manichæos, qui Vetus reprobant Testamentum. *Chrys. hom. 48. in Matt. tom. 2.*

Est autem inter firma Fidei nostræ propugnacula constituendum, quòd duo illa Testamenta mirificè inter se respondeant, se inuicem fulciant, & cõfirment. Et ideò cõfutantur his verbis, tam Iudæi, qui reiecto Nouo, Veteri hærent Testamẽto, quã Manichęi, qui solo Nouo retento, Vetus reprobabant Testamentũ. Vnde Chrysostomus pulchrè in hæc verba scripsit; *Non autem hi solum (nempe qui & diuinarum, & humanarũ scripturarum imperiti sunt) verùmetiam hæretici expertes sint huius beatificationis, quia non possint emittere noua, & vetera: nã cũ vetera non teneant, noua credere non possint; sicut è contrario, qui noua non habent, hi veteribus penitus carent: hæc enim inter se magno iuncta & connexa vinculo sunt.* Sic ille, & ante eũ Clemens lib. 2. de Constitutionibus Apostolicis cap. 5. de Episcopo loquens ait: *Sit autẽ patiens, longanimis in admonitionibus, copiosus in docendo, meditatione, ac studio inuigilans in Dominicis libris; nimius in lectionibus, vt scripturas diligenter exponat, Euangelium interpretetur conuenienter Prophetis, & legi. Interpretationes ex lege, & Prophetis procedant ad conuenientiam, & similitudinem Euangelij. Ait enim Dominus; Scrutamini Scripturas, quoniam ipsæ testimonium perhibent de me. Et rursum, De me enim Moyses scripsit.* Hæc Clemens.

1. Clem. Ro. Episcopi partes.

Euangelium interpretari cõuenienter Prophetis, & legi debet Episcopus.

11 Verbi Dei ministri quæ

Debent autem noua, quæ producuntur à ministris Dei verbi, veteris, & aniquæ Ecclesiæ dogmatibus non repugnare, ne aliud ab illa credens, alia ab illa sit Ecclesia: nam vna & eadem est Ecclesia per vnitatem Fidei continuata; quemadmodum vnus est fluuius, qui ab ingressu in mare ad ipsum vsq; fontem vnde egreditur, continuatur.

docent noua, quibus minimè veteribus repugnabunt.

Fidei vnitas qualis sit.

Idem autem est sensus, si dicamus, per noua, intelligi spectantia ad nouum hominem: per vetera, quæ ad veterem. Siue rursus ad nouum dicamus spectare misericordiam Dei, consolationes, & æternæ vitæ præmia: ad vetus verò, Dei iustitiã, increpationes, & æterna gehennæ supplicia. Quod ergo hic Abulensis Episcopus hunc locum exponẽs tradit, per noua, & vetera non posse intelligi Nouum, & Vetus Testamentum: quia tempore Christi nondum edito Nouo Testamento, Christus, vel Apostoli per multos annos, quibus nondum fuerat conscriptum, non poterant ex Nouo aliquod citare testimonium, neq; ipse Christus hoc ex aliquo Veteris Scripturæ testimonio intulit: neq; rursus Moyses, & Prophetæ fuissent scribæ docti in regno cœlorum, quod noua non proferrent, quæ nondum edita essent: & ideò sensum esse ait, quod vt Christus, & Apostoli varia hæc intelligentes, erant docti, & tanquam dies ille copiosus varia proponentes: atque ita intelligi illud Cantic. 7. *Omnia poma, noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*; id est, omnia quæ apperitui satisfacere queant: ita doctor Noui Testamenti copiosus esse debet, & varius, etiamsi ex Veteri, vel Nouo Testamento non proferat: & vetera, esse sensibiles similitudines, externasque metaphoras nobis notas; noua verò, spiritualia mysteria in illis repræsentata: quod, inquam, ille autor tradit, per noua, & vetera, Vetus, & Nouum Testamentum non posse intelligi, non est vsquequaq; solidum. Et certè Abulensis non rectè apprehendit Domini mentem: non enim tam ad Scripturas Noui, & Veteris Testamenti respexit Dominus, quàm ad ea ipsa mysteria, quæ in vtroque continentur, quæ & ipse Christus, & Apostoli dum prædicarent, proferre soliti erant, etiamsi libros non citarent. Moyses etiam,

Quid illud Canticorum eidem, Omnia poma, noua, & vetera seruaui tibi.

Infirmantur Abulensis argumenta pro posita.

& Prophetę non ſimpliciter vetera tractarunt, ſed etiam Noui Teſtamenti myſteria, & nouerunt, & ſcriptis ſuis attigerunt: quanquàm Doctores, & Patres, qui poſt Nouum Teſtamentum editum in Eccleſia concionandi munus exercuerunt, non tantùm veteres, & nouas res ipſas, ſed etiam teſtimonia Prophetarum, & Apoſtolorum ad ea quæ docēt confirmāda proferre ſolēt.

1 2 Si Vetus, Nouumq; Teſtamentum, noua illa vetera q; ſignificant, cur id nō ex aliquo veteris Scripturæ teſtimonio, Dominus comprobauit.

Neque obſtat, quòd ex parabolis hoc intulit, & non ex aliquo Veteris Teſtamenti teſtimonio: quia vt Vetus Teſtamentum ſymbolum quoddam erat, typus, & vmbra Noui, vt teſtatur Paulus; ita parabolæ eius diuina ac cœleſtia Chriſti, & Eccleſiæ Sacramenta deſignabant, & adumbrabant: quanquā Dominus ſolitus eſſet non tantùm Noui Teſtamenti myſteria prædicare, ſeque ipſum, & ſua dētegere, verùm etiam ex ſcripturis Prophetici aliquid deprome re, & ſanctorum illius Teſtamenti rebus geſtis, & exemplo, ſe, atq; ſuos interdum tueri.

1 3 Diuinæ aduerſus nos argumentū bonitatis cognitione dignſsimum.

Nos igitur intelligimus inſignem Dei bonitatem, qui tot Propheticis, & Apoſtolicis ſcriptis, & vetuſtate, & miraculis, & conſenſu tot populorum roboratis, noſtram voluit ruditatē inſtitui, imbecillitatem confirmari, Fidem illuminari, ſpem accendi, amorem inflammari, & æternam ſalutem promereri in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui cum Patre, & Spiritu ſancto iure redditur omnis honos, gloria, & imperiū, in ſecula ſeculorum. Amen.

TRACTATVS XIII.

De parabola Regis ponentis rationem cum ſeruis ſuis; quæ tantum habetur Matthæ. 18.

1 Incipiunt ab hoc loco parabolę prędicatæ a Domino in tertio anno præ dicationis ſuæ.

QVò ſpectet præſens parabola, & proparabola, & epiparabola oſtēdūt. Nam in primis in principio ſcribitur, Petrum interrogaſſe Ieſum, *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei VSq; ſepties? Dixit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties.* Cùm de conſeruāda charitate mutua, & pace inter fratres, eademq;, ſicubi læſa fuerit, ſarcīēda (quod niſi mutua remiſſione, obliuioneq; offenſu ū fieri nō poteſt) nunquam præcepiſſe Dominus; Petrus, vti diſcipulus diſcendi auidus, perfectè volens de tāti momenti re Magiſtri ſententiā cognoſcere, quærit quouſque mutua illa remiſſio, ignoſcendique opera progredi debeat, & quem modum, & numerum repetiti peccati habere. Putabat enim Petrus ſatis eſſe, ſi ſepties peccantibus læſus ignoſcat; cæteros verò, qui vltra ſepties peccant, reijciendos eſſe tanquā deploratos, & venia prorſus indignos. Exiſtimabat enim; quod ſupra ſepties Dominus non remitteret, quia Leuit. 4. ſanguis ſepties ſpargebatur pro peccato, & per aquas luſtrationis Num. 19. Dicitur etiam id Leuitici cap. 26. *Addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra.* Homo autem non debet Deum excedere in miſericordia. Et ponebat quòd vltra ſeptem offenſas nō debebat ignoſcere, ſed dubitabat an eſſet eò perueniendum. Vel ſepties dixit, quòd hic ſit in ſcripturis remiſſionis, & indulgentiæ numerus; vel quia ſeptem ſunt præcepta Decalogi ad proximum ſpectantia; vel quia ſeptem ſunt peccata capitalia, quæ mortifera appellantur; vel quia *ſepties in die cadit iuſtus.* Græcè legitur, ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, pro, ſeptuagies ſeptem. Quem numerum intellexit ſine multiplicatione vlla Origenes, & Auguſtinus: quia in Geneſi cap. 4. pro eo quod Hebræa habent *Septuaginta & ſeptem*, vel *Septuagies & ſepties*. Septuaginta Interpretes verterunt, vt hic dicitur, ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, vt videri poſſit Dominum ad illum locum alluſiſſe, & ſic iam voluiſſe multiplicare ſeptuplam remiſſionē Petri, quomodò olim multiplicauerit ſeptuplam punitionem Cain. Sed videtur poſitū ἑπτὰ, pro ἑπτάκις more Hebręorū, vt Hieronymus, & Theophylactus docent. Et re vera idem eſt ſenſus, quomodocunque interpreteris; nam numerus determinatus pro indeterminato

Cur Petrus an vſq, ſepties fratri peccanti remittendū ſit, Dominū interrogauerit.

Alij ſenſus etiā numeri ſeptenarij.

Prou. 24.

Orig. tractat. in Matth. 5. tom 2.

Aug. lib. 2. de conſen. Euang. cap. 4. in fine. tom. 4.

Hieron. in Matth. 13 tom. 9.

Theophyl. ibidem.

Numèro finito pro infinito vtuntur Scripturæ frequenter.

2 2. Tim. 3. Quid ſignificet: Nō dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Hieron. Tit. 3. Matth 18. Euthym. c. 38 in Matt. Quouſque ignoſcendū fratri in nos delinquenti, ſecundum Euthymium.

terminato ponitur. Et intellige, ſepties hominem peccare in eodē genere peccati, vel diuerſo, modò tempore continuato.

Dominus autem, qui immenſæ eſt clementię, & neminem vult perire, grauiter illam Petri ſententiam corrigit, dicens, *Non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties:* hoc eſt, *Si ſupputes, quadrigentis nonaginta vicibus*, inquit Hieronymus, *vt toties peccanti fratri in die dimitteret, quoties ille peccare non poſſit:* nā numerum ingentem potuit pro infinito. Et cum nos infinities peccemus in Deum, infinitis vicibus iuſsit ignoſcere his, qui in nos delinquunt, ſi ſemper reſipiſcant: eum nanque, qui non reſipiſcit poſt tertiam admonitionem, repelli iuſſit, tanquam ethnicum & publicanum. *Quomodo enim remittet quis ei*, inquit Euthymius, qui *remiſſionem non quærit?* Orandus tamen Deus pro eo eſt, vt à malitia eū conuertat, & remiſſionē quærat. Dicendo ergo *ſeptuagies ſepties*, perinde eſt ac ſi dixiſſet, quoties peccauerit: aliàs ſi ſeptuāgies octies peccaret, liceret retinere acerbitatem odij, & vindictam appetere.

3 Origenis minus idonea interpretatio reijcitur.

Rurſus non eſt ſenſus, quòd citra ſepties debet remitti in hac vita, vt Origenes exponit: ſeptē enim, ſignificat quietem; ſex autem, laborem, & operationē: vt ſignificet, quòd remiſsio peccatorum fieri poterit, quando ſumus citra ſeptē, ſcilicet in hac vita: cùm autem tranſitur ad aliam, in qua eſt principium quietis, nulli remittitur peccatum. Verum hic ſenſus myſticus eſt, & Chriſtus nolebat doctrinam tradere, quamdiu poteſt homo peccatum remittere, ſed quamdiu debet vnus alteri dimittere. Superfluū eſſet docere, non remitti poſt hanc vitam, ſed in hac vita: quod per ſe cōpertum & exploratum eſt, & à Petro non quærebatur, nec in hoc argueretur Petrus Chriſto. B. verò Auguſtinus ſer. 15. de verbis Domini, *Non ſine cauſa*, inquit, *Dominus ſeptuagies ſeptiēs dixit: nam Lex in decem præceptis commendatur: peccatum verò per vndecim ſignificatur quia tranſgreſsio denarij eſt: ſeptem autem pro vniuerſitate vſurpari ſolet, quia ſeptē diebus voluitur tempus. Septies enim vndecim fiunt ſeptuagies ſepties: vt videatur ſignificare, omnia peccata nobis remitti voluiſſe.* Hæc ille in ſenſu. Sed etſi hæc accommodatio arte non careat, non fuit tamen à Chriſto intenta: quia ab Apoſtolis non eſſet intellecta, qui proportiones numerorum, & myſticas eorum ſignificationes ignorabant. Deinde Petrus, cùm inquit, *Dimittam vſque ſepties*, bene dixiſſet, cùm per ſeptem ſignificetur vniuerſitas: & tamen Dominus illum correxit, dicendo, *Non dico tibi, vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.* Numerus ergo ſeptenarius pro infinito ponitur, ſicut Leuit. 26. *Addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra:* ſicut decem ponitur pro numero confuſo Num. 14. dicitur enim, *Tentauerunt me iam per decem vices*, hoc eſt ſæpe: & rurſus quatuor ponitur pro nō determinato, vt cū dicitur apud Amos. 1. *Super tribus ſceleribus Tyri, & ſuper quatuor non conuertam eum.* Quamobrē cum potuiſſet Dominus alio numero vti, magnum poſuit ſeptuageſimū ſeptimum, vt homo ſit paratus magis ad remittendum, quàm proximus ad offendendum. Iſte etiam numerus illi Petri reſpondet, illumque eleganter corrigit. Ita eriam ſolet more Hebræo augmentum ſignificare: nam dictum eſt Geneſ. 4. *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſeptiēs.* Reprehenditur ergo Petrus, qui ſeptem poſuit pro numero determinato; nec enim ſi pro immenſo poſuiſſet, à Chriſto reprehenſus fuiſſet. Quod verò Chriſtus Luc. 17. dixit, *Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi:* etiam illo loco ſepties accipitur pro numero confuſo, ſicut hic ſeptuagies ſepties: vt pulchrè Beda ſuper Lucā annotauit. Nec enim veriſimile erat, quòd ſepties in vno die peccaret, & peteret veniam; ſicut nec probabile eſt, aliquem per totam vitam ſuam in alterum 490. vicibus peccare. Qua propter dicendum eſt, Petrum intellexiſſe, non eſſe remittendum peccatum ſupra ſeptenarium numerum. Ex epiparabola etiam conſtat ſcopus parabolæ:

Quid vndenarius, quid verò ſeptenarius numeri ſignificent teſte Auguſtino.

Quartus & poſtremus, huic loco cōgruentiſsimus.

Tertius ſenſus Auguſtini, ſed myſticus etiā ille. *Auguſt. tom. 9 initio.* Exod. 20. & ſeq.

Vbi ſeptenarius confuſum numerū denotet.

Beda tom. 5.

bolæ: ait enim, *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.* Simpliciter ergo proposuit Dominus hanc parabolam, ad ostendendum, remittere iniuriam fratris peccantis, non esse opus perfectionis, aut supererogationis, sed opus necessarium ad salutem, vt qui fratri non pepercerit, intelligat se à Dei gratia & commercio abalienatum, & cœlesti hæreditate abdicatum.

4 Verba proposita de iniuria remittēda, quibus non incongruè aptari valeant. *Matth. 18.*

Et quanquàm hæc parabola possit extendi ad sacerdotes, qui claues habent ad soluendum, & ligandum: quorum personam sustinet Petrus, vt quidā annotant: aptius tamē & suauius de remissione iniuriæ, cuiuis etiam priuato illatæ, intelligitur: tum quòd præcesserit; *Si peccauerit in te frater tuus:* & Petrus, *Quoties*, inquit, *peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* tùm præterea quòd potestas clauium nondū erat data Apostolis: & sacerdos negare potest, imò interdum debet, absolutionem illi, qui ficte accesserit, vel qui nolit occasiones, & artes peccandi præscindere: tū denique, quia sacerdos non absoluit à centum denarijs, id est, peccatis in homines commissis, sed etiam ab illis, quę in Deum admittuntur: & hoc est, tanquam ministrum absoluere decem millia talenta. Supereſt igitur, vt in genere de communi remissione iniuriarum parabola intelligatur: vt etiam conclusio ipsius parabolæ ostendit. Nec obstat, hanc similitudinem dictam fuisse Petro: quia Petrus duplicem personam sustinebat; & propriam, in qua in genere fideles omnes; & sacerdotis, in qua tantum sacerdotes comprehenduntur. Dominus ergo non loquitur ad illum vt sacerdotem, sed vt priuatum in Ecclesia Dei membrum. Et ministri Dei quando in se ipsis iniuria ab aliquo afficiuntur, promptiores & alacriores esse debēt ad remittēdum, quod ad ipsos spectat; quā reliqui, qui ab illorum moribus discere debent Christi legem: nisi fortè gloria Christi, & potestatis, quā gerunt, contēptus, & fideliū ędificatio aliud dictaret. Propterea cū illatione Dominus inquit:

Ibidem.

Quibus maxime conueniant.

Petrus duplicem gerebat personam.

Ideo assimilatum est regnum cœlorū, &c. Ideò, dicit, quia oportet ei semper ignoscere, qui semper resipiscit: ob quem finem inducitur parabola. Hactenus de scopo.

Quod ad parabolæ literalem attinet corticem, inducitur oblatus seruus ad reddendam rationem, & qui tantū debitum habebat, de maximis dispensatoribus erat, & veluti thesauri eius custos, aut gubernator ciuitatis alicuius, debebat enim decem millia talenta. Quod si talenti rationem à Græcis, & præcipuè ab Athenienſibus accipiamus, cū apud illos talentum sex millibus drachmatū constet, id est, sexcentis aureis: ex sex millibus talentorum efficietur summa sexcentorum millium, & quinquaginta mille aureorum: si verò consulas Iuliū Pollucem lib. 9. maiorem inuenies, ait enim: *Atticum talentum sex millia drachmarum valebat Atticarum: Babylonium verò septem millia: Ægineum decem millia, Syrium verò, mille & quingentas, iuxta Atticæ drachmæ rationem.* Hæc ille. Et quomodocunq; computes, summa est ingens, & maximum debitum; sicut debitum conserui ad seruum centum denariorum, non excedit summam decem aureorum monetæ currentis.

5 Cortex parabolæ à Christo propositæ de seruo debitore decem milliū talentorum.

Talentorum plura genera.

Iul. Pollux.

6 Secunda pars parabolæ.

Fingitur hic non habere vnde debitum soluat, & propterea iustum esse eum venundari, & vxorem, & liberos, non quòd illi essent serui, & vendi possent, vel quòd illis venditis, tanti debiti fieri posset solutio: & expectatus soluere poterat ex proprijs, quæ habebat: nec ex consuetudine hoc fieri poterat, quia non puniretur vxor, quæ viri non est pars, sicut filij: nec erat apud Iudæos consuetum, quia etiamsi quis se vendere posset ad septem annos, vt conceditur Leuit. 25. & ad Iubileum, vt conceditur Exo. 22. non tamen vxor vel filij, qui tollebantur à creditore ad seruiendum quousque solueret, vt mulier illa dicebat ad Helisæum. 4. Reg. 4. neque etiam ex consuetudine barbara vendentium vxores pro ferro, vt testatur Aristoteles lib. 2. Politicor. quia subdit,

Illud de seruis venundatis quomodo ad literam accipiēdum sit cùm aliter Deus in lege statuerit. *Philos. to. 3.*

subdit, *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis:* ergo iniustum esse non putabat. Rursus non fingitur cedere bonis, quia vendendo bona sua, habebat vnde satisfaceret: ergo dicendum est. Regē comminatum fuisse, & terrorem illi incussisse, vt ad prostrationem, preces & supplicationes conuerteretur, Rexq; commiserandi illum ansam haberet. Similitudo est igitur, quantum ad iniectionē in carcerem, non autem quantum ad venditionem: quæ tamen ponitur, vt reddat veri similem prostrationem serui, quæ simplici verbo non fieret: nam ex narratione artificiosa debent constare causæ veritatis: nec enim vendere, sed carceri deputare cogitabat. Dicitur autem dominus seruo prostrato dimisisse, nempe soluendo illam a vinculis, quibus tenebatur alligatus, donec dispositis bonis suis satisfaceret. Ponitur postremo, accepto à Rege beneficio, iracundiaque correptum ob iniuriam à Rege acceptam conseruum suum, paruū nummi debitorem, malè tractasse, nec eius precibus auscultasse, sed in carcerem illum coniecisse: vnde alij conserui permoti uerunt, vt hæc Domino renunciarent. Hic est exterior parabolæ intellectus: quo constituto, accedendū est ad parabolæ applicationem, & sensum per illam intentum. Ait ergo: *Ideò assimilatum est regnū.* Ideò, inquit, quia oportet semper ei ignoscere qui semper resipiscit. Regnum ergo cœlorū, quod est Ecclesia, in hac vita inchoatum, & in gloria consummatum, *simile est homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.* Id est, facto hominis Regis, quod ei accidit cum seruis suis, ab eis ratiocinio exigendo administrationis bonorum, seu gubernationis prouinciæ. In quo instruuntur, qui regia potestate funguntur, vt ministros suos frequenter visitari faciant, vt conscientiæ suæ satisfaciant; & ne patrimonium eius furtim absumatur, & ne ministri sui deuorent plebē suam sicut escam panis, nam grāde imminet periculum a peccatis alienis, si ea, cùm possint, non præueniant, aut si condignis supplicijs iam admissa non puniant. Dicitur autē Rex cœpisse

Tertia & quarta pars.

Psal. 13.

rationem ponere cum seruis, ab initio inspirando beneficia accepta; vel ingratum animum, & scelera commissa increpando; siue huic inspirationi det locum tribulatio cœlitus immissa; siue peculiare aliquod & insigne beneficium; siue sit Angeli, aut hominis prædicatio. Cōsummabitur autem hæc reddenda ratio, quantum ad quemuis attinet, in iudicio particulari; quantum ad vniuersos verò in generali: consummataque tunc ratione, non est amplius locus dimissioni. De quatuor autem videtur reddendā ratio. Primò quidem de bonis commissis: atq; de hac ratione reddenda loquitur parabol: Villici iniquitatis. Dein de reddenda ratio de bonis amissis: qua de re est parabola talentorū, vbi seruus piger accusatur, quòd nō posuerit talētum ad mensam. Tertiò, reddenda ratio de malis admissis: cui rei seruit parabola duorum debitorū Luc. 7. Quartò, exigetur à nobis ratio de malis, siue de peccatis remissis à Deo: atq, huic vni rei seruit parabola præsens.

Quando cœpit Rex rationem ponere cum seruis suis, & quando consummabit.

De quibus exigit rationem ab eis.

Ad hæc, dicitur oblatus ei seruus *qui debebat decem millia talenta.* Oblatus est autem, vel à Spiritu sancto ducente animam, vt peccatorum suorum magnitudinem, & grauitatem agnoscat, & recorderur viarum suarum pessimarum, & studiorum suorum non bonorum, & displiceant illi peccata & scelera sua; vel ab Angelo impellente ad sui, & suorum debitorum cognitionem; vel à propria conscientia, quæ semper deprecatur ad optima, & pro Deo militat; siue à prædicatore, vel sacerdotibus, qui sunt à confessione, qui culpas ex parte Dei exaggerant, & ad satisfaciendum impellunt. Et per debitorem decem millium talentorum significatur insignis, & ingratissimus peccator, quasi milliēs transgressus sit decem præcepta Dei. Asseritur hic non habere vnde satisfaciat: ex nobis enim, quasi ex nobis, non habemus nisi peccata, id est, spinas, & tribulos, non autem frumentum. Natura enim, & gratia, & creaturæ omnes, non nostra sunt, sed à Deo nobis commissa. Peccatum etiam, quia Deum infinitum,

7 Seruus debens decem millia talenta, à quo fuerit obatus. *Ezech. 33.*

Quis debitor decē milliū talentorum. *Exod. 20. & seq.*

Cur hic debitor habere nihil dicatur, vnde satisfaciat.

& crea-

Heb. 10. Spiritus hominis quare dicitur vadens, & non rediens. *Psal.* 77.

& creaturas offendit, & infinitũ Christi sanguinem conculcat, vitam, doctrinam, sanguinem, & mortes sanctorum contemnit, infinitam proinde exigit satisfactionem, quam homo ex se præstare non valet. De quo Dauid dicit: *Spiritus vadens & non rediens.* Vadens quidem, & valens ad contrahendum debitum; non autem rediens propria virtute in gratiam Dei. Neque mirũ, quod non possimus soluere debitum peccati; qui etiamsi peccati expertes essemus, minimè tamen pro beneficijs æquiualentes reddere valeremus. Nã nos totos Deo debemus, non solum ratione redemptionis, & vitæ æternę, & glorię promissæ, sed etiam creationis atque conseruationis.

8 Quod iubetur venundari seruus cũ vxore, & filijs, id qua ratione accipiẽdum sit. Primus sensus. *Chrysost. ho. 62. in Matt. tomo 2.* Alter sensus.

Quod verò iubetur venundari seruus cum vxore, & filijs, & omnibus bonis suis, non est necessariò applicandum, vt ex Chrysostomo produximus: quia nec in cortice literæ locum habere potest, nisi ad reddẽdum verisimilem prostrationem serui. Dici tamen haud incommodè potest, quòd cùm Deus inspirat homini peccati demeritum, & grauitatem, tunc videtur significare, quod ipse, qui mẽs est, & viri locum tenet, & vxor eius, nempe appetitio sensitiua, siue carnis cupiditas, cui tanquam sponsæ copulatur peccator: qui propter eam venire ad conuiuium excusatur, dicens: *Vxorem duxi, & ideo non possum venire:* & filij eius, id est, opera carnis, & bona omnia quæ habebat, siue naturalia, siue gratuita, venundari merentur, id est, tradi in integrum dominium, & potestatem peccati, dæmonis & supplicij gehennæ: de quo dicitur: *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati:* &, *A quo quis superatus est, huius & seruus est.* Et rursus: *Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quã vos.* Vel denique sensus est, quòd sicut Rex vult omnia sibi reddi debita, etiam cum dispendio debitoris, ita Deus vult sibi satisfieri à peccatore, citra condignum tamen. Damnatus autem dicitur reddere debitum: quatenus omnia, quibus abusus est, & vanè oblectatus, præstant ei cruciatum, & tormentum, secũdum illud: *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit; tantum date illi tormentum, & luctum.*

Vxor. & filij peccatoris qui mysticè. *Luc.* 14. Quare iubentur venundari. *Ioan* 8. 2. *Pet.* 2. *Matth* 23. Tertius sensus. Dãnatus' seruus qua ratione debitum reddat. *Apoc.* 18.

Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Quemadmodum superbia, initium est omnis peccati, ita initium iustificationis humiliatio est, per quam, propriam culpam, atque ingrati animi vitium, ac Dei iustitiam Fidei lumine agnoscimus. Voluntate autem pœnitentiam concipimus, & propositum satisfactionis: nam vt Leo, fortissimus bestiarum, iacentem, & humiliarum nõ inuadit; ita Christus, Leo de tribu Iuda, se humiliantibus, ac de se modestè sentientibus, libenter parcere consueuit: & quia largus est in condonando, vel modicis præcibus flectitur vt exaudiat. *Patientiam,* inquit, *habe in me.* Confitetur se peccasse contra Dominum, circa quæ toleranda peccata versatur eius patientia, de qua ait Apostolus: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Dilationem tantum temporis exigit, quod cùm pretiosum sit, nos tamen paruipendimus.

9 Principiũ iustificationis nostræ quod. *Eccle.* 10. *Prou* 30. Leonis propriũ quid sit. *Apoc.* 5. Quibus facile ignoscat Christus. *Rom.* 2.

Et omnia reddam tibi. Vbi aduerte, quòd fortè hic non plenè cognoscebat debitum, neque vires proprias, quia de suo promittit satisfactionem: Dominus tamen immemor ignorantiarum eius; & ad cor bonum, & humiliarum respiciens, vel non despiciens, debitum pro quo satisfacere non poterat, remittit. Vel Deo ex misericordia infundente gratiam in peccatorem, vnde eius anima Deificata, infinita quodammodo efficitur, & infinita opera producit, quibus quodammodo pro infinito debito, (si culpa remaneret) satisfaceret. Et quia non remanet culpa dimissa, Deus infinitum acceptans, quasi pro debito pẽsum, & acceptum fert. Vel fortè modus quo quis omnia reddit, est, Deo patiente, & patientiam habente, qui pro nobis in Cruce Deo plenè satisfecit: nam in persona Christi ait sanctus Iob: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui;*

10 Triplici ratione Deo solui debitum. potest. *Psal.* 78. *Psalm.* 50. Alter modus Tertius modus. Iob. 6.

merui; & calamitas quam patior, instatera: quasi arena maris hæc grauior appareret. Sed oportet passionem Christi nobis per Fidem, & Sacramentum applicare. *Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.* Magna misericordia Dei est, quæ liberat ab infinita peccati miseria, ad infinitam reducens felicitatem in spe. Dimisit eum liberum, infundendo gratiã, qua liberatus est à peccato, & ab angustia, & stimulo conscientiæ: & data est fiducia sanctæ remissionis peccatorum. Quia *si vos,* inquit, *Filius liberauerit, verè liberi eritis.* Denique omne debitum, siue mutuum dimisit ei; id est, donauit pœnam temporalem, quæ consistit etiã culpa remissa: vel pœnam æternã, peccato mortifero quadrantem, quæ culpa remissionem consequitur.

Seruus decẽ millium talentorũ debitor à Rege quomodo dimissus. *Ioan.* 8. Quale sit hoc debitum roganti seruo dimissum,

Aduerte autem, quod hîc decem millia talenta remittit, qui alibi in vno talẽto durus est, vt in parabola talentorum apud eundem Matthæum. Sed hic debitor humiliter egit, & rogauit; ibi arroganter & superbè, se ipsum iustificando, & Deum accusando egisse visus est. Vnde præstat, vel omnia peccata mundi habere, cum humilitate, & confessione erroris, quàm vnum cum superbia, & cordis duritia. Vel ibi erat extrema dies, in qua ratio exigitur, & nulla venia promittitur: hic autem erat in tempore adhuc negociandi.

11 *Matth.* 25. Quid est quod Rex decẽ millia talenta nũc donat, alibi nec vnum quidẽ talentum. Altera solutio.

12 Seruus ille quomodo egressus. *Ioan.* 15.

Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens, suffocabat eum, dicens, Redde quod debes. Egressus dicitur hic seruus à Dei, & sui cognitione, in qua dum permaneret, omne bonum sibi comparauit: egressus autem, omne malum incurrit. Exit etiam peccator à consortio Ecclesiæ, custodietis, & seruantis nos, & quasi palmes à vite præcisus, & membrum à corpore. Quod si ciuitate posita in obsidione, quisque timeret ingredi, cur à castro hoc Ecclesiæ inexpugnabili exire vllus audet, & se in manus hostium capitalium tradere? *Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Vnum,* inquit: *de cõseruis suis,* ac ob id æquè à domino dilectum, atque ipse erat. Debebat autẽ denarios centum, hoc est, paruum debitum: quia, secluſa iniuria infiniti Dei: quæ in peccato contra proximum fit, finita est. Quandiu autem iste intus erat, non inuenit, nec vidit sibi illum debitorem, quoniam se dignum omni supplicio agnoscebat, & sui iniuriam non considerabat. *Et tenens, suffocabat eum.* Inuenit intellectu: & tenet proximum, qui iniuriam non dimittit: suffocat, quia quem corde largo diligebat, corde per odium restricto, & amaro comprimit. Suffocat etiam, qui verba excusationis non audit; quia suffocans gulam stringit, per quam vox immitti debebat. *Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Omnis humiliatio, quæ hodie Deo exhibetur, homini fit, nec tamen potest ab eo impetrari, quod à Deo impetratur. Petit ergo vt patienter expectetur ad tempus, & promittit se omnia redditurum; id est, remitte mihi iniuriam, & ego satisfaciam pro damno. Pro eo enim, qui patientiam habet, vel hostis soluit debitum, vt Semei pro Dauid, qui dixit: *Dimitte eum vt maledicat iuxta præceptum Domini. Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonũ pro maledictione hac, die hodierna. Videntes autem conserui eius, quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant.* Isti cõserui, aut Angeli sunt intellectu vigentes vt homines, *In ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis,* quorum vnus dixit Ioanni se adorare volenti: *Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorũ:* qui sicut gaudium habent de bonis nostris, ita de peccatis irasci, & contristari, sicut Deus, dicuntur. Narrant verò quæ gesta sunt, Deo: quę ipse ab æterno nouit, dum illi orationes nostras, & bona opera, vel scelera, & malefacta repræsentant. Vel viri sunt sancti in Ecclesia & zelo iustitiæ præditi, offerentes ei demerita impiorum, quorum vnus dicebat: *Zelo zelatus sum pro Domino*

Quisnam cõseruus qui debebat centũ denarios. Teneat proximũ, & suffocet quis. Quid est: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 2. *Reg.* 16. Dauidis patientia. Quinam sint isti cõserui, seruũ nequã accusantes apud dominum suum. *Heb.* 1. *Apoc.* 19. Alter sensus.

3.Reg.19. *Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Israël: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animã meã vt auferant eã.* Et Hieremias. *Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus qui prævaricantur, & iniquè agunt?* Et Dauid: *Vidi prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.*

Hierem. 12.

Psal. 118.

13 *Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Vocat Deus ad præmia, vel ad pœnam, quemque in morte, & omnes in vniuersum in die iudicij, cùm dicet, *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Et ait illi: *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me.* Obijcit seruitutem, exprobrat nequitiam, improperat dimissum debitum omne, ex sola simplici prece, & oratione qua rogasti me pro dilatione, non pro dimissione: sed ego audiui supra votum tuum. *Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui?* Pondera verbum, Oportuit, vt intelligas, ad necessitatem præcepti pertinere remissionem iniuriæ, & fratri humiliato, & petenti non esse denegandam. Et ab experientia miseriæ poterat discere misericordiam, qua quisque semper eget, secundũ illud Salomonis, *Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso.*

Seruum nequam vt vocauerit Dominus suus, cum eo expostulans.

Ioan. 9.

1.Thessa.4.

Domini clemẽtia in seruũ quanta.

Parcendi inimicis, quale Præceptum sit.

Eccle.31.

14 Multa ergo sunt quæ grauant peccata huius serui. Primùm, quod tam citò accepti beneficij fuit immemor, in egressu enim suo seruus hoc delictum in conseruum admisit. Secundùm, quòd non extraneum quendam, sed conseruum tam durè tractauit. Tertiũ, quod pro vili, & exiguo debito tam inhumanè se gessit. Quartum, quoniam non tantum verbis (quod tolerabile equidẽ fuisset) pretium exegit, sed violentia, & suffocatione. Quintum, quòd nec illis eisdem verbis, quibus ipse flexerat Diuinam clementiam, rogatus, conseruum suum exaudire voluit. Sextum, quia nec dilationem præstitit (tantum abest, vt debitum dimiserit.) Septimum, quod humiliter deprecantẽ carceri tradidit.

Serui nequã inexorabilis illius in conseruum suum multiplex iniuria.

Rectè ergo illi obiecit: *Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui?* Nam hic seruus non poterat remittere cõseruo, si priùs dominus sibi non dimisisset: nam cùm deberet satisfacere domino suo, æquum erat exigere à suis debitoribus, vt ex eo satisfaceret domino: aut certè oportebat debitorem assignare domino: sed & postquam remissum est, tunc oportuit & ipsum misereri conserui sui. Iuxta quam rationem, postquam Christus venit, & liberauit nos ab omni culpa, & pœna, oportet & nos proximis nostris remittere: quia hoc ipso quod remissionem accipimus per Dei gratiam, habemus, vt possimus per eandem remittere debitoribus nostris.

15 Quare & eũ oportuerit misereri conserui sui.

Matth.6.

Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitum. Hoc loco expendendũ est, ex debito legali neminem obstringi ad remittẽdum alteri debitum, licet illi sit remissum ex fisco, imò nec in facto parabolæ misereri: proinde ab alia inferiori persona, quam a Rege iustè non damnaretur. Quia tamen ex debito morali, & naturæ lege misereri debebat (licet non condonare debitum) nõ valẽti soluere, cùm sibi in simili causa maius esset remissum, Rex Regũ, & Dominus dominantium, potuit pœna arbitraria, quę in litera habetur, eum punire. Nam in eius iniuriam redundabat non deferre, vel eius recenti exemplo, vel communi domino, quin statim eius seruũ in persona vexaret, suffocando, in libertate, carceri mancipando, illo non valente pro eo tempore soluere, & dilationem rogante. Propterea tradidit eum tortoribus: qui non possunt dare, nisi quod habent, id est, pœnam, & supplicium. *Quoad vsque redderet vniuersum debitum.* Nempe, quia semper manet culpa, & debitũ satisfaciẽdi, semper torquebitur. Est ergo seuerus Deus acerrimusq; eorũ qui remittere nolunt fratribus suis, vindex, vt rectè propterea dixerit frater Domini: *Iudicium sine misericordia illi* (scilicet fiet) *qui non fecerit*

16 Quo iure alteri debitum minimè remittendũ sit.

Iure quo tamen debeat eius misereri.

Timo. 6.

Apocal. 17.

Immiseri-cors conseruus cur tradatur à domino tortoribus, & quibus nam.

Idem conseruus quousq; torquendus infelix ille.

Iaco. 2.

An hic malus seruus si se dimissurũ conseruo debitum omne dixisset, huic iterum Dominus peperciisset

Luc.6.

fecerit misericordiam. Quod si hic seruus rursus veniam petijsset, & promisisset se reuocaturum iniuriam, quã fratri irrogauerat, an esset Dominus iterum huic parsurus? Respondeo: Pepercisset vtiq; pro sua bonitate, si adhuc viueret. Sed tu aduerte, & time, nam hic nõ amplius veniam perijt: quod fortè multis euenit, qui satiare animum volunt, & postea nõ inueniunt locum pœnitentiæ, nec amplius ex corde veniã petũt. Proinde statim dimitte, vt tibi dimittatur, ne renuens renuaris, aut procrastinans pericliteris.

17 Num peccata quæ semel Deus pœnitẽti remisit, ob noua scelera imputet, & de integro vlciscatur.

Dubitabit aliquis, nũ peccata, quæ semel Deus pœnitẽti remisit, ob noua scelera imputet, & deintegro vlciscatur? Ad huius loci maiorẽ explicationẽ statuendũ est, peccatũ proprie non redire, quia actus, & culpa (id est, priuatio bonitatis, quæ actui inesse debebat) trãsierunt, macula verò, & reatus per gratiã tollũtur. Pœna verò nõ redit, quia non erat inflicta, nisi quatenus peccans post acceptã semel a Deo veniam, ingratior existit, & maiori dignus supplicio, quia non satisfacit vsque ad mortem. Nã cũ ęterna pœna remissa esset pro temporaria, huic ante mortẽ satisfieri poterat, & ante secundum peccatum: & si rediret primum, bis puniretur. Quod repugnat Diuinæ iustitiæ, & Scripturæ dicenti: *Non punit bis in id ipsum.* Rursus peccata, quantum ad impedimentum gratiæ, non redeunt, quia quamprimũ remissio prima facta est, remotum est impedimentum, alias gratia non veniret. Tertiò, peccata non redeunt, eo quòd remissio sub conditione sit concessa, ne metu cogere videretur ad remissionẽ: sed voluit vt dimitteret, imitatus benignitatem domini sui. Quod si tunc dixisset, Non dimitto, nisi dimiseris, statim dimisisset. Hoc nos scimus, quibus antè est denuntiatum, vt dicamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quod propter duros, & pertinaces denuntiatum est: vt saltẽ timore parcant, & assuescant propter Deum, & bonitatem eius imitandam parcere. Non est ergo remissio sub conditione: Dimitto, si non pecces:

Nahum. 1. iuxta 70.

Matth.6.

quia cùm hoc vsque ad mortem dilatetur, ante eam peccata remissa nõ essent. Passio etiam Christi, & gratia apta sunt ad statim remissionem efficiendam: nõ ergo oportet applicare reditum, nisi ad circunstantiam animi ingrati. Quod vero Apostolus ait: *Charitas operit multitudinem peccatorum*, non intelligas ita operire, vt faciat peccata, quod ad actũ attinet, non esse, quia iã receserant: nec quod non fuerint, quia fieri nequit, sed quòd tollit auersionem & maculam ita vt non impediant gratiam, vel virtutes infundi, aut earum exercitium & studium, vel quòd coram Deo peccata ita nõ videntur ad puniendũ, quemadmodum si nobis essent operta & celata ad aliquem traducẽdum, & infamia aspergendum.

Qualis esse debeat peccati remissio

1.Pet.4.& Prouer.10.

Id verbũ Apostoli, Charitas operit multitudinẽ peccatorum, quo sensu dictum sit.

18 Quod etiam dicitur apud Ezechielẽ: *Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor*, intellige ad suppliciũ æternum. Manumissus autem domino suo ingratus non redit ad eandẽ, sed ad aliã, & ex alia causa seruiturẽ: nam hæc, quã incurrit ex animi ingrati vitio, distincta est ab ea, quã ratione belli priùs incurrerat: & simile omnino occurrit peccatori. Decedens in letali delicto cũ debito pœnę temporalis, illã ad tempus exoluit; secus de veniali, quod quia sem per manet, semper quoque luit pœnas illius.

Ezech.18. Dictũ Ezechielis, Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: quem sensũ habeat.

Cũ ergo dicitur: *In inferno nulla est redemptio*, intelligit quãtũ ad exitũ ab eo. Quoniã verò bona opera iustorũ in se non sunt mortua, vt peccata, propterea per pœnitẽtiã redeũt. Peccata autẽ prętérita & remissa per peccatũ subsequẽs non redeunt, quia opus Dei fortius est opere hominis. Ingratitudo autẽ est vitiũ cessandi à gratiarũ actione pro dono accepto, vel cognito, & effectu & opere nõ repẽso, vel contemnendo donũ, vel quasi nihil esset, obliuione sepẽliẽdo, vel in donatorẽ agendo, vt quilibet peccator, qui scelere suo Deum offendit. Et hoc vitium opponitur iustitiæ: nam ex beneficio collato, etiamsi is qui cõfert, minimè id intendat, debitum oritur legale, siue morale gratiarum actionis, id est, memoriæ seruandæ de beneficio

19 Illud: In inferno nulla est redẽptio, quomodo verum sit.

Ingrati animi pestis quid impediat.

Illud vitium vti aduersetur iustitiæ.

accepto, illoque magni pendendo, & pro modo suo retribuendo. Non est tamen tantus reatus ex vitio ingrati animi veniens, quantus remissorum peccatorum: nam si quis peccauit vt decem (vt mos est dicere) illorumque peccatorum remissionem obtinuit, postea verò relabatur, & peccet vt duo ex genere, quod post hæc additur ex ingratitudine, non est maius quam duo: quia ingratitudo non est vt debitum quod sequitur genus peccati, sed secundū proportionem peccatorum erit maior reatus sequentis delicti, quātum attinet ad grauitatem, vel reatum ingratitudinis, non tamen quantum ad totum reatum peccati: nam si ille, cui remissum est vt centū, peccat vt duo, & alter, cui remissum est vt duo, peccat vt centum, licet in primo sit maior reatus ingratitudinis, tamen totum peccatum erit longè minus.

Ingratior quo quis iudicandus in Deum.

Quòd ingratitudo sit maior, ex peccati genere, & beneficio pendet: quod autē magis faciat redire peccatum, tantùm ex beneficio maioris remissionis. Peccatum verò secundum, vel tertium post pœnitentiam, etsi ingratitudinem habeat, non dicitur facere redire delicta, quia non erant remissa, cum per primū peccatum post pœnitentiam redijssent, vt autor est Episcopus Abulensis. Delicta verò leuiora, quæ venialia vocant, quia gratiam non tollunt, non faciunt ulla redire: ipsa tamen ob ingratitudinē remissionis venialium redeunt. Mortiferum autem etiam venialia facit redire, quia gratiam tollit, nam remissio venialium proculdubio beneficium est quemadmodum remissio originalis per lethale redit. Etsi autem per omne peccatum mortiferum redeant prædicto modo peccata remissa: peculiariter tamen per delicta repugnantia principio remissionis peccatorum, qualia sunt Fides, quæ est initium remissionis, Charitas, quæ vniuersa operit delicta, & pœnitentia, quæ proximè ad remissionem disponit. Hæc autem delicta sunt, vt hæresis, vel apostasia à Fide, odium fratris, & inuidentia fraternæ gratiæ, contemptus pœnitentiæ, & pœnitentia pœnitentiæ actæ.

Alfonsus Tostat. q 144. in cap. 18. Matthæi.

Venialia delicta cur ipsa sola redeant, & per mortiferum etiam reuocentur.

Quibus maxime offensis antiqua crimina reuocentur.

Prouer. 10.

Concludit igitur Dominus: *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Declarat parabolam: & Regem ponentem rationem exponit esse Patrem suum. Et ait, *Pater meus cœlestis*, id est, naturalis. Et non dixit, Pater vester, quia non remittentes iniurias, pro legitimis filijs Dei non habet. Propterea cum præceptum tradidit diligendi inimicos, rectè subiunxit: *Vt sitis Filij Patris vestri qui in cœlis est*. Nam qui inimicos diligunt, & de malemerentibus benemereri student, rectius dicere possunt: *Pater noster, qui es in cœlis: & Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Addit autē, *Ex cordibus vestris*, quia iniuriæ condonatio ab omni fuco, & fictione debet esse aliena, & non qualis illa est, quam D. Hieronymus notat, illorum, quos sæpe de remissione admonitos audimus respondere: Ego nihil habeo contra eū, ipse nouit: habet Deum iudicem, non mihi curæ est quid velit agere, ego ignoui ei: quæ verba satis arguūt animum adhuc exulceratum, & inimicum ei, qui læsit. Etsi autem damnum reperi ab eo possit: ex charitate tamen, non ex odio. Quòd si cuiquam videtur hoc præceptum parcendi difficile, intelligat id esse, quia ipse nondum vocatus est ad reddendum quod debet; nondum sensit vocem exactoris; nondum humiliter Deo supplicauit; nondum in animo sensit, quantum gratiæ acceperit. Spiritus sanctus nondum arguit eum de peccato: & destitutus dulcedine Spiritus, amarus est corde ad proximos. Postquam igitur ad salutem necessaria est iniuriarum acceptarum remissio, & hæc sine Spiritu sancto præstari, vt Christus præcipit, non potest; studeamus hunc benignum ad remittendum Spiritum votis supplicibus, & precibus nobis conciliare, bonorumque operum studio illum promereri, vt Patrem nobis remittentē nostra delicta habeamus, & sanctissimę charitatis legi satisfaciamus, quā tulit Dominus noster Iesus Christus, qui cū Patre, & Spiritu sancto semper viuit, & regnat, in sempiterna secula. Amen.

20

Quis sit Rex ponēs rationem cū seruis suis.

Matth. 5.

Iure qui possint dicere: Pater noster qui es in cœlis.

Infra 6.

Dimittendū fratri cur ex cordibus nostris.

D. Hieron. in Matth. li. 3. tom. 9.

Dimittat fratri suo de corde suo nondū quis, secūdum Hieronymum.

Qua ratione damnum ab inimico repeti possit.

Vnde lex parcendi tam ardua & difficilis.

Matth 5.

TRACTA-

TRACTATVS XIII.

De parabola veri Pastoris per ostium intrantis, & non aliunde, & de ouibus: quæ tantum habetur Ioan. 10.

AMEN *amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiūt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autē non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbiū dixit eis Iesus.*

1

Hæc Domini verba de Pastore & ouibus, parabolica sunt nec ne: *Theophyl. & Euthymius in Ioan. c. 10 Lyranus ibidem. Caietanus.*

Propriū parabolæ quid sit.

Scopus huius parabolæ quis sit.

Sacerdotum, Scribarū, & Pharisæorū arrogantia.

Ezech. 34.

In his verbis parabolam contineri, nō obscurè indicauit Dominus: tùm quia textus expressè dicit: *Hoc prouerbiū dixit eis Iesus*, hoc est, parabolam, vt præter Euangelium Syriacum, interpretantur Theophylactus, Euthymius, & ex nostris Lyranus, & Caietanus: tùm deinde quia à Iudæis intellecta non fuit: & hæc erat natura parabolarum, res ipsas inuoluere, & indignis abscōdere, vti diximus. tum tertiò, quia Dominus prouerbium proposuit, Apostolos præueniendo, quasi parabolam explanauit, vt solitus erat. Scopus autem parabolæ eò tendit, vt quoniam sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi non solùm Christo se non subdebant, sed & potestatem sibi in plebem Dei, perinde acsi veri essent pastores, & duces, vendicabant, & ideo molestissimè ferēbant, quòd imperita plebs in Christum crederet, eumque, vt oues pastorem, sectaretur, ad confusionem falsorum pastorum, & simplicium confirmationem, pastoris boni à fure, latrone, & mercenario differentiam ostendit, veraſque proprietates, ac notas, tum pastorum, tùm ouium, explicat in hunc finem, tùm vt se bonū pastorem à Deo per Ezechielem promissum, id est, Messiam comprobet, tū vt Scribas, & Pharisæos tectè fures, & latrones, & mercenarios fuisse declaret, eo quod homines à Christo sub pastore, & Messia abducerent, (quod apertè, & palam dictum illi minimè tulissent) cum ipsi veri pastores ab omnibus haberi vellent; cum tamen non nisi ad sua compendia, & lucra captanda sacros magistratus inirent. Ad hæc, clam, ac tectè cæcum natum, à Iudæis excommunicatum, & extra Synagogam factum, quòd Iesum Prophetam, Deique filium, & credidisset, & constanter confessus fuisset, extra ouile Ecclesiæ non esse ostendit, sed maximè intra ouile, eo quòd ipse esset & ostium, & pastor, per quem quicunq; intrauerit, & ei, vt pastori suo, se regendum, ac gubernandum tradiderit, non potest non esse saluus, & pascua inuenire.

Quare fures, & latrones erant illi.

Ioan. 9.

Cæcus natus à Christo illuminatus, quàm vere ex ouili Christi fuerit.

2

Et aptè quidem hanc parabolam sub texuit his, quæ velut parabola præcedunt. Nam, vt quidam annotarunt, decimū caput Ioannis non erat inchoandum ex abrupto ab illo loco: *Amen amē dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, &c.* sed ab illis verbis, quæ historiam cæci à natiuitate consequuntur, nempè, *Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant*, quibus verbis tectè declarauit, illos cæcos esse, qui in tanta luce doctrinæ, & splendore miraculorum sua culpa caligarent. Ideò in oculos eorum Iesus lutum imponit, & peccatum furis, & latronis, ac mercenarij, de quo dixit: *Si cæci essetis, non haberetis peccatum*: vt considerent, vtrùm ipsi aliunde, quam per ostiū ingredientem admiserint, quales ante eū fuerunt Iudas, & Theodas, posteum vero pseudochristi multi, & Antichristus, raptoris, & furis sciant se esse prædam. Et quia prouerbium propositum non intellexerunt, quod expositum a Christo Apostoli perceperunt, impletum est in eis verbum Christi: *Vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.*

Scribæ & Pharisæi vere cæci.

2

Actor. 5. Matth. 24.

Vnde

Cyril. lib. 7. in Ioan cap 1. initio tom. 1.

Vnde egregiè Cyrillus: *Quia Pharisæi iactitabant se videre, quod quidem possent, si oues Christi essent: Dominus contra eorũ arrogantiam de grege suo, & de ostio, quo intratur in ouile, similitudinem proponit: ostendens quòd nec sapientia, nec obseruatio legis, nec bona vita quicquam valet, nisi per eum, per quem solum datur aditus, & accessus in salutem, quemadmodum alio loco dicit: Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Hæc ille.

Bona vita per quemvnũ & solum valeat. Ioan. 14.

Ostendit ergo eleganter per hanc parabolam, neminem posse esse pastorem populi, nisi priùs sit ouis Christi: & neminem posse bene videre, nisi Christũ lucem receperit, etiamsi interim se videre maximè glorietur. Et ita paucis habes propositum parabolæ explicatum.

3 Quid nos doceat Dominus in hac parabola.

4 Cortex eius quisnam sit.

Quod ad corticem parabolæ attinet, proponit differentiam inter furem, & pastorem: vt furis sit non intrare per ostium, sed ascẽdere aliunde; pastoris autem proprium est non ascendere, sed intrare per ostium, & illi, vt pastori, & domino ouium, ostiarium fores aperire. Oues autem audiunt, sequuntur, & sciunt pastorem suum, cuius est illas vocare nominatim, & educere ex stabulo ad pascua, & eas præcedere. Nam quòd quidã eas sequitur, custodis potiùs est, quam pastoris. Vnde Dauid, cum puer esset, & gregem patris sui custodiret, dicitur de post fœtantes à Deo acceptus ad pascendum Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam; vt in sinuetur non tam pastor, quàm custos ouiũ patris sui. Præcedebat enim pastor oues olim in Syria, vt suo ducatu viã illis cõmonstraret, nõ mutus, sed subinde voce sua, vt sibilo prouocans ad sequendum: quamquàm in nonnullis regionibus moris sit pastorem oues suas subsequi, & impellere magis, quã inuitare. Ouile autem hoc loco, locum septum, intra quem à noxijs bestijs & abigeis seruantur oues, significat, qui Latinè cauſa, siue ouiũ stabulum dicitur. Iam vero explicanda est similitudo, & sensui principali accõmodanda. Vbi in primis aperiendum quid sit ostiũ, quid ouile, quid ostiarius: quid fur, & latro, quis pastor & quæ conditiones boni pastoris. Expediamus primum. Duo exstruxit Deus domicilia, vnum in labore, alterum in requie, siue, vnum in via, alterum in patria, nempe alterum Ecclesiæ militantis, alterum iam regnantis, & triumphantis Ecclesiæ. Et his duobus domicilijs vnum duntaxat ostium constituit, nempe Christum Dei Filium: vt neque in Ecclesiam nisi per eum possit esse ingressus, neque ad supernam patriam aliunde alicui pateat accessus, quàm per Christum: quia nemo Christianus nisi per Christum, nemo saluus, nisi per Iesum: ideò bis se hoc loco vocat ostium. De quo ostio per figuram dicitur in arca construenda: *Ostium arcæ pones ex latere*. Arca siquidem illa, per omnia Ecclesiam figurabat: in cuius latere deorsum ostiũ positum est: quia nemo in Ecclesia Christo humilior, nemo se magis deiecit, vt non tantum Apostolorum pedes prostratus aqua lauaret, sed etiam vniuersorum hominũ fœtentes peccatorum sordes sanguine suo ablueret: *Qui dilexit nos*, inquit, *& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.*

Duo tantùm Dei domicilia.

Cur se ostiũ bis Christus nominauerit. Gen. 6.

Arca Noë, quid præfigurauerit. Ioan. 13.

Apoc. 1.

5 Alter sensus. Chrysost. hom. 58. in Ioan. tom. 3. Theophylactus. Euthymius cap. 10. in Ioan. Luc. 24. Ioan. 5. Ibidem. Bernar. in epistola ad Fratres de Monte Dei ante med.

Chrysostomus autem, cum Theophylacto & Euthymio, per ostium intelligit sacram Scripturam, cuius testimonijs Christus intrauit in ouile. Per Scripturas namque dicitur Dominus ingressus, quia impleuit omnia quę prędicta in Lege, Psalmis, & Prophetis de se ipso erant: *Scrutamini*, inquit, *Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternã habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me: & Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* Et hoc ostium Spiritus sanctus tanquam ostiarius illi aperuit: quia, teste Bernardo, quo Spiritu Scripturæ factæ sunt, eo Spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt. Ostẽdit namq; Spiritus sanctus, omnia Prophetarum oracula vni Iesu, vt vero Messiæ, & Pastori quadrare, non alteri: & quia aperit corda auditorum (sicut aperuit cor Lydæ Purpurariæ, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo) quo crederent, & obedirent, & quæ sibi prædicantur, opere complere valerent. Hinc Apostolus

Quo spiritu Scripturæ legi desiderent & intelligi, teste Bernardo. Actor. 16.

1. Cor. 16.

Apostolus ad Corinthios: *Ostium mihi apertum est magnum, & euidens*: id est, vt glossa explicat, corda parata. Et ad Colossenses orat, *vt Deus aperiat ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi*: quia eiusdem Spiritus sancti munus est os Apostoli ad rectè prædicandum, & interioris hominis aures ad fructuosè percipiendum Dei verbum aperire. Pulchra sanè intelligentia: sed prior magis arridet, quia Christus interpretans parabolam dixit: *Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, &c.* Quanquam Christus, qui verbum Dei est, & Scriptura, quæ verbum Dei continet, & de Christo loquitur, & ad Christum ducit, ostium commodè dici possit: quia illa nobis cognitionem Dei & Christi aperit: ipsa nos oues facit, ipsa custodit, nec Lupos irrumpere permittit. Tollitur etiam inconueniens sic exponendo, ne Christus, qui bonus est pastor, dicatur intrare per ostium, hoc est, per semetipsum: vt enim in cortice parabolæ ostium à pastore distinguitur, ita etiam in applicatione. Et quia superiùs in verbis illis: *Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde*, videtur loqui de ostio quo ingrediuntur quidam ad regendas oues tanquam pastores, ita inferius dicendo: *Ego sum ostiũ ouium*, apertè de ostio, per quod quis ingreditur, vt ouis à Domino curanda, est fermo. Et ita nõ incommoda est Chrysostomi interpretatio, vel aliorum, qui per ostium accipiunt, vel sacram Scripturam, vel Dei legem, quæ præscribit qua via sit legitimus ingressus ad oues regendas, nimirum vt quis non nisi à Deo vocatus ex obedientia, & recta mente seruiendi ouibus propter Deum regimen suscipiat animarum. Ouile autem ouium, Ecclesia militans est, quod nocti huius mundi tantùm deseruit, & in quo, quasi intra caulas & septa munita oues tutæ manent, & securæ à Lupis, & alijs bestijs. In qua Ecclesia pastores vigilare constituit, & canibus ad custodiam deputatis, qui sunt Doctores, latrare præcepit. Et ipsę oues mutua societate, & charitate quasi calore se fouent, vt à frigoris iniuria, & tẽpore spiritus se defendat. Quod si interdum custodiæ gregis deputati dormiant, aut canes sint muti non valentes latrare, *Non* tamen *dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.* Ostiarius autem ille, qui ad domini voluntatem claudit, aut aperit, Christum, vt ait Augustinus, vel Spiritum sanctum, teste Theophylacto, significat, qui peruigil domum custodit, latè excipit ingredientes, nec facile sinit exire sine facultate obtenta, vt in reformatis Religionibus fieri solet. Ita ostiarius ostium aperiens, Spiritus sanctus est, reuelans Christum, & omnem veritatem saluti necessariam: ad nutum Dei Patris, & sapientiæ Filij, & bonitatis suæ. Aperit ostium quibus vult, dando illis legitimam potestatem in oues cum scientia gubernandi, & charitate ad tantos labores proferendos necessaria, quo commissam sibi Ecclesiam pascat, & custodiat. Hic pulsandus est, & inuocandus à nobis, vt nobis aperiat, & cum Ecclesia dicendum: *Veni creator Spiritus, mentes tuorum visita*, & quæ reliqua sunt. Alij verò per ostiarium intelligunt Moysen, quia illi primò creditæ sunt diuinæ Scripturæ leges, & hic de Christo scripsit, vt audirent eum. Verùm præstantior est prior intellectus.

Quod ostium magnum quod sibi apertum asserit Paulus. Colos. 4.

Ecclesia nobis quid conferat.

Isa. 56.

Psal. 120. Ostiarius quisnam sit.

August. tract. 46. in Ioan. tom. 9. Theophyl. ibidem. Ioan. 16.

Aperiat ostium quibus & quomodo.

Alter sensus de ostiario.

Deut. 18.

Qua via sit legitimus ingressus ad oues Christi regendas.

6 Nõ intret per ostium quis.

Qui ergo *Non intrat per ostium in ouile ouium*, id est, per Christum, vel per eius verbum, legitimam viam, & rationem ingrediendi præscribens in Ecclesiam, nempe qui non vocatus facit seipsum pastorem, sed ascendit aliunde, propria scilicet authoritate vsurpans sibi gradus supremos Ecclesiæ, & primum cõuiuij locum; vel qui per Christum aliter intellectum hæreticas doctrinas, disseminat: quia hoc est ascendere, & aliũde, quam per ostium, id est, Christum notum, & probatum in Ecclesia, in ouile intrare. Tales enim sunt pseudoprophetæ, & Doctores, siue capita sectarum: qui dicuntur fures, & latrones, quia primum occulte sub specie veritatis, vt fures, deinde verò etiam violentè, vt latrones ad falsam sectam, & corruptam doctrinam pertrahunt. Tales enim erant Pharisæi, & sacerdotes, qui vole-

In ouile ouiũ quid intret.

Ascendere aliunde, quid sit.

Canes Ecclesiæ qui.

Pseudoprophetæ vt sint fures, & latrones.

Scribæ ac Pharisæi fures, atque latrones à Christo quare vocẽtur. *Ioan.* 9. *Ibidem.* *Rom.* 7. *Matth.* 15.

volebant ingredi ad populum secluso Iesu. Excommunicarunt enim Iesum, & qui eum faterentur esse Christum, vt cæcum natum: nec per eum ipsi intrabant, nec alios intrare permittebant. Deinde neque Scripturam rectè docebant: nam legem, quæ tantum peccatũ ostendebat, coram Deo iustificare contendebant: imò legi Dei proprias traditiones præferebant, vt Matthæus affirmat. Præterea nec legitimè ad sacerdotium peruenerant, non enim vocati erant a Deo tanquam Aaron, sed contẽdendo irruentes alter super alterum, venale sacerdotium in partes annuas sciderant. Merito igitur probat Dominus eos esse fures, & latrones, eo quod dolis, & fraudibus, & cum ambitione, & violentia ingrediebantur, & gregi dominabantur, non ouium salutem & incolumitatem, sed proprium tantum cõmodum spectantes, & Ecclesiastica bona veris pastoribus debita ad se rapiebant. Horum itaq; alius Ecclesiasticam dignitatem emit, sicut Simon Magus, & Iason, de quo liber Machabæorũ meminit; alius vendit, sicut Giezius seruus Helisæi, alius violentè inuadit, sicut Dathan, & Abiron, & Core; alius rapit, sicut Achimus, de quo in libro Machabæorum fit mentio; alius vsurpat, vt Rex Ozias: sed omnes isti fures fuerũt, & latrones. Furantur autem, tùm Dei gloriam, tùm pacem, & tranquillitatem Ecclesiæ, tùm animas, quæ ad eos non pertinent, tùm sensum Scripturarũ verum, quem suis detortis & deprauatis expositionibus corrumpere nitũtur.

Heb. 5. *Num.* 17. *& seq.*

Qui cũ Scribis & Phatisæis sint etiã fures, & latrones. *Actor.* 8. 2. *Mach.* 4. 4. *Reg.* 5. *Num.* 16. 1. *Mach.* 7. 2. *Paralip.* 26.

Quid furentur, & latrocinentur illi infelices.

7 Intrans per ostium, quis pastor, & quomodo. *Heb.* 9. *Ezech.* 34. Falsus Iudæorum pastor.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Hic pastor Christus est, qui per ostium sanguinis sui *Introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta*, non autem Moyses, vt putabant Iudæi. Loquitur enim de pastore, de quo apud Ezechielem, id est, de Messia, & membris eius: hic enim cùm vult ingredi, non quærit aliunde, quam per ostium intrare, scit enim se dominum esse domus, & agnosci ab ostiario, si domi sit suus ostiarius: si autem prædo intusit, oportet, vt fortior superueniens armatũ custodientem atrium alliget, & eijciat. Fur autem, qui videt se ostium non vincere posse, quærit aliunde ascendere. *Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.* Intrauit autem Christus per ostiũ, quia vocatus, & missus est a Patre, *Ego*, inquit, *constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius*; & Apostolus: *Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret.* Intrauit per ostiũ, quia vera, & certa docuit: qui dixit: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illa sunt quæ testimonium perhibent de me*: & tùm signis, tùm scripturis, quasi inuictis testimonijs se ipsum esse Messiam a Prophetis prædictum, & a Deo promissum constanter ostendit. Atque huic ostiarius aperuit: quia non tantum, Moyses omnesq; leges, & Propheræ, atq; Sibyllæ de ipso testimoniũ perhibuerunt, sed etiam Pater in voce, & Spiritus sanctus in specie columbæ de eo testati sunt: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Luc. 11 Furis proprium. Christus vti intrauit per ostium, nec ascendere. *Psalm.* 2. *Heb.* 5. *Ioan.* 5.

Ei ostiarius ostium quare aperuerit. *Actor.* 10. *Matth.* 3. *infrà* 17. 2. *Petr.* 1.

Et vocem eius audient. Non est sermo de auribus externis, quibus & alienos audire potuerunt oues, sed de internis, quibus Fidem dictis accommodant: nã Fides ex auditu est, vt docet Apostolus. Quoniam verò interdum electi multo tempore veritatem non valuerunt agnoscere, sed errores consectabantur, vt Paulus, & Augustinus: & contra qui nõ sunt electi, ad tempus veritatẽ recipiebant, & verum pastorẽ sequebantur, vt Iudas, & Nicolaus Antiochenus, & post acceptam veritatẽ in errores prolabebantur: propterea oues hoc loco non sunt propriè prædestinati, siue electi, sed qui Dei grariam induti, ouinam habẽt Fidei simplicitatẽ, & gregalis charitatis societatẽ, & bonorum operum fœcunditatẽ. Qui vero tales non erant poterant Deo vocante, & corda eorum illustrante tales euadere: vnde publicani & peccatores ad eum accurrerunt, vt audirẽt eum. *Et proprias oues vocat nominatim*: quia nouit nomina prædestinatorum ad vitam, oues certè prædilectas, & electas, quarum numerus, & secundùm formam, & secundam materiã notus

8 Vocem eius oues quã audiant. *Rom.* 10.

Oues quæ nã audiant vocem Christi pastoris.

Luc 15. Proprias oues cur vocat nominatim Pastor Christus.

Ioan. 13. 2. *Tim.* 2. *Exod.* 32. *Luc.* 10. *Mar.* 3.

notus est Christus, qui dixit, *Ego scio quos elegerim*: & Paulus, *Cognouit Dominus qui sunt eius*: & Moysi dixit Deus, *Noui te ex nomine*: & iterũ Dominus, *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Apostolos ad se proprijs nominibus vocauit, & nomina noua quibusdã eorum imposuit. Præterea pastor educit oues, nẽpe ex stabulo ad pascua, id est, ad participandum refectionem, quæ per verbũ & Sacramentum administratur. Vel educit è campis noxijs, siue pascuis pernicioſis ad ouile Ecclesiæ. Ad hæc, cũ proprias oues emiserit, ante eas vadit, quia recta viuẽdi exẽpla, quasi vestigia pedũ oculis eorũ objiciens, quid faciendum, & quid fugiendum, docet. *Et oues illum sequuntur.* Fide, & operibus eius vestigia sectantes. Et hoc, quia sciunt vocem eius, id est, scientiam Fidei habent, per quam & pastorem agnoscũt, & quid sit Fide credendum, & quid spẽrandum, quid item agendum, & quid declinandum nouerunt. Et propterea, *Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.*

Ioan. 9.

Educat oues pastor vnde, 2. *Cor.* 5.

Eosdem cũ proprias oues emiserit, vti ante eas vadat.

Quemadmodum oues illum sequantur: exẽde & sciant vocem pastoris.

9

Hæc parabola pastoris quibus apte valeat accõmodari.

Quem alienum non sequãtur oues, & quare.

Alienum vocat, quos priùs dixerat fures, & latrones, quorum est aliunde ascendere, quam per ostium, & quæ sua non sunt, nec ad eorum ius pertinent, rapere. Vnde alieni ab effectu dicuntur: quoniam abalienant quæ sui iuris non sunt: & quoniam tales, vt alieni habendi sunt ab omnibus. Qua ratione dæmones dicuntur dij alieni in primo præcepto: *Non habebis*, inquit, *deos alienos coram me*: nam dæmones diuinitatem naturalem, & diuinos honores sibi vsurpare tentarunt. Vocem ergo alienorum, qui errores, aut mundana, & vana docent, non agnoscunt nec probant, sed abhorrentes fugiunt ab eis, veluti sibi male à talibus metuentes. Et licet habeant suos sectatores, non tamen oues Dei, sed hircos, & sues. Sic ergo discrimen inter furem & pastorem ostẽdit: indicauit officia veri pastoris: taxauit Pharisæos, & Scribas, tanquam non ingressos per ostium, & eos qui se pro magnis populo Deo obtruserant, vt Iudas Galilæus, & Theodas; se vero optimum pa-

In quo tantum differãt à prioribus.

Exod. 20. Dæmones dij alieni cur dicantur.

Vocem alienorum qui nõ nouerint. Qui meritò dicantur nõ ingressi per ouile ouium, apud Iudæos olim. *Actor.* 5.

10 Boni etiã pastoris nomine qui veniant hoc loco. *Matth.* 5. *Ioan.* 9. 1. *Petr.* 5.

Boni pastoris officium describitur.

moda, & compendia quærit, sed Christi gloriam in primis, & salutem ouium quærit, Et quia vera & solida ex scripturis per traditionem Ecclesiæ intellectis docet. Atque huic aperit ostiarius Spiritus sanctus: dum legitime intranti, & industriam suam adhibenti diuinam veritatem reuelat, modumque regiminis tradit, & de omnibus necessarijs instruit. Sic enim Dominus promiserat: *Cũ venerit*, inquit, *Ille, Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Deinde hic ostiarius aperit auditorum corda, per suam gratiam præueniendo, vt pastorẽ suum agnoscant, & vocem eius per obedientiam audiant. Et propterea subdit: *Et vocem eius audiunt*: Deinde describit pastorem ab officio suo, quia *proprias oues vocat nominatim*. Oues enim propriæ Christi sunt, qui eas creauit, & sanguine suo proprio redemit. Tamen fidelis pastor etiam, vt suas agnoscit, vel quia sibi pastori peculiariter sunt assignatæ, vel eius vicario, vt eas pascat, vel quia suas facit dilectionis affectu, vel quia pastorum principi proprio labore illas quæ non erant, acquisiuit. Vocat autem eas nominatim: quia singulos subditos determinate cognoscit iuxta illud Salomonis: *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.* Vt enim medicus corporum dispositiones, ac tẽperaturas, morborum item varietates, quo cõgruame dicamenta apponere possit, pensat: ita pastor spiritualis singulis regulas præscribit ad salutem necessarias, & alia præcepta dat sacerdotibus cũrã animarum sub se habentibus, alia Canonicis, & clericis, vt ad diuina officia reuerenter celebranda conueniant, alia coniugatis, ne matrimonij sanctitate abutantur, alia mercatoribus, & mensarijs, ne lucri cupiditate per vsuras à Regno cœlorum arceantur; alia denique medicis, alia iudicibus, alia aduocatis, & alia alijs hominum statibus, vt à salutis æternæ possessione non impediantur. Ad hæc educit eas ad pascua prædicationis, & Sacramentorum, vt pascantur, & saginentur. Deinde cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, vbi describit pastorem ab exemplo: nam expedit ei, vt cum emiserit oues per verbum exhortationis, vadat ante illas per exemplum boni operis (cogunt enim maiorũ exempla inferiores) ne sint *velut æs sonans, aut cymbalum tinniẽs*, aut velut constructor arcæ Noe, qui in eam fabricatam minime est ingressus, sed diluuio perijt, & ne illi dicatur a Domino: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum?* Voce enim, vna aut altera tantum prædicatur, factis verò, & bonæ vitæ exemplo semper est prædicandum. Apostolus verò, sibi, & discipulis suis rectè consulens, dicebat: *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Et Timotheo scribit: *Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in Fide, in castitate.* Et ad Titum: *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in grauitate. Et oues illum sequuntur.* Si enim de simulatis pastoribus dicitur: *Omnia quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite*, quanto magis sequi oportet eos, qui dicunt, & faciunt? Sequuntur autem illum, *Quia sciunt vocem eius*, hoc est, veram, & sanam esse doctrinam, iusta, & sancta præcepta quæ tradit. *Alienum autem non sequuntur.* Quia hæreticum malè docentem non audiunt. Catholicum autem malis artibus, & pecuniarum largitione pastoris dignitatem adeptum, & propterea malè viuentem, & idcirco alienum a Deo non audiunt, quia vitam, & mores eius non imitantur, & vera salutis monita atque præcepta, quæ ipsi primi transgrediuntur, non tam libenter recipiunt.

Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Obscurè loquutus est, & per parabolam Dominus, quia se cunctis Prophetis præferebat; & solus, Dominus

Boni pastoris ostium quomodo Spiritus sanctus aperiat. *Ioan. 16.*

Qua ratione sint oues Christi proprie.

Fidelis cuiusque pastoris oues etiam proprie cur sint.

Bonus pastor vt vocet oues Christi nominatim. *Prou. 27*

Pastor qualis medicus.

Pastor vt antes oues vadat.

Quæ tantum docent, & nõ faciunt quibus similes sint. *1. Cor. 13.*

Gen. 6.

Infrà. 2.

Psal. 49

Factis quandiu prædicãdum.

1. Cor. 9

Quam bonus prædicator Paulus. *1. Tim. 4.*

Tit. 2

Oues pastorẽ suum cur se quantur. *Matt. 23.*

Quam sciant vocem pastoris.

Quomodo alienum non sequantur.

11 Cur Dominus obscurè locutus sit hic cũ Scribis & Pharisæis.

minus est ouium, ne facilè intellecta vilescerent: & vt conuinceret Iudæorum superbiam (quos tectè ac latenter fures, & latrones vocat.) Nam dixerant: *Nunquid, & nos cæci sumus?* Atque vel ex hoc solo se ipsos produnt, cordisque ipsorum cæcitatem alioquin ex Ezechiele, vbi promittit Deus pastorem qui visitet gregem suum, intelligere poterant. *Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.* Explicat Dominus prouerbium propositum, sed ita tectè, vt & Apostolis, & alijs ouibus quæ aderant, aliquam præstiterit intelligentiam, Scribis vero, & Pharisæis adhuc ex parte celatum reliquerit. Primo igitur loco se vocat ostium ouium: nam etsi superiùs per ostium sacram Scripturam, vel legem Dei legitimum ingrediendi modũ per scribentem explicuerimus, ipse tamen Christus potest dici sacra Scriptura, & Dei Verbum, vt ipse inquantum homo & pastor non ineptè dicatur introijsse in ouile ouium per seipsum quatenus Deus est. Deinde vocans se ostium, hoc sibi tribuit tantùm respectu aliorum pastorum, & ouium, non autem quatenus ipse se postea dicit pastorem, ne videatur per seipsum ingressus nisi modo dicto, nempè Christus homo ingressus est per Deum Patrem, siue per se illum vnum, & eundem Deum. Ad hæc non videtur, Dominum per hæc velle explicare se esse illud ostium, per quod dixit in parabola, non intrare fures, & latrones, intrare vero pastores ouium, sed se iam noua parabola, faciente tamen ex parte ad prioris explicationem, vocare ostium ad distinctionem furum, & latronum, ad quorum etiam differentiam se postea appellat bonum pastorem. Nam cum peruersi Doctores, & populi duces etiam se exhiberent veluti ostia ouium, promittentes illis per se aditum ad fælicitatem, & salutem, occurrit dicens: Ego, non illi qui ante me venerunt, sum ostium: Quod potius dixit propter oues, quam propter pastores, quia subdit: *Per me si quis introierit, saluabitur*: Saluari autem, ouium est, non pastorum,

Ioan. 9 Iudæorũ cæcitas. *Ezech. 34.*

Christi sapientia.

Cur ostium ouium Christus sit, & quomodo.

Improprius sensus reijcitur eorũ verborum Christi: ego sum ostium.

Pastorũ proprium quid sit.

12 Si ostium ouium Christus est, qua ratione idem pastor esse possit.

Christi ostia. *Apocal. 3.*

1. Cor. 15.

13 Christus itẽ quare sit ostium ouium.

Ephes. 2. *Ioan. 14*

Hebr. 10

quorum quatenus tales sunt, munus est saluare. Ex quo etiam consequitur, Dominum etiam esse ostium omnium, post se pastorum, cum omnes tales respectu Christi debeant etiam esse oues. Dominus igitur ex præteritis dictis occasionem sumens separandi se ab alijs, primum ostendit se ostium esse, non illos, & deinde pastorem bonum, non illos.

Posset autem & alia ratione commode adimi ille scrupulus, siue absurdum propositum, quod si Christus esset ostium & pastor, Dominus Iesus esset per se ipsum ingressus. Tolleretur verò hoc inconueniens, dicendo quod Dominus Iesus in priori parte parabolæ antequam inciperet prouerbium explicare, de se in illis verbis: *Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium*, non esse locutum, sed in communi, & in genere de omni bono pastore legitima via, id est, per Christum ipsum intrante; in posteriori verò similitudinis parte, quando vocat se pastorem bonum, nihil de ostio amplius loquitur. In priori ergo parte, tantum de se ostio, in posteriori verò, tantum de se bono pastore verba facit. Et ita scrupulus ille, qui angustias exhibet interpretibus, eripitur: etsi reuera Christus quantũ ad spiritũ attinet, & ostiũ, & pastor, & pascua, & ostiarius sit ille decantatus à dilecto. *Qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.* Ipse denique, *est omnia in omnibus.*

Sed illud tantùm diligenter est inspiciendum, quæ nam ex illis quibusdã locis scripturæ conueniant, & quę non illis consonant. Ait ergo Dominus. *Ego sum ostium ouium*: quia per eius Fidem est aditus ad Ecclesiam, id est, consortium populi Dei, & accessus ad Patrem, siue ad salutem veram, siue quis intret in eam vt ouis, siue vt pastor, vt per eius gratiam perueniat ad gloriam: quia non nisi per eum, *accessum habemus, in vno spiritu, ad Patrem*, rursus: *Nemo venit ad Patrem nisi per me*, & iterum Paulus. *Habentes fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi*, Et hoc, vt Patri reconciliemur, & reconciliati

ciliati seruemur, & inuocantes tanquã charissimi filij parentem, exaudiamur. Est autem Christus ostium vtriusque Ecclesiæ, per quod intrans illi configurari debet, ne alioqui erecta ceruice volens intrare per paruum, & humile ostium, caput sibi comminuat: Ita intrans in Ecclesiam Christo se debet conformare. Et vt Christus vsque ad baptismũ ouis fuit, & pro oue se gessit, à baptismo autem pastorẽ agere cœpit: Ita, vt quis rectè intret per hoc ostium, siue vt ouis, siue vt pastor, illi est configurãdus.

Vt quis intret in Ecclesiam, quid præstare debet.

Quomodo Christus sit ostium pastorum.

Dicamus primùm de eo, qui ingreditur, vt pastor, quia hic Christum imitari debet in potestate: nam vt illam Christus à nullo vsurpauit, sed à Patre accepit, ac ob id publicè mitti voluit voce de Cœlo dimissa in Baptismo: Ita quivis pastor potestatem, & iurisdictionẽ omnem accipere debet à Christo per ministros suos, vt ita quæ ligat, vel soluit in terra, sint soluta, & ligata in cœlo. Debet deinde in scientia Christo cõformari, vt cognoscat oues cuius sint, & cuius pretio redemptæ, & sciat eas nominatim, & agnoscat vultum pecoris sui: vt sciat distinguere inter lepram, & lepram, & nouerit artem illas gubernãdi. Tertiò, in amore sectari debet bonũ pastorem, qui posuit animam suam pro ouibus suis. Vnde dixit: *Simon Ioannis, diligis me. Pasce oues meas.* Et hæc duo postrema ad bonum pastorem spectãt, cum tamen clauis potestatis, & scientiæ satis sit ad pastorem, licet absit amor, & scientia.

14 Pastor in quibus se Christo pastori suo conformabit.

Matth. 3. *Matth.* 10. *Infra* 18. Secunda cõditio. *Prou.* 27. *Deut.* 17. Tertia conditio.

Ioan. 10. *Infra* 21.

Vnde subdit: *Omnes quotquot venerũt, fures sunt, & latrones.* Quia dixit cum coniunctione, *Quia ego sum ostium ouiũ*, & subdit: *Quotquot venerunt*, subaudiẽdum est, ideo, vel propterea, vel quid simile, vt sit sensus: *Quia ego sum ostium ouium*, ideo, *omnes quotquot venerunt*: dicentes se esse ostium, de quo erat sermo, quod nullus Prophetarum dixit, *Fures fuerunt & latrones.* Et ante verbum venerunt, Græcis in codicibus addita sunt duo verba, πρὸ ἐμοῦ, id est, *ante me.* Quod videtur ad complendam sententiã adiectum, quia Græci interpretes nihil super-

15 Illud: Quotquot venerunt, fures sunt & latrones, quẽ sensum habeat.

Iis verbis: Quotquot venerũt, cur additũ à quibusdam ante me fures, &c.

illud meditati sunt, nec Euangelium Syriacum illa verba habet: sed faciunt illi vim in verbo venerunt, videlicet à se ipsis: & non missi. Atque ita hoc verbum contendunt non esse dictum iniuriam Prophetarum, quasi & ipsi fures fuerint, & latrones: Prophetæ enim vere missi sunt à Deo, pseudoprophetæ verò à nullo missi sunt, sed à seipsis venerũt, de quibus Hieremias sæpè ait: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Si verò legamus verbum, *Ante me*, quemadmodum Clemens Alexandrinus libro Stromatum legit: *Omnes qui fuerũt ante aduentum Domini, sunt fures, & latrones*, & Augustinus in expositione huius loci legit: *Omnes quotquot præter me venerunt* rectum sensum habere potest: significat enim: Quotquot ante me venerunt dicentes se esse Messiam, vt Iudas Galilæus, & Theodas, & Herodes, quem quidã pro Messia habebant. Vel, quotquot ante me venerunt: id est meã vocationem, & missionẽ præuenerunt, & non missi fuerunt: vt exponit Clemens. Sicque ante Christũ venire, haud est tempore Christum præcedere, quia sic Moyses, & cæteri Prophetæ fures fuissent, & latrones, vt Manichæus, teste Augustino, ex his Domini verbis probabat, sed ante Christum venire, est aliã quam Christi doctriuam tradere: nam Prophetæ veteres eundem Christum, atque eandem doctrinam, & agnouerunt, & (quanquam rectis verbis) annũtiarunt. Omnes præterea quotquot ante me venerunt, ex se, & natura sua fuerunt fures, & participes furti diuinitatis ab Adã facti: ideò Christus nõ fuerunt, nec boni vt Christum eos audiêre; sed Messiam expectarunt, etiam dum Dominus loqueretur ad eos, dũ legem ferret. Verum hic sensus, etsi verus sit, non tamen videtur scopo Christi deseruire, vt prior.

Hiere. 23. *Infra* 27. *Infra* 29. *Supra* 14. Illud additamentum, quẽ sensum faciat. *Clem. Alexand. lib. stromat 1. paulò ante medium. August. tract. 45. in Ioan. tom. 9. Actor. 5.*

Manichæi de anteriorib⁹ Prophetis blasphemia. *August. lib. 16. contra Faustum. c. 12. tom 6.*

Ante Christum venire, quid sit.

Gene. 3.

Phariſæi verò, & Scribæ, & sacerdotes, qui legitimè non intrauerant, & a Christo populum abalienabant fures erant, & latrones: propterea rectè dixit de præsenti, fures sunt, & latrones, vt eos comprehenderet: ob id simpliciter, vene-

16 Phariſæi cum fures, & latrones.

venerunt, inquit: cùm de Prophetis dicat Scriptura, quòd non simpliciter venerint, sed in nomine Domini. Et rectè vocat eos fures, quia quæstus erant auidi, & latrones, quia tyrannide & violẽtia agebat: nam excommunicauerat omnes, quotquot profitebãtur Iesum esse Christum.

Propheræ vti venerint.

Ioan. 9.

Ac subdit: *Sed non audierunt eos oues.* Quo verbo declarat quod in parabola dicitur: *Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocẽ alienorum.* Et peculiari quadam prouidentia Deus pios, & iustos, ne hæresim aut falsam doctrinam amplectantur, custodit: nam perdita vita, & corrupti, ac depraũati mores nostri, ad hæresim gradum faciunt. Quod Apostolus est testatus, cùm inquit ad Thessalonicenses, illis qui charitatis veritatem non receperunt, vt salui fierent, Deum missurũ operationem erroris, vt credant mẽdacio. Et ad Thimoteum, Fidem, & bonã conscientiam repellentes, asserit circa Fidem naufragare. Oues ergo illos non audiunt, sed fœtidi hirci. Et si aliqua ouicula decepta est ad tempus, deprehẽsa eorum nequitia, eos deseruit, vt Paulus, & Augustinus. Cæcus ergo ille a natiuitate, de quo supra dictum est, fures illos blasphemiam in Christum suadentes audire noluit, & potiùs elegit ab eis eijci, quam illis cõsentire. Est ergo vnicum Ecclesiæ Catholicæ ostium, quo solo patet aditus non solùm ouibus ad salutem, & vitam, sed etiam ipsis pastoribus. Qui autem doctrina Christi, & vitæ sanctitate conspicuus est, certè ad ministeria Ecclesiastica, non propter se, sed propter Christum, nec per se, sed per Christum ingreditur, cùm tamen malitia nostra totalia ostia ad conscendenda maiora subsellia, & pinguiora Ecclesiarum sacerdotia excogitauerit. Est namque porta Regia, siue Cæsarea, per quã permulti aulicæ vitæ professores ingrediuntur. Deinde est porta Aurea, per quam Simonis Magi imitatores Ecclesiastica ministeria ære redimunt, quemadmodum apud Iudæos Caiphas. Tertia est porta sanguinea, qua multi nullis alijs meritis fulti, sed tantum coniunctione sanguinis, supremos Ecclesiæ gradus conscendunt. Quarta est porta muneraria, qua muneribus & largitionibus homines sine literis, & omni virtute destituti magnos viros expugnant, atque dignitates magnas piscantur. Quinta, est porta seruorum, & eorum, qui vel longiori seruitute impensa, aut qui fœdam, & o' scœnam in prostituẽda sorore, aut affini, aut consanguinea, aut aliam quamcunque seruitutem seruiũt, aditum sibi ad Ecclesias obtinendas faciunt, magnaque sibi merita ad illas assequendas comparant. Verum in his quinque ostijs, portis-ve, tanquam in quinque porticibus, iacere solet multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum expectantium sedis vacantis, quasi aquæ motum: quia qui plus gratiæ, & fauoris habet, prior ingreditur in Piscinam: in qua non sanus, sed infirmus, quocunque genere morbi efficitur: Isti scilicet sunt violenti, qui regnum cœlorum (beneficia & præfecturas Ecclesiasticas) quod vim patitur, & expugnationi est expositum, verè rapiunt vt latrones. Istæ quinque portæ designatæ possunt intelligi in illis, de quibus Dominus: *Et porta inferi non præualebunt aduersus eam.* Quod si in Ecclesiam interdum Dei opera iniqui ministri non præualeant; id Dei beneficium est, qui Ecclesiam seruat. Nam quod attinet ad eorum studium & conatum, omnes expugnarent, a Satana priùs ipsi expugnati. Possunt timen qui portæ inferi sunt, gratia Dei in alios viros commutari, quemadmodum nonnullis contigisse certum est. Quanquam procliuius sit plures à sancto vitæ instituto excidere, & in pestiferos, & perniciosos pastores degenerare: quemadmodum de Saule, & Iuda legimus.

Hæretici quales sint.

Ioan. 9.

Portæ quinque, quas nõ Christus ad salutem, sed ad sui perditionem humana excogitauit nequitia.

Iis in portis velati porticibus qui iaceant. *Ioan.* 5.

Matth. 11.

Illæ portæ quibus non absimiles videantur.

Infra 16.

Dei erga Ecclesiam prouidentia.

1. *Reg.* 13. *& infra. Ioan.* 12. *& 13. & seq.*

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Bis dictum est à Domino de introitu per ostium, & bis ab eo dictum, *Ego sum ostium*: quod ab Augustino hoc loco obseruatum est, ad significandum, quòd non solum per ostium ingrediuntur pastores, sed etiam oues:

18 *August. tract. 45. in Ioan.* Quare Christus bis se ostium appellauerit.

oues: vel repetit se esse ostium, vt declaret quorsum se ipsum, & nō alios dixerit ostium, ex eo videlicet, quod ipse verè exerceat officiū ostij ouilis. Est nāq; ostij ouilis seruare oues in caula cōclusas ab aëris iniuria, ab incursu noxiarū bestiarum, a latronibus, & abigeis, ac præbere exitū ad pascua prodeuntibus, & introitum a pascuis reuertentibus. Ita sanè Christus omnia hæc beneficia ratione præditis ouibus suis præstat. Deinde ostendit se vnum eundemque esse, qui & antiquos pastores Moysen & Prophetas dedit in ouile Iudæorum, & qui nunc electione sua nouos emittat Apostolos in ouile Gentium. Præterea, vt indicet Christum esse ostiū, quo solo ad præsentem gratiam, & futurā gloriā peruenitur.

Psal. 83

19 Quomodo Christus sit ostium ouiū.

Quomodò autem sit ostium pastorū, dictum est: iā quomodò sit ostiū ouiū, dicendum, quanquam omnes respectu Christi oues sint. Ait ergo: *Per me si quis introierit, saluabitur.* Est autem ad Christum, qui ostiū est, Fide, & Sacramento intrandū, saltē in voto: sed vtrumq; varium est. Nā in lege naturæ ostiū intrabatur a multis, nō visum, quia Fides implicita, quæ continetur in illis articulis, *Quia est, & inquirentibus se remunerator sit*, cùm esset supernaturalis, & de obiecto supernaturali, satis erat ad intrandū: quanquam non deessent columnæ, & magni viri, qui etiam eo tēpore in Christum, tanquā in ostiū apertū, per Fidem explicitā intrarent. Idē etiam contigit in lege Moysi, sed apertius erat ostium, & Fides magis perspicua. In Euangelio verò, vbi Christus est exhibitus, & Fides explicatior de illo tradita, in illum credere iubemur. Sed quoniam hoc ostiū multis, & elegantibus saxis veritatū est constructū, & varijs tēporibus illæ veritates sunt reuelatę, satis est ad salutem id credere, quod illo tēpore credendū esse tradit Ecclesia, iuxta illud Apostoli: *Verumtamen ad quod peruenimus, vt idē sapiamus, in eādem permaneamus regula.* Nō enim est quis pars prioris Ecclesiæ, nisi per præsentem: neque præsentis quis est pars, nisi quæ definita sunt hoc tempore, credat. Debet autem quis intrare, conformando se Christo mortuo, tum in innocētia a malo, & fuga peccati, fœcunditateque operum bonorū. Per me ergo si quis Fide, & Sacramento intrauerit, saluabitur, id est, salutē cōsequetur, in primis per gratiā, deinde per gloriam, neq; morietur captus in furto, sicut intrans per murum.

Philip. 3

Ouis vt intret per ostiū Ecclesiæ.

Duplex salus in illam introeuntium.

20

Et ingredietur (inquit) *& egredietur, & pascua inueniet.* Fur quandoque non valet ingredi, quandoque etiam non potest egredi; ac proinde ad hoc alludens ait, *Et ingredietur, & egredietur*, siue pastor, siue ouis. Per ingressum, & egressum significatur, tropo Hebræo, magna securitas, libertas, & fiducia eorum, qui in Christum fideliter credunt: Vnde illud: *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum*; id est, Dominus prosperet omnem actionem tuam, siue domi, siue foris. Et Dauid scribitur fuisse ingrediens ante filios Israël, & in omnibus prosperè gessisse. Atque hic est sensus Chrysostomi, & Theophylacti. Quanquam B. Augustinus ingressum referat ad exercitium hominis interioris; & egressum ad exercitium exterioris; quia credenti in Christum illud expedit, vt per Fidem interius quæ Dei sunt, cogitet; & per eandem foris etiam in proximi exemplum operetur salutaria opera. Fit etiam ingressus in Deitatem, ad eam contemplandam: & egressus, ad eius humanitatem imitandam: & in vtraque pascua intellectualia inuenit. Addit & aliam expositionem Augustinus, vt per ingressum intelligamus introitum in Ecclesiam per Fidem Christi; per egressum verò, discessionem ex hoc mundo ad Patrem cœlestem. Et vbique pascua inueniet: etsi olim in Lege constituti, morientes, pascua non inuenirent, quia paradisus nondum erat reseratus, vt modò est. Porrò *Pascua*, ait, *inueniet*; illa videlicet, de quibus apud Ezechielem dicitur: *In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israël, erunt pascua earum.* In hac enim vita habent diuinæ doctrinæ, & sacrosancti corporis, & sanguinis Christi, & consolationis internæ pascua vberrima, ita vt nihil illis desit; in futura

Per ingressum, & egressum quid Dominus significet.

Psal 120.

Quid illud Prophetæ: Dominus custodiat introitum tuū, & exitū tuū.

1. Reg. 18.

Chryso. homil. 58. *in Ioan. tom.* 3.

Theophyl.

Altera sententia.

August. tract. 45. *in Ioan. tom.* 9.

Altera eiusdē interpretatio.

Pascua quæ nam sint ingredientis per Christū.

Ezech. 34.

tura verò pascua illa, quæ ex visione, & possessione, ac fruitione Dei, & sanctæ Christi Humanitatis, & ex Angelorum, & Beatorum contemplatione habebūt, *Isa.* 64 1. *Cor.* 2 *Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Pulchra antithesi se declarat verum esse pastorem, furi oppositū. In ipso quidem corticis exemplo verū est furem non venire nisi vt furetur, & furto ablatum mactet, & perdat: in applicatione tamen ad fures significatos per parabolam, sic est accipiendum, nō quasi hoc illi simpliciter spectent, & intendant, mactare scilicet, & perdere, sed quia sic se habent, ac si intenderent, & proinde fures non esse salutis ostia, sed perditionis, & inferorum portas; de quibus alio loco dixit Dominus: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Qui verò ad ecclesiasticam dignitatem, & præfecturam malis artibus perueniunt, aut ambitione, aut vt quæstum faciant, etiam cum graui ouium scandalo, & incommodo, etiam illi prauis suis exemplis, aut doctrinæ negligentia subditos suos mactant, & perdunt. Est ergo Christus furi oppositus. Nam fur, siue hic intelligatur Diabolus, qui caput est omnium pseudoprophetarum, & pseudoapostolorum, siue sit quicunque falsus minister, & hæreticus, siue se ipsum ingerens, & intrudens, non venit nisi vt furetur oues, eas à veritate auertendo. Deinde vt mactet, tollendo vitam spiritualem homini: & vt perdat, ad æternam damnationem deducendo, etiamsi non semper finem suum hunc assequatur. Christus verò venit non solum vt vitam habeant Fidei, & gratiæ spiritualis, qua viuunt fideles in præsenti tempore, sed etiam abundantius habeant: vt Augustinus interpretatur, vitā gloriæ habeant in futuro. Vel non solùm viam iustitiæ inchoatam, sed etiam vitam proficientem, & progredientem ad vlteriora, iuxta illud Apostoli: *Sic & ambuletis, vt abundetis magis*; donec pertingant ad plenam, & perfectam abundantiam, quæ est in cœlis, Quam Patres

Christū non esse furē, sed pastorem.

Quī verū sit, furē nō venire, nisi vt furetur, & mactet, & perdat.

Matth. 16.

Quales illi sint fures in Ecclesia.

Quomodo furētur oues, mactent, & perdant.

Quam vitam Christus venerit vt oues haberent, & abundantius haberent.

August. in eodem loco.

Thessal. 4.

Veteris Testamenti habere non poterant, quia *iuxta Fidem defuncti erant omnes illi non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes*, vt inquit Apostolus. Vitam etiam abundantius habere dicuntur, quia non tantùm pro se ipsis vitam habent, sed etiam illā in alios effundere possunt. Vt quemadmodum mors, quam per peccatū Adæ incurrimus, operatur in nobis mortem secundam, & apta suapte natura est in alijs mortem efficere, ita vita iustitię per Christum donata parere potest vitam æternam, & alios ad vitæ huius participationem inducere, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis iure debetur honos, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

Qualis cœli abundantia. *Heb.* 11

Quare etiam credentes vitam habeāt, & abundantius habeant. *Rom.* 5

TRACTATVS XV.

Super eandem parabolam veri Pastoris intrantis per ostium, & non ascendentis aliunde. Ioan. 10.

EGO *Sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suā dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt Lupum venientem.*

1

Hæc quæ sequuntur, à Domino sunt proposita ad explicationem præcedentis parabolæ, siue prouerbij. Et quia ad eundem scopum spectant, ad quem priora, non opus est nouum finem excogitare, sed tantùm expositionem textus proponere, Iudæorum enim calumniantium malitia, & cæci nati illuminatio in causa fuit, vt hæc verba tam pulchra Christus loqueretur. Nam qui prius se Fontem aquæ viuæ, Panem vitæ, & Lucem mundi appellauerat, modo se Ostium ouium, & ex eo quod dixerat: *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant*, bonum pastorem se vocat: vt tot cognominibus Christi exci-

Qua occasione Christus dixerit, se etiam esse bonum Pastorem, & reliqua, *Ioan.* 4. & *infra.* 5 *Infra.* 6 *Infra.* 8 & 9.

A quibus Christus cognomentis abstinuit.

sti excitati, discamus illi niti, & confidere, illum sitire atque diligere. Noluit autem cognomina accipere quæ terrorē incuterent, vt, Dominus, Iudex, Deus fortis, Zelotes, Deus vltionum, sed quæ per se alliciant, ac promissis trahant. Quemadmodum autem superiùs differentiam inter pastorem & furem assignauit, quo se pastorem à furibus & latronibus separaret; ita nunc assignat discrimen inter pastorem bonum, & pastorem malum, qui est mercenarius, atque ea ratione se à mercenario distinguit.

2 Christus pastor bonus duplici nomine.

Probat autem se esse bonum pastorē, dupliciter. Primò quidem directè, ostendendo proprietates boni pastoris sibi competere; deinde obliq; per hoc quòd proprietates sui oppositi, id est, mercenarij, sibi non congruunt. Primò igitur conclusionem ponit, cum ait: *Ego sum pastor bonus.* Quod Græcè significantius cum articulis profertur. Ἐγώ εἰμὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, id est, *Ego sum ille Pastor, ille bonus:* imò teste Petro, *Princeps Pastorum*, & teste Paulo, *Pastor magnus*, & ab Ezechiele dicitur, *Pastor vnus*, & modò suo ore se vocat Pastorem bonum. Est ergo Iesus per excellētia pastorum princeps, magnus pastor, vnus pastor, & pastor bonus. *Ego sum*, inquit, *pastor bonus*, ex me ipso, cæteri fures fuerunt, & latrones, Lupi, & mercenarij sua natura & ingenio. *Ego sum*, cui sicut summo modo cōpetit esse, quia habeo esse immutabile, æternum, & minimè ab alio pendens, ita summo modo mihi competit pascere, quia non egens pastu omnia pasco. Solus etiam sum bonus: quia *nemo bonus nisi solus Deus.* Et si autem videatur se his verbis laudare, & commēdare, hoc propter nos, non propter se fecit. *Qui enim laudibus non eget, nec verbis honorificus fit maior, vel sublimior, tutò se potest laudare*, vt ait Magnus Gregorius. Nos verò, quia habemus vnde doleamus, & erubescamus de præteritis, & vnde formidemus in futurum, & in præsenti sine defectu non sumus, non possumus, neque debemus ore proprio nos laudare. Deus tamen per se laudauit Iob, Præcursorem, Centurionem, Chananæam, & alios, & per suos Apostolos alios commendabat interdum: quia, vt dixi supra, virtus laudata crescit.

1. Pet. 5. Heb vlt. Ezech. 34.

Christi pastoris epitheta. Christus vnde sit pastor bonus.

Luc. 18. Quàm conueniat Christus hoc de se ipso testatus sit.

Congruit autem epitheton Pastoris Christo multis de causis. Primò quidē, quia frequenter Prophetæ illum Pastorem vocant: *Dominus*, inquit Dauid, *pascit me* (vt Græca littera habet) *& nihil mihi deerit*, Isaias; *Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit:* Hieremias; *Et ego non sum turbatus te pastorem sequens:* Ezechiel; *Suscitabo super eas Pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid:* Et Zacharias, *Percutiam Pastorem, & dispergentur oues.* Deinde figuratus est in magnis, & excellentibus viris, qui pastores extiterunt, vt Abel iustus, Iacob patiens. Ioseph prudens, Moyses mansuetus, Saul magnanimus, Dauid vir secundum cor Dei, Amos simplex, & pastor, & duodecim fratres, & Patriarchæ dixerunt Pharaoni, *Viri Pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsque in præsens, & nos, & patres nostri.* Christus autem, iustior est Abel, patientior Iacob, prudentior Ioseph, mitior Mose, fortior Saule, Dauide sanctior, simplicior Amos, & pastoribus, quibus reuelata est Christi natiuitas, vigilantior. Tertio quadrat res ipsa, quia vox Pastoris significat prouidentiam in pascendo mundo. Et quia qui dat esse, debet dare alimenta, ideo cum omnia per verbum creata sint, verbo etiam pascuntur, & sustentantur. Omnia etiam, quia ex nihilo facta sunt, facilè in nihilū redirent, nisi ipse Christus sustentaret. Et ita omnia, præter ipsum egent pastu, & cibo suo, ne deficiant: nam vel ipsi Angeli, quipuri sunt spiritus, cibo suo inuisibili, vt dixit Raphael apud Tobiam, vtuntur. Et ideo dicitur à B. Petro, *Pastor, & episcopus animarum nostrarum.* Homini posito in statu innocentiæ, & in paradiso terrestri collato, prospexit de ligno vitæ, sicut Israeli posito in deserto prouidit de manna, & nobis præcepit dicere: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, vt edemus Panem vitæ, qui caro eius est: Et in cœlo

Quos per se Christus cō mendauerit, Matth. 11.

Supra 8. Infra 15.

3 Quàm apte nomen pastoris Christo conueniat.

Psalm. 22. Isaiæ. 40. Hier. 17. Ezech. 34. Zacha. 13. Matth. 26.

Secunda ratio. Christus pastorin quib. fuerit adumbratus eius excellentia.

Gene 4. Infra 46. Amos 1. Gen. 46.

Luc. 2. Tertia ratio Pastoris vocabulum quid denotet.

Ioan. 1.

Tob. 12. 1. Petr. 2. Gen. 2. Exod. 16. Matth. 6. Ioan. 6.

in cœlo promittit mensam, in qua edamus, & bibamus. Et si ergo omnia pascat; præcipuè tamen pastor est hominis creati à se redempti, & sua die glorificandi. Et licet Christi verba summæ veritatis in se sint, & ob id fide digna: probat tamē se ab effectu bonum pastorē: quia *Bonus pastor*, inquit, *animam suam ponit pro ouibus suis.*

4 Quomodo sit rationi consonum, Christus vt animam suā ponat pro ouibus suis longè pretiosiorem.

Obijcit aliquis; rationi haud esse cōsentaneum, vt id quod nobilius est, pro ignobiliori reponatur: Constat autem, vitam vnius hominis, præstare vitæ quorumlibet animantium. Respondemus: quod pastor quatenus est talis oues amans, ille habetur bonus, qui pro tuendo grege suo à belluis inuaso, periculo vitæ se exponit. Vnde Dauid: *pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat Leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: Et persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Nam & Leonem, & vrsum interfeci ergo seruus tuus.* Sed hoc præstitit Diuina gratia in illo, postquam vnctus est à Samuele: quemadmodum & Samson Leonem interfecit. Dauid autem cum puer esset, non hoc narrauerat, ne fortè non ei crederetur. Licet itaque pastor bonus sit, qui animam ponit pro ouibus; non licebat tamen ei, quatenus homo erat, quia rationis non est vitam ouis propriæ vitæ præferre: & vt dixit Satanas, *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Licitum autem est, quando vita nostra, vel exercitium virtutis pendet ex ouibus: nam tunc non est finis vltimus ipsa vita ouium, sed vita hominum, qui ouibus sustentantur. Ita etiam pro tuendis bonis communibus Reipublicæ, licet vitā periculo exponere. Immo B. Thomas Cantuarienſis pro tuendis bonis temporarijs Ecclesiæ suæ, necem constanter sustinuit. Nec enim bona temporaria talia sunt, vt pro illis vita sit post habenda, sed quia virtus erat immunitatē, & libertatem Ecclesiæ defendere. Vitā autem temporalem, pro vitanda morte alterius spirituali, vel æterna, in discrimen adducere, cum ratione, & æquitate maxime est coniunctum: quod Christus pastor pro animabus nostris redimendis fecit. Et tunc non quod nobilius se positum est pro eo, quod est minus nobile, siuè id quòd maius est, pro eo quod minus est: quoniam nostram redemptionē operatus est præcipue pro Dei gloria illustranda, quæ vitæ humanæ Christi meritò fuit præferenda.

1. Reg. 17. et Eccles. 47. Dauidis pueri plusquam virilis fortitudo, robur.

1. Reg. 16. Iudic. 14.

Iob. 2.

Quatenus liceat mori pro ouibus.

B. Thomas Cantuarien. Episcopus, & martyr exemplum boni pastoris.

5 Quam bonus pastor Christus.

Ad rem igitur, Christus dicitur Pastor bonus; id est, amans; & communicans se, & sua cuiuis oui, quia propter hominem *Reliquit nonaginta nouem in deserto, & venit vt quæreret, & salvum faceret quod perierat*, & vt ipse dixit, *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel:* & misericordia ad illas motus est, *eo quod essent sicut oues non habentes pastorem.*

Luc. 15. Ibidem. Matth. 15. Supra 9.

Qua ratione Christus animam posuerit pro ouibus suis.

Posuit autem animam pro ouibus: non solum congregando illas verbo prædicationis, & pascendo Euangelica doctrina, & sanando scabiosas, & infirmas, peccata eorum remittendo; sed etiam cibum in cœna moriturus instituit, ne oues suæ vnquam fame perire possent. Intrauit per lutum, & per spinas, & clauos Crucis, vt ouem perditā recuperaret, denique mortuus est pro ouibus suis. Hæsitque pedo Crucis, tanquam pastor baculo: & demisso capite quasi portaret super humeros suos ouē perditam: aperuitque sinum lateris sui, in quo agnos, & fœtas oues portabat iuxta Esaiæ vaticinium. Suscitatus à morte, prouidit de pastore loco sui: *Pasce*, inquit, *oues meas: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autē Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autē pastores, & doctores:* Et in iudicium venturus est, vt tanquam pastor segreget oues ab hædis, id est, bonos à malis, & bonos tanquam oues in pascua pinguia, & vberrima gloriæ, vt ibi in æternum pascantur, deducat. Boni autem pastores, qui Christum imitari volunt, satis animam suam ponunt pro ouibus, si expendant cogitationes suas, labores, studia, & preces pro sibi commissis ouibus pascendis, & à luporum incursi-

Ioan. 19. Isa. 40. Ioan. vlt. Ephes. 4. 1. Cor. 12. Matth. 25.

Bonipastores animam pro ouibus suis ponent quando.

bus tuendis. Quod si quis hæc pro illis non præstet, vel bona temporaria in eorum vsus, cum indigent, non eroget; profectò quæ maiora sunt, vt vitam pro eis ponere, nunquam faciet.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt Lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & Lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est; & non pertinet ad eum de ouibus. Addit probationem obliquam ab oppositio boni pastoris. Est autem mercenarius, qui mercede conductus, pascit alienas oues. Vbi aduertendum est, duplicis generis inueniri mercenarios. Qui enim propter mercedem æternam, quæ Deus ipse est, operantur, non sunt mercenarij reprehensibiles, cum virtutis opus sit propter talem mercedem, secundaria tamen intentione laborare. Et tales mercenarij erant Apostoli, de quibus illud dictum: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus*, vt B. Ambrosius exponit, & Petrus dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Et Dominus; *Voca operarios, & redde illis mercedem*, & Abrahæ dictum est: *Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis.* Et Moyses *aspiciebat ad remunerationem*, quemadmodum & Dauid, *inclinauit cor suum ad faciendas iustificationes Domini in æternum propter retributionem.* Tales ergo mercenarij boni, & iusti sunt, & res dominorum suorum sine fraude, & diligenter curant: ac tales simul sunt mercenarij, & pastores respectu Christi, cuius gregem pascunt. Alij verò mercenarij sunt, & non pastores, quia præcipuè spectant ad mercedes temporales & emolumenta terrena, talesque cum ob præmium vile operentur, de quibus hic ait Dominus: *Mercenarius autem, & qui non est pastor: cuius non sunt oues propriæ.* Et idcirco coniũctio, &, accipienda est expositiuè pro id est, qui non sit talis pastor, vt eius sint oues propriæ. Et ita Gregorius pulchrè in hæc verba ait: *Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues Dominicas, sed ad temporales mercedes pascit.* & Augustinus in hunc locum: *Sunt quidem Ecclesiæ præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit: Sua quærentes, non quæ Iesu Christi: Quid est, sua quærentes? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, Lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes: hæc quando amantur è proposito, & propter hæc seruitur Deo, quisquis est talis, mercenarius est, inter filios se non computet.* Basilius Homilia de Martyre Mamante: *Mercenarij sunt*, inquit, *qui propriũ compendium curant. Qui præsentia sectãtes ad futura nõ aspiciunt; mercenarij sunt, non pastores.* Hæc illi. Habes igitur ex horum patrum doctrina, qui sint propriè mercenarij: quales hodie multos videre licet, qui pinguia beneficia possidentes, extra habitum incedũt, quia de eo erubescunt, etsi de fructibus glorientur: Officium Diuinum non celebrant, sine caussa à grege suo absunt: doctrinam qua pascant, non habent: per ostium non sunt ingressi: & quod peius est, cũ in bonis Christi deliciati fuerint, fugam à statu clericali meditãtur, & fructibus beneficij à se dimissi pensionis nomine reseruatis, ad nuptias cõuolant. Quid de his sentias, nisi meros fuisse mercenarios, & non pastores.

Mercenarius quis.

Duplex genus mercenariorum.

Apostoli quales mercenarij. *Luc.15. B. Ambros. lib.2. in Lucam c.28. tom.5. Matth.19. Infra 20. Genes.15. Heb.11. Psal.118.*

Boni mercenarij, & iusti qui sint.

Mercenarij, & non pastores quinam illi.

B. Greg. hom.14. in Euang. in fi tom.2. August. tract.46 in Ioan. tom.9. Philip.2.

Sua qui quærant, & non quæ Iesu Christi.

Basil. Hom. 26. paullò post medium tom.1.

Mercenarios quos iure appellaueris hoc tẽpore.

7

Describit autem mercenarium ab eo quod non est pastor, & ab eo quòd non sunt oues eius propriæ, Innuens, vt diximus, esse mercenarios nonnullos, qui Dei gratia pastores sunt, etiamsi oues non sunt proprie, quia omnes animæ Christi sunt, & iure creationis, & redemptionis, oues eius propriæ existunt. Sed isti qui propter CHRISTVM gregem suum diligenter pascunt, oues proprias affectu dilectionis, & Domini assignatione sibi faciũt: quia enim indiuidua charitate Christo iunguntur, vnum cum illo sunt effecti, vt dicere possint cum Paulo: *Viuo ego, iam non ego; viuit verò in me Christus.* Vnde & veri efficiuntur pastores, & oues, non vt alienas, sed vt proprias pascũt. Alij autem sunt mercenarii, qui oues

Mercenarij tamen qui pascant gregem Dei.

Ioan.21.

Ezech.18.

Gal.2.

oues sibi assignatas proprias non deputant, sed tantum emolumenta, & fructus, ad quæ spectant, & illa sibi propria censent. Etsi ergo pastores & mercenarij in hoc conueniant, quod accipiunt curam pascendi oues alienas, id est, quæ Christi sunt, & non propriæ: distinguũtur tamen, quia pastores oues propter Christum pascũt, illas plusquã sua, plusquam suos, plusquam se ipsos diligũt; ac proinde oues proprias faciunt: Mercenarij verò mercedem propter se ipsos diligunt, & quærunt, & ideo oues semper alienas ducunt.

Qui vero nõ pascant, veràm pascantur ipũ à grege.

Mercenarij à Pastoribus quomodo distinguantur.

8

Vbi illud etiam diligenter est aduertendum, pastorem dupliciter dici: propriè, & impropriè. Proprie quidem eum, qui custodiæ gregis pascendi deputatus est, & per se ipsum, vel suos pascit: improprie verò eum, qui dominus est, & cuius peculium, & substantia in gregibus ouium sita est, etiamsi nunquam per se pascat. Qua ratione dici potest fratres Iosephi dixisse Pharaoni interroganti quid haberent operis. *Viri pastores sumus serui tui, &c. & nos, & patres nostri*, id est, hæc est nostra diuitiarum possessio: Et isti per se ipsos nullam curam exercent ouilis, sed per famulos suos. Christus ergo vtroque modo pastor fuit: nam & dominus ouium erat, & ipse per se ipsum dum vixit, pauit eas: & in morte alijs pastoribus idoneis pascendas tradidit. Atque isti pastores haud sunt domini ouium, vt per se de illis possint disponere pro suo arbitrio, sed tanquam famuli, & custodes destinati ad tuendum, & pascendum gregem, & ideo se ministros, & seruos ouium agnoscere debent, non dominos. Deinde per se ipsos gregem custodire, & curare obstringuntur, neq; possunt, sine legitima caussa, à grege pascendo abesse, aut alijs mercenarijs illum committere, quo ipsi interim inaulis principum otiari, & deliciari valeãt. Quanquam, si ouile sit magnũ, possint, & debeant alios assumere, qui operas subsidiarias in pascendo, hoc est, in prædicatione, Sacramentorum administratione, & gubernatione ouium spirituali præstare queant. Atque isti ante oculos habere debent exemplum boni pastoris Iacob, qui gregem Laban auunculi sui pascebat, cui dixit: *Oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam: quicquid furto peribat, à me exigebas: die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Hæc si serio cogitarent, & meditarentur nostri seculi pastores; & sibi hæc officia secundùm spiritum ouibus suis præstanda intelligerent, profecto aliam viuendi rationem inirent. Habes igitur differentiam inter Christum pastorem, & alios nostros, etiam bonos pastores, ex quibus quidam suo vitio degenerarunt in mercenarios, de quibus asseruit: *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt Lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.* Hoc est, bona fide rebus tranquillis gregem procurat: at vbi accedit persecutio, & Lupus inuadens ouile, tunc pastor ne sit, an mercenarius, detegitur, quia magis pro se, quàm pro ouibus solicitus relinquit oues, & vitæ suæ consulere conatur. Per Lupum intelligimus dæmonem ouibus perpetuo insidiantem, & vel per se, vel per hæreticum organum suum occultè, & fraudulenter gregi nocentem, vel per tyrannum apertè oues dissipantem, & occidentem. Hic est Lupus, quem videns mercenarius, dimittit oues, & fugit, de quo Zacharias ait: *O pastor, & idolũ, derelinquens gregem.* Quibus verbis depingit mercenarium, qui verbo quidem est pastor, reuera autem est idõlum, id est, pastor pictus, & non viuus, & instar idoli, siue simulacri. *Os habet, & non loquetur: oculos habet, & non videbit: aures habet, & non audiet: manus habet, & non palpabit: pedes habet, & non ambulabit: non clamabit in gutture suo.* Nam talis non habet doctrinam, quam loquatur ad populum, neque oculos ad necessitates ouium commiserandas, nedum subleuandas; sed tantummodo ad tondendum, & accipiendum lac, & caseum. Non habet aures, quas lucro temporali obturatas habet, & sæpè absens est, vt illas audire non

Pastor duobus modis dicitur.

Gen.47.

Exod.46.

Iacob ouũ pastor, Christiani boni pastoris typus.

Lupus rapax ac dispergens oues quis.

Zacha.11.

Mercenarius pastor idolũ à Zacharia cur dictus.

Psal.113.

Possit; ac idcirco merito auribus destitutus censeri potest. Manus habet, non ad orandum, aut sacrificium offerendum, aut ad succurrendum ouibus indigentibus, sed ad rapiendum fructus Ecclesiæ suæ, & percutiendum sententia excommunicationis, nisi fideliter, & integrè decimæ reddantur. Pedes habet, non ad visitandum diœcesim, & ad educendum oues, in pascua, vt ante eas vadat, sed vt viso Lupo, aut persequutione orta fugam arripiat, & oues suo auxilio, & præsidio destituat. Pulchrè autem hæreticus, Lupus dicitur, vt Dominus inquit: *Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces*; & Paulus in Actis: *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam Lupi rapaces in vos, nõ parcentes gregi*: tales quippe mentiuntur vocem ouium, id est, sanam doctrinã, vt magis seducant. Sunt insatiabiles isti Lupi, quia omnes quos possunt, iugulant: miro odio prosequuntur canes, id est, Ecclesiæ Doctores antiquos, & nouos, qui illos à præda impediunt, & retardant. Quanquã teste Augustino, Lupus Africanus fingit interdum vocẽ canis, & pastoris, noctu dormientibus pastoribus ingreditur ouile: quia per negligentiam pastorum deferentiũ Ecclesias, oues pereunt.

Hæreticus Lupus quam verè dicatur.

Matth. 3.

Actor. 20.

Augustin. Africani Lupi quid proprium, teste Augustino.

9

Quòd si fortè obijcias, non tantum mercenarium fugere, sed etiam verum pastorem, quia Christus quandoque se subtraxit à volentibus ipsum præcipitare, siue lapidare, & Apostolis dixit: *Quum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.* Respondeo: Bonus pastor tunc tantùm fugit, quando solus ad necem quæritur, vel quando infirmatur, & aer illius Ecclesiæ non est sibi propitius. Sed non dimittit oues, quia etiam absens curat, vt Christus, qui fugit, & Paulus per sportam dimissus, & Petrus ex vrbe fugiens ad importunas fideliũ preces, & Athanasius, & Cyprianus, atque permulti alij sanctitate conspicui viri: nam tales fugiendo seruabant se in vtilitatem ouium suarum, & per alios, siue per epistolas interim pascebãt. Fugit autem mercenarius duobus modis:

Luc. 4. *Ioan.* 8. *Infra* 10. *Matth.* 10. Si veniente Lupo bonus pastor nõ fugit, cur interdũ ipse Christus persequentium se manus effugit. *Actor.* 9.

aut locum mutando, vt nostri, qui ferè semper absunt; vel tacendo, etiamsi solum non vertant, solatium, & patrocinium debitum minimè adferendo; ne videlicet temporaria lucra, ad quæ potissimum aspiciebant, & hominum beneuolentiam amittant. Vnde pulchrè Bernardus ait sermone de cõuersione, ad Clericos: *Persequutio quidem indubitanter mercenarios à pastoribus segregat, & discernit. Quando enim transitoria damna non timeat, qui temporalia lucra sectatur? Quando terrenam sustineat persecutionem propter iustitiam, qui terrenam mercedem plusquam iustitiam quærit?* Sic Bernardus. Et Augustinus, eum qui timore alicuius periculi silet, nec se Lupo opponit, fugere censet. Ait namque: *Ecce nescio quis peccauit, grauiter peccauit, increpandus est, excommunicandus est, sed excommunicatus inimicus erit, insidiabitur, nocebit cùm poterit, iam ille qui sua quærit, non quæ Iesu Christi, ne perdat quod sectatur, humanæ amicitiæ cupiditatem, & inimicitiarum humanarum incurrat molestiam, tacet, non corripit: tu tace, non increpas, ò mercenarie: Lupum venientem vidisti, & fugisti, Fuga animæ timor est: corpore stetisti, spiritu fugisti?* Sic ille.

Mercenarius fugit dupliciter.

Bernar. ser. de conuersio. ad Cleri. cap. 31.

Effectus persequutionis.

Matth. 5.

Augu. tracta. 46. *in Ioan. nem, in fin. tom.* 9.

Philip. 2.

Ac reddens rationem Dominus fugæ mercenarij, subdit: *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.* Id est, amator est mercedis, quæ sibi periret, si se opponeret. *Et non pertinet ad eum de ouibus.* Id est, Non est illi in corde cura animarum: alioqui re ipsa verè ad illum pertinet, & iure vtique deberet adeò cordi habere gregem, vt etiam mortem pro eo susciperet: sed cura est tantum lanæ, vt diximus, casei, lactis, & carnis: neque munus accepit pastoris propter oues, sed propter se ipsum. Quod si mercenarij, qui vident Lupum, siue tyrannum sæuientem, & fugiunt, à peccato non excusantur; quomodò qui nullo Lupo insistente, & velut impij, nemine persequẽte, ex caulis ouium ad aulas Romanas, vel Regias, ad otiandum, & deliciãdum confugiunt, vlla erunt digni excusatione. Profecto caput a corpore præcisum

Quid est: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est; & nõ pertinet ad eũ de ouibus.

Mercenarij oues tantum vt curent.

Mercenarij omnino inexcusabiles qui sint.

Prou. 28.

cisum non viuit; vir ab vxore distans nõ generat; pastor ab ouili segregatus, causa est perditionis ouium. Quemadmodum, teste Philosopho, absentia nauitæ, caussa est nauis amissæ. De Lupo autem ait, quòd rapit, & dispergit oues: quia ad literam, Lupo ingrediente ad ouile, quædam ab eo rapiuntur, & ideo deuorantur; aliæ verò metu dissipantur, & disperguntur. Et iuxta sensum propositum, & principalem, dæmone per se, vel per suos ministros ingrediente in Ecclesiam, quosdam quidem ita rapit, & trahit in hæresim, qui postea dispergũtur ab ouili Ecclesiæ in aliam caulam hæreticorum: & ita ijdem sunt, qui rapi, & dispergi dicuntur. Vel quidam rapiuntur per falsas doctrinas, & per peccata & scandala; alij verò dispergũtur, dum dubitant vbi consistere debeant, & quæ sit vera Ecclesia Christi, & quis sit verus pastor ab eis audiẽdus.

Aristot. libr. 3. *Politic. c.* 3.

Quomodo Lupus rapiat, & dispergat oues.

10

Quod si forte obijcias verbum Domini, qui de ouibus suis ait: *Non peribũt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea*: quod inferius in hoc eodẽ capite habetur: respondendum est, vocem ouis latè patere in Scripturis. Interdum enim Israelitæ oues dicuntur: vt cum dixit se missum ad oues quæ perierunt domus Israel: & Dauid: *Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ*: & iterum, *Nos populus pascuæ eius & oues manus eius*: & Ezechiel: *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis.* Interdum etiam significat Gentiles, vt cũ Dominus hic ait: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili*, & cum Christus dixit Petro, *Pasce oues meas*, non tantum Iudæos, neque tantum Gentiles, sed omnes quotquot Christo nomen dederunt, & illi se pascendos tradiderunt, significat.

Oues cũ multæ Christi pereant, vt non peribunt in æternum. *Ioan.* 10.

Vox ouis in Scripturis quàm latè pateat. *Matth.* 15. *Psalm.* 73. *Psalm.* 94. *Ezech.* 34. *Ioan.* 10. *Infra* 21.

11

Alij vero dicunt, per oues significari prædestinatos, & ad vitam æternam electos. Quæ distinctio hic locum habere non potest, quia dicitur quod Lupus rapit, & dispergit oues: quod de raptu, aut dispersione ad tempus intelligi nequit, quia quotquot sunt in ouili Ecclesiæ, oues sunt, & ita nullas vnquam Christianus periret, neque esset cur per Prophetam oues perditæ sanguinem de manu speculatoris requireret, si nulla ouis vnquam perire posset. Et violenta est interpretatio, *Pasce oues meas*, id est, electos: quis vnquam pastorum nouit electos, aut prædestinatos?

Oues hoc loco intelligentium prædestinatos, confutatur sententia.

Ezech. 33.

Ioan. 21.

Quod ergo dixit Dominus, *Non peribunt in æternum*, scilicet mea negligẽtia: secus est si ipsi velint perire, vt Iudas. *Et non rapiet eas quisquam de manu mea*: Inuitam scilicet, & nolentem, quam ego per Fidem, & gratiam sustento, & tentari non patior supra id quod potest: tũc enim caussa perditionis imputanda est ipsi oui, quæ perire voluit, & nequaquã pastori.

11

Oues Christi quæ non pereant in æternum. *Matth.* 27. *Ioan.* 18. 1. *Cor.* 10.

12

Docet ergo Dominus hac parabola, quibus indicijs verus, & Euangelicus pastor à mercenario discernatur, sicut in priori docuit quibus notis fur dignoscatur à pastore: non enim est idem fur, siue latro in ouili, quod mercenarius. Nam fur, est hæreticus falsa docens; mercenarius verò, qui etsi ingressus sit per ostium, & sanam doctrinam tradat, periculo tamen ingruente, declarat se magis proprij commodi rationem habere, quam gloriæ Dei, aut ouium salutis. Et Pharisæi quidem, & scribæ notãtur fures, quatenus populum à Christo auocabant, mercenarij vero, quatenus, etsi quæ legis sunt, docerẽt, ad commoda, & lucra propria tantum spectabant, de quibus Væ interminatur Propheta: *Væ inquit pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur?*

Furis à mercenario discrimen.

Pharisæi cur fures, & mercenarij.

Ezech. 34.

13

Congruit etiam hæc parabola non tantum ad informandos Ecclesiasticos pastores, sed etiam seculares, id est, Reges, & iudices, & prouinciarum administratores, de quibus Dominus queritur apud Hieremiam, & Ezechielem, vbi à regione mercenariorum, & malorum pastorum promittitur Christus. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.* Repetit quod supra dixerat, vt fortius animis

Quibus etiã hæc parabola boni pastoris inferuiat.

Hiere. 23. *Ezech.* 34. *& seq.*

eorum

Quare se Christus bonum pastorē ingeminet.

eorum inhæreat, & vt ostendat se prioris populi, & eorum qui nondum credunt, pastorem esse; ob quam causam bis superiùs se dixit esse ostium; & vt applicet sibi conditiones boni pastoris, diuersas ab illis mercenarij. Ego itaque sum Pastor bonus, quod in me est, paratus pascere, regere, & adiuuare oues: ita vt qui perit, suo vitio pereat, & non mea culpa. Et ex priori parabola probat se esse pastorem, quia in illa dixit de pastore, quod proprias oues vocat nominatim, & oues vocem eius audiunt, & sequuntur eum: ita hic ait: *Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Ex secunda parabola ostendit se bonum pastorem, dum ait: *Animam meam pono pro ouibus meis*, dixerat enim prius; *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.*

Quomodò Christus cognoscat oues suas.

Ac subdit: *Et cognosco oues meas.* Et, accipitur pro, Quia: & ratio est, probans se esse bonum pastorem. Et cognoscere hoc loco significat, diligere: quemadmodùm vulgariter dicimus illos nos non agnoscere, quos non diligimus. Ad quod alludens Dominus, qui omnia nouit: *Quia nunquam*, inquit, *nouisti me*: hæc est enim vera notitia, & nō tantùm facie tenus, vt vicinus vicinum cognoscit, de quo curam non habet: sed cognoscit vt pater filium egentē, quem vocat, & vt vir vxorem ægram, quā fouet, & tuetur. Ita dicitur: *Cognouit figmētum nostrum*, & iterum: *Domine, probasti me, & cognouisti me, Et cognoscit* (inquit) *me mea.* Hoc est, ex amore meo erga oues fit, vt oues me redament. Cognoscunt autem oues Christum per Fidem, acceptantes eum in pastorem, & Saluatorem, & qui eius dictis, tanquā pastori obediunt. Nescire enim Christum dicuntur, qui vel illi non credunt, vel non obediunt. Vnde Pharao dicebat: *Nescio Dominum, & Israël non dimittam.* Hoc verbo etiam pungit impios illos, qui dixerant: *Hunc nescimus vnde sit.* Quasi dicat Dominus; Quid est quòd me non agnoscitis? meæ tamen oues me agnoscunt. Imò in eo quòd me non agnoscitis vt pastorem vestrum, nec ego vos agnosco inter oues meas: *Qui enim ignorat, ignorabitur*, &; *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua.* Et subiungit: *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.* Chrysostomus existimat nouam esse sententiam, & absolutam, in hūc sensum: Sicut nouit me Pater, ita & ego agnosco Patrem. Sed melior videtur aliorum distinctio, vt non sit noua sententia à superioribus separanda, sed cum illis iungenda, hoc modo: Sic cognosco oues meas, & vicissim illæ me cognoscunt, sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem. Vnde & alibi Dominus apud Ioannem, suum cum electis commercium conferre solet suo cum Patre, ait enim: *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Et rursus: *Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint*: in quibus collatio similitudo est ex parte, & non omnimoda æqualitas. Non enim nos tam perfectè nouimus pastorem Christum, quam ipse Patrem; sed sicut est inter Filium & Patrem mutua cognitio, ita inter Christum pastorem, & oues eius: & qualis est inter Patrem, & Filium, talis & inter Christum, & oues eius, quia per illum vnum omnem spem salutis concipiunt, & omnia sua bona illi accepta ferunt. *Sicut ergo Pater nouit, me Filium, & ego agnosco Patrem.* Id est: Quemadmodùm ex notitia Patris, quæ coniunctam habet summam charitatem ad Christum hominem, proficiscitur plena cognitio, & dilectio Christi hominis erga Patrem: ita ex amore quo Christus suos cognoscit, oues suæ ipsum Christum cognoscunt, ac impensè diligunt. Et illud significat aduerbium, *sicut*: nam Dei cognitio ad Christum, & Christi ad Patrem, & ad nos, summam in se charitatem complectitur, propterea rectè subiunxit: *Et animā meam pono pro ouibus meis*: nempe ex amore, quo ego diligo Patrem, & quo peculiari dilectionis affectu prosequor oues meas, hinc est, vt pro illis animam meam ponam: nimirum quia ita placet Patri, & ita volo diligere, non verbo, & lingua,

Psal. 102. Psal. 138.

Oues Christum pastorem quomodo agnoscāt.

Christū nescire qui dicantur. Exod. 5.

Ioan. 9.

1. Cor. 14. Luc. 9.

Hæc sententia: Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, dupliciter accipitur. Chrys. hom. 59. in Ioan. tom. 9.

Quàm sæpe Christus suū cū Patre consortium commemoraret. Ioan. 6. Infra 17.

Quemadmodum nos in Deo vnū sumus, vt Christus dixit.

Quid est dicere: Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.

Vnde Christus animam ponit pro ouibus suis.

1. Ioan. 3.

& lingua, sed opere, & veritate. Vt ex hoc intelligant pastores, quos ego alijs præficio, qui respectu mei oues sunt, quam cognitionem ouium, & curam gerere debeant; nimirum charitate, & fructibus bonorum operum, etiam ad vitam vsque pro eis ponendam, refertam. Et rursus oues meas cognoscant, quam cognitionem mihi debeant, eam videlicet, quæ charitatem, & alacritatē sanguinem pro me profundēdi, si opus fuerit, complectatur. *Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.* Addit aliud signum boni pastoris; ne quis videlicet putet promissionem spectare tantū ad Israelitas: vt enim Lupi est, dispergere oues congregatas; ita pastoris boni, dispersas congregare. Habebat ergo Christus alias oues, non tantùm in prædestinatione Dei, quas suo tempore per Apostolos, & eorum successores erat congregaturus in vnum ouile, sed etiā quasdam alias actu oues possidebat: sed inter Gentiles, & Centurionem, cuius seruum curauit, vt Cēturionem alterū, qui, ipso pendente in Cruce, exclamauit, & Gentiles illos, qui affectu videndi eum tenebātur, & innumeros alios, qui ex Gentibus ad fidem conuersi sunt. *Et illas*, inquit, *oportet me adducere.* Nempe ob immobile Patris mei decretum, & beneplacitum. Vel ἀγαγεῖν, id est, congregare, vt innuat eas dispersas, & carētes pastore, vt Chrysostomus exponit. Nam *neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus. Et vocem meam audient.* Ipse etenim est, qui per Apostolos loquitur, vt Paulus dicebat: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur, Christus?* Et Dominus: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et fiet vnum ouile, & vnus Pastor.* Hoc de Gentibus ad Fidem adducendis dictum est; ne quis miretur, quòd sequantur eum Israelitæ. Et quod Christus inquit, *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël*, intellige de præsentia sensibili ad prædicandum, & signa edendum.

Pastores boni vt oues cognoscant suas, exēplo Christi.

Signū aliud boni pastoris.

Quas oues Christus habebat, quæ non erāt ex hoc ouili. Matth. 8. Infra 27. Ioan. 12.

Illas vti oporteat eum adducere.

Chry ibid. 1. Cor. 3.

Oues illæ quæ vocem Christi audient, & quo modo. 2. Cor. 13. Luc. 10.

Audient autem cum fide & gustu, & fructu.

Qui fient vnum ouile. Matth. 15.

Quod ait: *Fiet vnum ouile, & vnus Pastor*, id significat, post diem iudicij in vnum vitæ æternæ locum congregandos: quia tantùm constat ouile ex ouibus, non ex canibus, aut capris, aut porcis. Deinde dicitur in Euangelio, quòd separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et Apostolus, *Neque fornicarij*, inquit, *neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Sensus ergo est, quòd cùm priùs duo essent ouilia, alterum ex Iudæis, alterum ex Gentibus, in vnum posteà eorum deberent coalescere, & in vnam Ecclesiam, quę vno capite Christo regitur, vno Spiritu viuificatur, vna lege eruditur, vno Baptismi fonte renascitur, vno pane altaris reficitur, ab vno Deo Patre adoptatur, & ad vnam patriam & spem pergit, & sub vno pastore Vicario, qui est summus Pontifex, siue Romanus Episcopus, gubernatur. Vnum etiam ouile, non tantùm in his, quæ ad Fidei, & Spiritus substantiam spectant, sed etiam in vrbanitate, & ceremonijs externis. Fiet etiam vnus Pastor, qui etiam est vnus mediator, aduocatus, & Pontifex, & vnum caput: ideò alij non sunt vnus, sed plures, qui sibi inuicem succedunt. Sed quia Vicarij sunt vnius pastoris Christi, & sub illis, qui supremum Christi locum tenent, alij pascunt, non sunt nisi tantum vnus pastor.

Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me; sed ego pono eam à me ipso: potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo. Duo dictis Dominus adiunxit, quæ nos intelligere magnopere expediebat. Alterum est, quàm gratum esset Patri, quòd animam suam ponat pro ouibus, alterum, cur dixerit se animam suam ponere pro nobis, nempe quod illam haberet, vt ex vtroque Patris & Filij erga nos dilectionē maximam agnosceremus; Patris quidem, quod

14.

Quo sensu Dominus dixerit se non missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.

Illud: Fiet vnum ouile, & vnus pastor, quem sensum habeat. Matth. 25. 1. Cor. 6.

Qui excludendi ab ouili Christi. Ecclesiæ vnitas. Ephes. 4.

Alia vnitas ouilis Christi.

15

Christi opus Patri charissimum.

quòd Filio mandauerit animam ponere pro ouibus, eumque, quod poneret animam pro ouibus, diligeret, alioqui dilectissimum; Filij vero, quod tam voluntariè animam suam pro nobis morti exposuerit, quam vitare poterat, & cui obnoxius non erat. Sed in eo quod voluntaria Christi mors caussa extiterit vt Pater diligat Filium, dubium est; cum Pater ab æterno Filium dilexerit, nec posit temporale æterni caussa existere. Respondet Chrysostomus, id per dispensationem dictum esse submissius: non enim id dixit, quasi tunc diligere inciperet, sed quia in opere illo peculiarem amoris rationem se præbere nouit, propter quam in eo sibi complaceat, vt sibi simili, & faciente eius voluntatem, & præceptum. Vnde & Deus Pater ob hoc opus exaltauit Filium, *& dedit illi nomen quod est super omne nomen.* Quia ergo ego animam meam pono, id est, positurus sum (nam præsens pro futuro frequenter accipitur) ideo Pater diligit me, id est, nouo dilectionis signo & effectu me statuit donare. Et ad id deseruit quod sequitur, *Vt iterum sumam eam*: vbi, Vt, consequutionem, & euentum denotat. Potest etiam vt finis & caussa accipi: nam ad tempus mori voluit, vt gloriosus in æternum resurgeret, & ita vitam sibi, & omnibus in se credẽtibus deuicta morte comparauit: vt Theophylactus exposuit. Ergo inculcat dilectionem Patris ad se, eo quòd animam ponat pro ouibus: tanta enim obedientia amoris digna erat remuneratione supremi, & infiniti amoris Dei, & dono resurrectionis, de quo ait: *Vt iterum sumam eam. Ponam*, inquit, *animam meam*, sed ea lege, vt iterũ sumam eã; quasi dicat, Pater non præfert mihi oues; ideò non finit me in morte manere, sed ad horam vult illam, vt glorioſior euadam: quod pluris facit Pater, quàm oujum omniũ salutem. Docetq; hoc verbo, nihil esse Deo acceptius, quã aliorum salutem curare, & animam suam pro ouibus dare. Allicit ergo omnes pastores, vt diligẽter inuigilent saluti animarum, cum audiant, opus hoc tanti apud Deum meriti esse.

Cum Patris Dei in Filiũ amor æternus sit, quã verè Christus ob mortem pro nobis sponte susceptam à Patre diligitur. *Chrys. homil. 59. in Ioannem.*

Philip. 2. Hebraismus.

Christus animam suam posuit vt iterum eam sumeret, dupliciter.

Theophyl. in Ioannem.

Deo quàm grata cura salutis animæ.

Et quia dixerat, *Pono animam meam, vt iterum sumam eam*, subdit: *Nemo tollit eam à me.* Declarat secundum. Sed quomodò verum est, cum dicantur Iudæi Christum occidisse? Sed intelligendum, nihil est quod à me nolente & inuito illam posit extorquere: ego solũ sponte pono, Patre permittente, illam, ita vt præueniam illam: hinc consummatis omnibus factum est vt moriens clamauerit, & sponte cum voluit, magna voce emisit spiritum, quod nemo exhalans spiritum facere potest, quia tunc vires exclamandi habet nemo. Quod videns Centurio cognouit eum homine maiorem, & exclamauit: *Verè Filius Dei erat iste.* Et subdit, explicans suam diuinitatem: *Potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Quis enim purus homo hoc possit? Idcirco duplicem illam potestatem nemo habet, nisi qui simul Deus est, & homo. Hominis solùm est animam habere, solus Dei eam ponere pro arbitrio suo, & positam assumere. Vnde patet, Dominum hic peculiari ratione dicere se ponere animam suam, quia non tantũ non habet caussam mortis, vt homines omnes habent, sed etiam ipsam mortem, quam hominum nullus in sua potestate habet: nam alij moriuntur cum nolunt, & mortui non reuiuiscunt. Et licèt sibi quisque possit manus inferre, & scelerata morte perire: non potest tamen vitam semel à corpore elapsam iterum reuocare. Neque quisquam potest legitimè sibi mortem conscisere, nisi præceptum, aut inspirationem Domini habeat.

16 Cùm Iudæi mortẽ Christo attulerint quomodo verum sit, illum animam suã sponte posuisse.

Matth. 27. Christi hominis proprium solius & Dei. *Ibidem.*

Animam ponere, & illam assumere cũ velit, quare proprium solius est Christi.

Perpende hoc loco, plus esse animam ponere, quam dare, etiamsi vtriusque loquutionis hic fiat mentio: quia nemo propriè animam ponit, nisi qui eã omnino habet in sua potestate ad ponendum cum vult, & quomodò vult, vt Christus, qui vltro se tradidit persequutoribus cum voluit, & captus, se ipsum pro suo arbitratu liberare potuisset, si voluisset: & cum voluit, sponte sua emisit spiritum, potestatem habẽs emittendi, vel retinendi diutius. Qui verò se aliis interficiendos offerunt, ac tradunt, animas

17 Cur animam ponere, plus est, quàm dare &c.

animas suas propriè non ponunt, sed tollit ab eis animam gladius, quia immisso in corpus gladio, non est in eorũ potestate amplius animam retinere. De illa priori potestate ponendi animam, vt re eximia & singulari vaticinatus est

Isa. 53. Isaias, cùm dixit: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.* & ad illud videtur Christus hoc loco alludisse. Alioqui, secundum tropum

Animam ponere quid, more Scripturæ. Hebræum in Scripturis ponere animã omnibus conuenit hominibus, pro eo quod est mori: vnde Petrus, *Animam meam pro te ponam.* Et alibi: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Et alio

Ioan. 13. *1. Ioan. 3.* loco simpliciter dixit: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Et Iezabel de Heliã loquens:

Ioan. 15. *3. Reg. 19.* *Hoc mihi faciant dij, & hæc addant, nisi hac hora eras posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis.* Porrò anima capitur pro vita temporali, de qua dixerat: *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis*, quam

Ioan. 10. Christus verbum Dei posuit, non quidem animam, vel carnem à se separando, cùm illi fuerint etiam in morte cõiuncta, sed spiritum a carne separando; & assumpsit iterum non sibi disiuncta, sed quæ erant separata inuicem coniungendo.

Qua ratione animam Christus posuerit, atque resumpserit.

Et concludit: *Hoc mandatum accepi à Patre meo*, scilicet quatenus homo sum, vt mortem oppetam pro hominibus, qui quatenus Deus sum, potestatem habeo ponendi animam, & iterum sumendi: vt enim homo erat, præcepto Dei erat subiectus. Quo constare potsit Dei Patris voluntas erga nos. *Qui enim proprio Filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illũ, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Sicut ergo Christo nihil aduersum accidit, quod à se non esset præmeditatum, & voluntate antecedenti desideratũ: ita pij nihil patiuntur, eo quod aduersarij tua potestate aliquid in ipsos possint, sed quia sic est voluntas Patris quã per impios exequitur, in extremũ ipsorũ exitiũ, & magnã piorũ vtilitatẽ.

Quod mandatum acceperit à Patre suo Christus.

Rom. 8.

Quamdiu patiantur electi.

Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autẽ multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebant, Hæc verba non sunt dæmonium habentis, nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Christus semper est alijs odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam. Et iterum dicit, quia frequenter hoc illi accidisse in Euangelio legimus: & mundus à Christo iudicandus, auctoritatem sibi assumit de Christo iudicando. Ac vide blasphemiam. Eum enim, in quo habitabat Spiritus septiformis Domini, & cuia Deo Patre datus erat Spiritus ad mensuram, quique solo imperio spiritus malos ab hominibus vexatis propulsabat, dixerunt dæmonio agitari: & eum qui est virtus, & sapientia Patris, aiebant insanire. Ne miremur, si interdum eiusmodi maledica, atque contentiosa verba audimus. *Nam si Patremfamilias Beelzebub vocauerunt; quanto magis domesticos eius?* Et quilibet prædicator sibi persuadeat, non defuturos qui eius sermones carpant. Quia ergo secreta detegebat, & quæ longè excedunt hominum captũ, putabant dæmone detegente illum loqui. Sed non defuerunt qui verbis Christi emendarentur, & qui aduersarijs reclamarent. *Hæc verba* (inquiunt) *non sunt dæmonium habentis.* Videlicet, Non sic loqui potest dæmonium. Et sicut superius dixerant. *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* ita nunc argumentantur: *Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire*, id est, Si non verba, saltem opera persuadeat: dictis enim eius additipulantur facta, & qualis est eius oratio, talia sunt & facta. Non enim dæmon in teipsum esset contumeliosus, aut homini oculum restitueret, qui in eius perniciem sæuire solitus est. Videsigitur, verbum Dei non frustra effundi, neque vacuum reuerti, sed in quibusdam qui suæ saluti non reluctantur, fructum edere; vt nemo ex ministris, qui populo concionantur, offendatur, si minùs grate suscipitur à quibusdam: contentus esse debet quod in quibusdam sit efficax, & gratum sit

18

2. Cor. 2.

Dæmoniacus Christus, & insanus iudæis quã iniuria.

Isa. 11. *Ioan. 3.* *Matth. 8.*

1. Cor. 1.

Matth. 10. Ex hoc quid discant concionatores.

Ioan. 9.

Verborum Christi efficacia.

Isa. 55. Verbum Dei in quibus fructificet.

illi, qui reddit vnicuique non secundum fructum, sed secundum suum laborem, nempe Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viuit, & regnat in æterna secula. Amen.

3. Cor. 3.

TRACTATVS XVI.

De parabola hominis descedentis ab Hierusalem in Hierico, & incidentis in latrones: quæ habetur tãtum apud Lucam, cap. 10.

1 Præsentem parabolã esse historiam, vnde quibusdam visum fuerit

Lyra in Lucam.

AMEN verisimilis, & probabilis est hæc narratio, vt potiùs historia, quàm parabola à quibusdam iudicata sit: vt testatur Lyranus. Hierusalem enim altior est, quã oppidum Hiericho, in quod ab illa descenditur. Et inter illas duas ciuitates situm est desertum, commodus locus latronibus, & prædonibus, quod à sanguine qui in illo fundi consueuerat, dicitur, Adommim, vt testatur B. Hieronymus in Epitaphio Paulæ ad Eustochium virginem. Et scribẽs in cap. 20. Matthæi, dicit multos latrones fuisse in Hiericho, qui egredientes, & descendentes de Hierusalem interficere, & vulnerare consueuerant. Adde quòd in illo deserto captus est fugiens rex Sedechias, vt testatur Hieremias.

Hiericho, alias Adommim cur dicta.

B. Hieron. tom. 2.

Idem to 9. Hiere. vlt.

2 Historiam non esse, sed parabolam, ostenditur. Parabola quid requirat.

Tamen cum communi Patrum sententia, inter parabolas recẽseatur, & nomina propria supprimantur, parabola vera est, cui non repugnat similitudinis probabilitas, quæ parabolæ est necessaria, & sine qua non doceret: imò nec etiam veritas illi obstat. Nam parabolam de farinæ satis tribus, ad literam accidisse legimus, cũ Abraham præcepit Saræ: *Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes.* Imò quanto parabola maiorem habet probabilitatem, & ad historiam rei gestæ accedit, tanto magis docet, & persuadet. Et si ergo vt res gesta à Domino narretur hæc parabola, fuit tamẽ appositè, & artificiosè conficta ad id quod docendum erat, vt pleræque aliæ. Illa enim Prodigi filij euntis in regionem longinquam, & *Luc. 15.*

Luc. 3. Gen. 18.

Aptior ad docendũ parabola quæ sit.

postea ad patrem suum reuertentis, & ab eo cũ gaudio excepti, & si vt res gesta enarretur, fuit tamen composita.

Habet autem hæc parabola & proœmium & conclusionem, quæ eius scopum & finem facilè detegunt. Cũ enim Dominus quendam iurisperitum interrogantem, *Quid faciendo, vitam æternam possidebo*; Et Dominus quid Lex præciperet, interrogasset eum, illeque protulisset præceptum diligendi Deum & proximum; eius responsum Dominus commendauit. *Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus?* Cùm enim iste callidus, qui tentandi gratia interrogauerat, laudem doctrinæ, bene respondendo habuisset, voluit etiam laudem iustitiæ venari, & se iustum ostendere, quòd tantùm iustos, vel Israelitas diligeret, cùm tamen alienigenas, vel ethnicos non diligeret, & odio Christum prosequendo, qui Deus est, & homo, vtrumque præceptum dilectionis violasset: *Quime*, inquit, *odit, & Patrem meum odit.* Propterea Dominus non tam propter illum, quàm propter nos, eleganti hac parabola docet, se in primis, & maximè proximum esse, qui solus omnibus beneficiat; deinde omnem hominem, qui ope, & auxilio nostro opus habet, proximum esse nostrum, siue ille iuxta carnem notus sit nobis, siue ignotus. Et quanquam hæc vera sint, & commodè dicta; videtur tamen Dominus in genere docere voluisse, quis pro proximo habendus sit. Nam cùm Scribæ, & Pharisæi proximi nomine interpretarentur significari tantum suæ gentis homines, aut qui eis benefacerent, & huic legi de diligendo proximo, aut ipsi putarent excludi inimicum, aut legi addere: *Et odio habebis inimicum tuum*, hinc Dominus hac parabola indicat, proximum non concludi Iudaicæ gentis angustijs, sed quemlibet hominem, hac appellatione comprehensum esse. Nec tantũ propositæ quæstioni Dominus

2 Præsentis parabolæ proœmium.

Leuit. 13.

Proximum Scribæ, & Pharisæi quẽ sibi agnoscerent.

Leuit. 13. Matth 5. 1. Cor. 13.

Quemadmodum Romani de potentia, Græci de sapientia, ita Iudæi de religione & pietate gloriari solebant.

Eccle. 50.

Quam odiosi olim Iudæis Samaritani.

Iudæorũ inhumanitas, humanitas Samaritanorum in miseros.

Vera religio in quo sita sit.

4 Ambrosius parabolã Samaritani potitam de quo tantùm mystice interpretetur.

Ambros. lib. 7. in Luc. cap. 8. in fin. tom. 5.

Ludus dæmonis Caluinus Ambrosiano illi aliorumque Fratrum sensui, quã iurpiter illudat.

nus satisfacere curauit, sed accepta occasione plus docere voluit, quam quæsitus est. Nam cum Iudæi de religione, & pietate præ cæteris gloriarentur; & Samaritanos velut irreligiosos abominarentur, nec vt proximos haberent, vsque adeo vt auctor Ecclesiastici Iesus filius Sirach illos odio magno prosequeretur, vt dixerit: *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens, quam oderim: Qui sedent in monte Seir, & Philisthijm, & stultus populus, qui habitat in Sichimis*: id est, Samaritani, quorũ metropolis erat Sichima. Hæc parabola dicta est simul ad reprimendum eorum fastum, ostendens Iudæos Gentilibus, & Samaritanis in vera pietate, & dilectionis proximi obseruatione esse inferiores, cùm inuentus sit Samaritanus illi Hierosolymitano ciui misericordiam exhibuisse, quem Iudæorũ proceres, Sacerdos, & Leuita, in itinere inuentũ nõ subleuarũt, nec saltem commiseratione sunt prosequuti. Indicans obiter veram religionem magis in subleuatione miserorum, quam in externis ceremonijs sitam esse.

Hoc autem sensu generali prius posito probandus est secundario sensus ille à quibusdam mysticus dictus, vel minus principalis de Christo, & salute per eum humano generi præstita, & de se maximo proximo inter omnes mortales, vt Ambrosius contendit. Vt enim Dominus præter id, ad quod primo parabolæ assumuntur, mysteria quædam nobis commendare voluerit, non potest videri vana illius parabolæ tractatio, quæ de Christo exponitur, etiamsi hodie aliter doceant hæretici. Nam scribit Caluinus: *Cæterum allegoria, quam hic excudunt liberi arbitrij patroni, magis futilis est, quàm vt refutatione sit digna. Secundùm eos sub typo hominis vulnerati describitur Adæ conditio sub lapsum, vnde inferunt non extinctam prorsus in eo bene agendi virtutem, quæ tantum dicitur semimortuus.* Et infra. *Nihil plus coloris habet altera allegoria, quæ tamen adeo placuit, vt omnium ferè suffragijs excepta fuerit illustre oraculum. Samaritanum iuncissimum Christum esse, quia sit custos noster. Vulneri infusum fuisse vinum cum oleo dixerunt, quia pœnitentia, & gratiæ promissione nos Christus sanet. Tertiam argutiam fabricati sunt, quòd Christus non statim restituat sanitatem, sed Ecclesiæ tanquam hospiti commendet paullatim curandos. Fatemur nihil horum esse non plausibile, verum Scripturæ maior habenda est reuerentia, quam vt germanum eius sensum hac licentia transfigurare liceat. Certe præter Christi mentem has speculationes à curiosis hominibus fuisse cuiusis perspicuum est.* Hæc ille nebulo insultans Patribus antiquis, & magno falsæ scientiæ vento inflatus pronuntians quasi de tripode, & nullam rationem adducens ad sua somnia stabilienda præter insignem quandam, & impudentem ignorãtiam: cum hæc dogmata, & in Ecclesia sint recepta, & veterum Patrum testimonijs confirmata, & nos inferius aliquid suo loco dicemus.

Exponenda est ergo præsens parabola in vtroque sensu, quoniam vterque literalis esse videtur, & à Patribus agnoscitur vt talis, vt à B. Ambrosio, Augustino, Cypriano, Irenæo, & alijs. Idẽ etiam probatur ex conclusione parabolæ, in qua dicitur: *Quis horum triũ videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiã in illum.* Ex quo patet, proximum esse omnẽ misericordiam ab alio suscipientem, vel alteri facientem. Hinc fit verisimile, aliquando inter Iudæos fuisse cõtrouersiam quis dici deberet proximus, an solus Iudæus Iudæis, & Gentibus Gentilis, an verò vnus quilibet homo hominibus alijs eius opera indigẽtibus.

Ait ergo textus Lucæ: *Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodò legis? Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi, recte respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare se ipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus*

3 Prædictum sensum qui agnouerint, & vnde etiã cõfirmetur.

Ambros. August. serm. 37. de verb. Domini, tom. 10. Cyprianus lib. 3. epist. 13. circa med. Irenæ. lib. 3. cap. 19 circa med.

Proximus quis sit.

6 *Luc. 10.* Quo de Legis perito Dominum interrogante de via salutis hic sermo non fit. *Matth. 19.*

meus proximus, &c. Ex his in primis habes, istum Legis peritum interrogantē, distinctum esse ab illo adolescente diuite, qui, teste Matthæo, interrogauit Dominum: *Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Cui cùm dixisset: *Seruamandata*, illeque respondisset se obseruasse, addit consilium perfectæ paupertatis: *Si vis*, inquit, *perfectus esse, &c.* Nā ille, vt Basilius considerauit homilia. ad eos habita qui studio tenentur diteſcēdi, bona mente Dominum interrogauit: hic verò, vt textus ait, tentans accessit: quāquam laudetur à Domino, quod rectè responderit. Interrogauit autem, *Quid faciendo, vitam æternam possidebo*? quasi diceret, Dixisti beatos eos, qui te vident, & audiunt: vellem quoque ego beatus esse. Christus verò mittit eum ad Legem: quæ rursus mittit ad Christum: *Scrutamini*, inquit, *Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternā habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Mittitur ergo ad Legem, quia Euangelio, quod Christus annuntiauerat, non crediderat: quia obseruator legis per gratiam facilè agnoscere posset autorem vitæ. Probauitque eius responsum, & dedit quod volebat: nēpe vt appareret sapiens, dicendo: *Rectè respondisti*. Ostenditque se nihil noui contra Legem attulisse in mundum, aut diuersum ab ea doctrina, quam hactenus in Lege, Prophetis, & Psalmis scriptam legerat: sed de bonitate eum confundit, dicendo: *Hoc fac, & viues*: quasi diceret, Dicis, & non facis, qui me proximum odisti, & tentasti. Plus enim plerique amamus de pietate disputare, quàm in via pietatis ambulare. Exemplum autem præbuit Dominus omnibus Doctoribus, vt interrogati ab aliquo, modestè, & verè respondeant: omnes enim superiores Leuitas, & modestia maximè decet, vt se difficiles minimè præbeant ad docendum, vbi fuerint interrogati, etiam à versutissimis hypocritis.

Basil. hom. 2. in diescentes annos, initio tom. 1.

Luc. 10. Matth. 13.

Ioan. 5.

Legis peritus Dominū tentans, & dicens, Magister, quid faciendo, &c. cur mittitur ad legem.

Quàm congrua Christi doctrina illi veteri.

Doctores hoc loco quid muneris admonēātur sui.

Cum verò interrogauit, *Quis est meus proximus?* putat Theophylactus sic interrogasse, quasi putauerit, solum iustū iusto proximum esse, sē verò omnes antecellere iustitia, ac proinde nullum se habere sibi proximum. Sed rectius alij existimant istum putasse proximos suos tantum iustos esse, atque Israëlitas, atq; id responsurum Dominum speraſſe, seque hac ratione iustum declarandum: vel simpliciùs se hac interrogatione iustificare voluisse, quia voluit se declarare solicitum de Diuinæ legis intelligentia, quod iustorum tantum esse solet. Alij ita exponunt: *Ille autem volens iustificare se ipsum*, id est, volens sese expurgare ab omni culpa, vitioque absoluere, & se pro iusto apud Dominū venditare, quasi omnia quæ legis sunt, præstiterit, & nihil implendum reliquerit. Et in malam partem sumitur hæc sui iustificatio, vt alibi cùm dicitur: *Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra*. Illud verò: *Suscipiens autem Dominus* (ita enim legendum, non suspiciens, cum Græcè legatur ὑπολαβών, id est, suscipiens, scilicet respondentis personam) videtur dictum esse ad differentiam prioris interrogationis, quam Dominus non suscepit, sed interrogantem reiecit. Estque phrasis Lucæ Euangelistæ, vsurpata, vt notauit Valla, à Xenophōte, Καλὸν γὰρ ὑπολαβὼν εἶπα, & à Lxx. Interpretibus, qui Iob. 2. vbi nos habemus, Cui respondens Satanas: illi dicunt, ὑπολαβὼν ὁ διάβολος. Plato verò in Eutydemo expressit verbo ἐκδεξάμενος, id est, amplectens respondentis partes: & alibi, Τάνυ μὲν ἔφη ὦ Σώκρατες, ὑπολαβὼν ὁ Γολίμαχος: & Virgilius: *Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit*. Et hæc de instituto.

Theoph. in Lucam.

Alter sensus congruentior.

Ille legis peritus vt voluerit iustificare seipsum,

Iustificatio quæ non bona.

Luc. 16.

Quorsum id: Suscipiēs autē Dominus & reliq.

Lauren. Valla. Xenophon. Plato.

Cortex literæ nihil difficile habet, cū omnia aperta sint, & magna probabilitate constent: propterea ad applicationē similitudinis, et sensum verum, & intētum accedendum est, paucis tamen ad literam spectantibus præmissis, primū aduertendum, ad bonos Principes, & Reges spectare, vt vias publicas ab omnibus grassatoribus, prædatoribusque purgatas habere studeant, ne ipsorum negligentia, aut potius conniuentia, latronum multitudo indies augeatur, & tanquam Hercules agentes Cacos istos abigeos

Idem lib. 1. de repub. Virgil. 6. Æneid. aliquanto post medium.

8

Vias publicas ab omnibus earum prædatoribus expurgare, quinam debeāt ex officio.

Isa. 1.

abigeos de medio tollant: alioquin peccata aliena ipsorum propria efficientur, & implebitur in illis, *Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera*. Quod in Regno Neapolitano maximè obseruandum principibus, & magnatibus, quorum malitia, vel negligentia itinera omnia sunt præpedita, & periculis quotidianis referta. Deinde aduerte, Sacerdotes, & Leuitas viso vulnerato, nulla impensa misericordia trāsijsse: vbi nostri Episcopi, Sacerdotes, & Ecclesiastici inclementiæ arguuntur, quòd interdum cæteris laicis in Samaritano designatis minus sint misericordes, & tenaciores in ope præstanda existant: cum tamen bona clericorum, sint pauperum, & non solum debeant occurrentibus egenis alacriter succurrere, sed etiam ipsos pauperes & egenos delitescentes inquirere, & quoad possunt, illorum inopiam sublcuare. Et propterea eorum inunguntur manus, dum sacris initiantur, vt affluant misericordia, & clementia. Sed modò *à minori ad maiorem, à Propheta vsque ad sacerdotem, omnes auaritiæ student*. Et rursus: *Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Iesu Christi*. Tertio, quod dicitur infudisse vinū & oleum plagis (fingitur enim in viam suam illa secum portasse, & alligasse vulnera eius) ad literam ex medicinæ arte acceptum est, non enim medici sine congruis adhibitis pharmacis sanāt, cum eleganter dixerit medicorū Princeps Hippocrates: *Omnium quidem morborum natura operatrix, medicus verò minister*. Rursus idem testatur, *Vulnera non opus male facere, aut lauare, nisi vino tantum*. Et intellige primo infudisse oleum ad leniendam plagam, deinde vinum ad abstergendam, consolidandamque. Plinius lib. 14. c. 22. *Duo liquores corporibus humanis gratissimi; intus vini; foris olei*. Adhæc, bona pars Chirurgi consistit in fascijs, & alligaturis: vnde Galenus librum integrum inscripsit De fascijs. Ad quæ omnia alludens, dicit Esaias: *Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo*. Postremo instruuntur medici, ne semper in medendo lucra tem-

Quos arguat pius ille Samaritanus.

Clericorum bona, quorum tantùm sint.

Clericorum cū sacris initiantur, oleo cur manus inungantur

Hierem. 6.

Philip 2.

Medici officium.

porarium spectent, sed intelligant se lege charitatis obstringi, vt inopes, & soluere non valentes, diligenter propter Deum curare studeant; alioquin mortis illorum coram Deo rei futuri. Ne quid dicam de illis, qui consulto morborum curationem procrastinant, vt copiosam pecuniam ab infirmo emungant, vt videtur accidisse Hæmorrhoyssæ illi Euāgelicæ, quæ omnes facultates suas in Medicos erogauerat, & nihil sibi profuerat.

Et in priori quidem sensu proponitur Iudæus quidam Hierosolymitanus iter fecisse ab Hierusalem, quæ in montanis locis est sita, in Hiericho, quæ est in cōuallibus. Et primo quidem incidit in latrones casu, vnde & spoliatus, & vulneratus, ac semiuiuus est relictus, mox periturus, si nemo succurreret, vt qui sibi nec opem ferre, nec medicum quærere posset, Cumque Sacerdos, & Leuita transirent illa eadem via, quorum erat maximè misericordia tangi, & miseriam subleuare pauperis, nullo vel misericordiæ signo viso pertransierunt: verum Samaritanus non solum est misertus, sed etiam neglecto itineris dispendio accessit propius, obligauit vulnera iususo oleo, & vino, & imposuit in iumētum suum, & deportauit in stabulum, id est, hospitium meritorium, siue diuersorium, quod Græcè πανδοχεῖον, quod quoslibet recipiat, dictum videtur, & dicitur à Cypriano ad Stephanum, & ab interprete stabulum ab stando, & quiescendo: vbi chirurgo aduocato curauit eum. Cumque die sequenti necessitas itineris vrgeret, non illum proprio sumptu curandū reliquit, sed datis duobus denarijs stabulario, siue hospiti, vt ipsum curaret tantisper, dum ipse peracto itinere rediisset: De meo, inquit, pretio huc cura: & quicquid vltra summam hanc impendetis, non recusabit mihi, sed ego reuersus numerabo. His dictis adiecit: *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?*

Medici qui fures dicti possint. *Mar. 5.*

9

Parabolæ Samaritani sensus literalis.

Hospitium Græcè πανδοχεῖον cur dicatur. *Cypria. lib. 3. epist. 13. circa med.*

Stabulum vnde dicatur.

10

In propositā Domini parabolā duplex dubitatio.

Isa. 1.

Medici quos gratis curare debeant, & quomodo.

Circa istam tamen interrogationem occurrit dubitatio: quia Dominus significare videtur, reliquos præter Samaritanum

titanum non fuisse proximos: quod si verum esset, non debuissent illum diligere, & non diligendo à peccato essent immunes. Deinde videtur eò tendere ista parabola, vt doceat Dominus solùm illum esse proximum nobis, qui nos beneficio aliquo affecisset, ac proinde talem tantùm diligendum, secundum illud: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum:* quod esset consentire cum Iudæorum doctrina; cuius contrarium frequenter Dominus docebat. Respondemus, si hic esset sermo de solo Iesu Christo proximo diligendo à Scriba, vt contendit Ambrosius, non esse locum dubitationi: verum cum primaria Domini mens, nec illi intelligentiæ quadret quod sequitur: *Vade, & tu fac similiter*, non est ad id confugiendum. Dicendum ergo, interrogationis illius, & verborum Domini hunc esse sensum: *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse, &c.* se reuera proximum, & proximi officio functum erga eum qui incidit in latrones, vt non voluerit illos significare non fuisse proximos, sed non se gessisse tanquam proximos, nec agnouisse infirmum illum, tanquã proximum. Postquam autem Dominus significauit, Samaritanum, etsi genere alienum, se tamen vt vere proximum misero illi exhibuisse, & illum pro suo proximo rectè agnouisse, tunc subiunxit: *Vade, & tu fac similiter*: id est, Da operam vt habeas pro proximo tuo omnem eum, qui ope nostra indigeat, in quemcunque incidere contingat, sine discrimine gentis, aut personarum. Et Græca litera habet: *Quis horum triũ videtur tibi proximus fuisse eius* (in gignendi, non dandi casu) *qui incidit in latrones?* Vt sicut interrogatum non est: Et quis est mihi proximus, sed substantiuè, *Quis est meus proximus*, id est, à me vt proximus habendus, ita & per substantiuum sic. responsum dederit Dominus: *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse eius qui incidit in latrones?* id est, qui gessit se vt proximum erga illum, & illum habuit, & agnouit pro proximo, illum subleuando. Ex his apparet, quantum præstet misericordia proximo impensa sacrificijs, & cæremonijs, in quibus Scribæ & Pharisæi, & sacerdotes gloriabãtur. Et rectè illis dixit, quod aliàs aperte dixerat ex Osea: *Euntes discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium.*

Ambr. lib. 7. in Lucam, cap. 8. in fin. tom. 5.

Cũ quisquis ratione vti tur proximi rationem induat, cùr Dominus præter Samaritanũ reliquos excluſiſſe videatur.

Quid est: Vade, & tu fac similiter.

Misericordia quam Deo grata, & accepta.

Matth. 9. Oseæ 6.

Iam ad sensum alium principalem expediendum accedamus, *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho.* Hic homo, primus est, & quidam, hoc est, singularis in creatione, quia manu Dei psalmatus, & donis excellentibus ornatus; nomine etiam insignis; quia Adam, id est, homo: & in eo omnes filij eius censentur, qui in illo secundum naturam, & ex pacto Dei continebantur. Hic dicitur descendisse ab Hierusalem in Hiericho: dum enim altius quam par esset, voluit ascendere iuxta promissa sibi à dæmone: *Eritis sicut dij scientes bonum, & malum*, reuera descendit: & volens occupare primum locum, cum rubore ad postremum ejectus est: vt in eo impleatur tùm verbum Dauidis, dicentis: *Deiecisti eos, dum alleuarentur:* tum verbum Christi: *Omnis qui se exaltat: humiliabitur.* Et descendebat, dixit præterito imperfecto, vt ait Theophylactus: semper enim humana natura ad malum labilis est, & instar lapidis ad inferiora descendit. Ponderat egregiè B. Basilius homilia in aliquot Scripturæ locos, hunc descensum. Præterea descensus hic erat ab Hierusalem, id est, à visione pacis, & securo loco, in regionem periculosam, & à iure, quod per gratiam habebat ad gloriam. Et dum illa Hierusalem, amisit pacem bonæ conscientiæ, quam & ad Deum, & ad vxorem, & ad se ipsum habebat, cum quibus post peccatum bellum gerit. Proficiscebatur autem in Hiericho, anathemate à Deo percussam, & de qua nihil tollendum. Interpretatur enim Hiericho, Luna: & significat mundum istum a Domino execreatum, & anathematis mucrone perfossum, Ipse enim Christus dixit; *Ego testimonium perhibeo de mundo, quòd opera eius mala sunt:* &, *Nũc princeps huius mundi ejicietur foras.* In hunc ergo Protheo inconstantiorẽ descẽdit homo, qui eius naturam indutus, adeò inconstans euasit, vt scriptum sit *Stultus,*

Homo quidam descendens ab Hierusalẽ in Hiericò quis ille sit.

Quando ascẽdit ab Hierusalẽ in Hiericò.

Gene. 3. Luc. 14.

Psalm. 72. Luc. 14.

Qualis homo suapte natura.

B. Basil. hom. 21. tom. 1.

Quid est, descendere ab Hierusalẽ in Hiericò.

Iosue 6. Ibidem.

Hiericò quid significet.

Ioan. 7. Infra 12.

Ecclc. 27. *Stultus, vt Luna mutatur: homo sensatus in sapientia manet sicut Sol.* Stultus assimilatur Lunæ, quæ modo lucem habet, modò non habet: modò plena est, modò semiplena: modò obscurata: & ita non permanet in sapientia, & semper nocti inseruit, & habet lucem sine calore. Quia sapientia huius mundi splendet quidem ad illustranda opera humana, quæ nocturna sunt respectu spiritualium, & habet lucem quandam, calore tamen, nempe charitate destitutã. Vnde pulchrè dixit Apostolus: *Scientia inflat, charitas verò ædificat. Et incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.* Latrones isti, qui à latendo dicuntur, quoniam transfigurant se in Angelos lucis, quò facilius imponere queant, dæmones sunt, qui & in cœlo diuinitatem sibi vsurpare, & rapere conati sunt: gloriam etiam, & diuinos honores ab hominibus tribui per idololatriam sibi contenderunt, animas insuper à Deo alienare, & in suam seruitutem inducere furtim tentant, & denique primos parentes sub specie serpentis aggressi sunt, & modò calcaneo tanquam grassatores huius regni insidiantur, à quibus qui euadunt, sunt rari, nisi illi, qui sibi ipsis omnino diffidentes, & viribus suis renuntiantes, in Domino cõfisi sunt.

Sapientia huius mundi quatenus splendeat.

2. Cor. 11.

Isa. 14

Dæmones, latrones cur dicti.

Gene. 3.

Dæmones qui tantum cuadant.

12

Illi miserum vt hominem illum spoliauerint.

Ibidem.

Interna animi vestimenta quæ sint.

Tria autem fecisse dicuntur. Primũ, spoliasse eum: deinde plagas imposuisse: tertio, abijsse semiuiuo relicto. Primùm igitur spoliarunt ipsum, non quidem externis vestibus, quibus carebant primi parentes, quia nudi erant, & non erubescebant, sed gratuitis, & diuinis donis, quæ interna animæ vestimenta sunt, vt gratia adoptionis, sapientia infusa, iustitia originali, immortalitatis veste, tunica Fidei, fascia Spei, quæ constringit pectus, toga charitatis, cingulo castitatis, inauribus obedientiæ, armillis bonorum operum, & pallio patientiæ. Ideò post peccatum *aperti sunt oculi eorum*, & agnouerunt se nudos. Deinde infixerunt vulnera ipsi naturæ, ex quibus fluebat sanguis peccati. Plagæ enim naturæ sunt, ignorantia ad verum, imbecillitas ad bonum, malitia, & pronitas sensus ad malum. Ita vt posset dici de primis parentibus, quod Isaias de populo sui temporis pronunciauit: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Vires enim naturales à vigore suo, & fortitudine exciderunt per peccatum, id est, intellectus, voluntas, memoria: non secus atq; corpus vulneribus afflictum non præstat opera sua illa stabilitate, & fortitudine, quam sanum corpus possidet. Has plagas spirituales agnoscebat, qui dicebat: *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ:* & rursus: *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea*, ita, vt omnia peccata dici quodam modò possint ex illa Adæ radice corrupta in nos peruenisse. Ita in capite superbiæ vulnus suscepimus, in fronte, impudentiæ, in oculis, inuidentiæ, in auribus, curiositatis, in ore, maledicentiæ, in collo, & cervice, inobedientiæ, in humeris, impatientiæ, in pectore, siue corde, tristitiæ, in ventre, gulæ insatiabilis, in renibus, libidinis, in pedibus, pigritiæ, & instabilitatis, & in manibus, auaritiæ, & rapacitatis innumera penè vulnera accepimus.

Isaiæ 1.

Psalm. 37.

Ibidem.

Tertiò, dicũtur abijsse, ad tempus cessantes ab actu tentandi, tanquam satiati a cadauere. Abierunt etiam, ceu victores capta præda, ad alios seducendos, & spoliandos. Significatur etiam, quàm cito, præterea peccati voluptas, quę in libro Sapientiæ vmbræ, & nuntio præcurreti, & naui festinanti, & aui volanti, & sagittæ emissæ comparatur. Et damnati dicunt: *Quid nobis profuit superbiæ iactantia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra.* Etsi autem pertraleat peccati voluptas, non tamen tam vulneris signum: vt merito conferatur apis, quæ comedentibus mel suum, relinquit aculeum, dum fugit. *Ille semiuiuo relicto.* Græcè dicitur, semimortuo: quod idem esse videtur, & aptior apparet lectio. Nam quos ar-

13

Quemadmodum latrones abierint homine semiuiuo relicto.

Isa. 9. Sapien. 5.

Ibidem.

Peccati voluptas à, i cõparatur.

Hic homo vulneribus afflictus cur dicatur semiuiuus relictus.

mis

mis aggressi sumus, & vulneribus confecimus, asserimus nos illos semimortuos reliquisse: quia, vt Theophylactus exponit, mortuo corpore, anima immortalis manebat. Vel potius, quia licet homo esset mortuus gratiæ Dei, viuus tamen naturæ vulneratæ remansit. Erat enim homo vita naturę sanabilis, ob iudicium veri, & amorem boni vniuersalis. Et quia æquè mortuus, ac viuus nũquam vita naturæ per se vicisset mortẽ gratiæ, maximè quia dæmones impediunt, & plagæ sunt pro morte gratiæ, ideo tandem duceret ad mortem secundam gehennæ. Erat tamen talis sanabilis, si esset qui medicinam sanitatis adhiberet. Rursus simpliciter non ait eum mortuum, sed semimortuum: quia Deus eũ sanare in Christo disposuerat, vt exponit Theophylactus. Est enim liberum arbitrium in homine, nõ omnino mortuum, & extinctum, vt Manichæus, & Lutherus impiè asseruerunt: nec omnino viuum, & sanum, vt mentitus est Pelagius, sed semimortuum, siue semiuiuum, hoc est, infirmum, & debile: vt ad malum quidem per se possit assurgere, ad bonum verò diuinum, sine gratia Dei auxiliante, & robustum reddente, non valeat, cum illa tamen & assentiri Diuinæ inspirationi, cum vocatur, & suscipere dona Dei spiritualia, & satisfacere Diuinæ legi, Deumque super omnia diligere, & motus fomitis, & cõcupiscentiæ reprimere, & tentationes Diaboli vincere, & bonorum operum meritis viram æternam consequi valet. Quod qui negauerit, profecto iniurius est gratiæ Dei, & ipsi Christo, qui pro nobis mortuus est: vt quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, præstare possemus. Quod Augustinus lib. Quæstionum Euangelicarum ita exponit: *Et incidit in latrones, Diabolum, & angelos eius qui eum spoliarunt immortalitate, & plagis impositis peccata, qualibus viuus reliquerat semiuiuum.* Quia ex parte, qua potest intelligere, & cognoscere Deum, viuus est homo: ex parte, qua peccatis contabescit, & premitur, mortuus est, & ideo semiuiuus dicitur.

Theophyl.

Alter sensus.

Tertius sensus.

Idem.

De libero hominis arbitrio impij quid senserint quidam hæretici.

Gratiæ Dei, & Christo qui faciant iniuriam.

Rom. 8.

August. lib. 2. quæstion. Euang. c. 19. tom. 4.

Accidit autem, vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo, præteriuit. Similiter & Leuita, cùm esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Describit hactenus miserabilem statum hominis: in quo remedio tantis plagis adhibito sermonem facit: & quid potuerit Sacerdotium Leuiticum cum sacrificio, & quid Moyses, & Prophetæ, explicat. Et in primis pulchrè dicit: *accidit*: quia occasione idololatriæ intrauit Lex, qua subintrante abundauit delictum, vt ait Apostolus. Reuera enim lex data fuit propter humanam infirmitatem, quæ ab initio capere non poterat Sacramentum Dominicæ Incarnationis. Sacerdos ergo & Leuita per eandem viam ingredientes, apte significant Sacerdotium Aaronicum, & legem cum Prophetis à Moyse datam. Vel Sacerdotium antiquum, quod cœpit in Abel, Noe, & Melchisedech, quod fuit in lege naturæ, & Leuiticum rursus Sacerdotiũ, quod fuit in lege Moysi: omnes enim sacerdotes tales, & eorum quilibet descendebat eadem via in defectum, & mutationem significatam in Hiericho. *Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*, scilicet Samaritanum. Omnes indiguerunt medico, & Saluatore. Dicuntur autem Sacerdos, & Leuita viso illo præterijsse. Quippe per legem cognitio tantùm peccati & infirmitatis habita est, at per illam neque peccati remissio, neque sanitas collata est. Per Legem notus casus Adæ, spoliatio donorum, ac vulneratio, remedium tamen sperandum erat ab vno Christo: *Namq; impossibile erat sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata*, vt rectè Paulus ad Hebræos argumentatur. Verbum autem, Præterijt, in Luca bis positum, Græcè, ἀντιπαρῆλθεν propriè significat cæcis oculis miseros contpectos præterijt. *Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum.* In Samaritano, qui custos interpretatur, Christus potissimum intelligitur, & in eo omnes ministri Noui Testamenti,

Lex à Deo cur data.

Rom. 5.

Sacerdos, & Leuita eãdẽ pergentes via, quid denotent.

Gen. 4.

Infra 8.

Infra 14.

Quale fuerit Sacerdotium vetus.

Psalm. 13.

Rom. 3.

Quid quod Sacerdos, & Leuita viso homine à latronibus vulnerato præteriere.

Ibidem.

Hebr. 10.

Samaritanus ille mysticè quis.

stamenti, vt in Adam omnes homines in sola natura: in Sacerdote omnes adiuti sacrificijs: in Leuita, id est, Moyse, omnes Legis, & Prophetię munere donati. De hoc Samaritano hoc loco loquitur Ambrosius: *Nec vocabulo*, inquit, *secta despicias, quem verbi interpretatione mirari. Samaritani enim vocabulo custos significatur. Hoc habet interpretatio. Quis est custos, nisi ille, de quo dictum est: Custodiens paruulos Dominus? Itaque sicut Iudæus, alius in litera, alius in spiritu; ita est Samaritanus alius foris, alius in occulto.* Sic ille. Dicitur autem iter facere, & non descendere de Hierusalẽ: quod tamen ad bonum sensum dici poterat, quia ipse ab Hierusalem cœlesti descendit ad nos: sed ne intelligeremus descensum similem ab Hierusalem per peccatum, quemadmodum de alijs, ab illo verbo abstinuit, & tantùm dixit, *Iter faciens*, quia se propter nos constituit viatorem. Et hæc fuit potissima sui itineris caussa (ac non fortuita, vt fuit illa sacerdotis, & Leuitæ) nempe, *vt quæreret, & saluum faceret quod perierat.* Venit enim in hunc mundum peccatorem saluum facere, non præteriens, & obiter nos visitans, sed nobiscũ versatus, & loquutus. Videns etiam, noua, & ab experientia ducta scientia, & oculo clementię nostras miserias, & nostra peccatorum vulnera, nobis appropinquauit, carne vestitus, & morti se pro nobis offerens, vt propinquã nobis præberet medicinam, qua per Fidem epota, sanitatẽ cõsequeremur. Additur: *Misericordia motus*. *Quia per omnia debuit fratribus similari*, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deũ, vt propitiaret delicta populi. Infudit autem vinum, & oleum. In quibus repræsentatur vis sanguinis Christi pro nobis in Cruce fusi, qui quatenus dolorem & timorem incutit, vinũ est, quia de beneficijs Dei etiã timendum, & quo maiora, eo magis trepidandum est nobis, ne ingrati inueniamur: & nihil quod contra Christi sanguinem est, leue, aut exiguũ debet existimari. Est ergo vinũ, quatenus pœnitentia elicit, & obedientiã legis, & imitationem suæ mortis à nobis exigit. Oleum verò leniens est, quatenus remissionem peccatorũ, & spẽ vitæ æternæ, & amorẽ, atq; in aduersitatibus consolationem & patientiam tribuit.

Ambros. libr. 7. in Lucam, cap. 8 sub initium, to. 5.

Psal. 114.

Rom. 5.

Bonus ille Samaritanus cur iter dicitur fecisse.

Luc. 19.

1. Tim. 1.

Quemadmodum viderit hominem a latronibus sauciatum Samaritanus.

Hebr. 2.

Vinum & oleum infuderit quale sauciati vlceribus.

Olei effectus.

Quid præstet diuina gratia in nobis.

Psal. 118.

1. Ioan. 2.

Vini propriũ quid.

Alligare vulnera iuxta spiritũ quid.

Lex vnde dicatur.

Eccles. 6.

Oleum etiam, ad vsum lucis, & ad vngendum luctatores, & ad cibos quos edimus præparandos solet deseruire. Et talis est diuina gratia Christi sanguine empta, quæ illuminat contra ignorantiam, & adiuuat contra imbecillitatem, & impotentiam, & dulcescere facit cordibus nostris præcepta Dei, contra malitiam, vt posslimus dicere, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: & Vnctio eius docet vos de omnibus.* Vinum verò mordax est: & tales sunt comminationes pœnarum, quę in præsenti vita infliguntur, siue earum quæ improbos manent in futura vita. Subditur præterea, alligasse vulnera, ne videlicet impetu quodam, cum sanguine efflaret animam. Et hoc fuit alligare, non quidem auferre, sed comprimere concupiscentias, illasque vt vinci possint, mitigare. Atque hoc præstitit per legem nouam vim ligandi habentem: nam Lex à ligando dicitur. Sunt autem Legis Euangelicæ præcepta, vincula quædam, siue fascia, nostra mala vincula deuinciens. Vnde Salomon: *Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abijcias consilium meum. Injice pedem tuum in compedes illius* (scilicet sapientiæ, de qua est sermo, id est, profitere seruitutem illius) *& in torques illius collum tuum. Subijce humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius.* Et infrà: *Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris.* Hæc ille de præceptis, alludens ad fasciam, qua sanitatis gratia alligantur vulnera.

Injicere pedẽ suum in compedes sapientiæ, vt ait Sapiẽs quid sit.

15

Vinculorum vsus triplex.

Est autem vinculorum vsus triplex: nempe aliquid attrahendi, vt cum educimus aquam de puteo; vel aliquid retinendi, ne id à nobis extorqueatur, vel denique vnum alteri constringendi, & alligandi. Præcepta affirmatiua, vincula trahentia sunt, negatiua verò, retinentia: consilia verò Euangelica, vincula sunt, quę arctius nos cũ Christo & Ecclesia constringunt.

Præcepta Dei, & consilia euangelica qualia sint vincula.

Et im-

16 *Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.* Inprimis iter faciebat cum iumento, quod dicitur á iuuãdo, quasi iuuamentum. Et significat innocentissimam carnem Domini, quam assumpsit, vt eam sacrificaret pro delictis nostris, & in qua onera peccatorum nostrorum portaret. Tunc ergo imposuit vulneratum super iumentum, quando pœnam peccatis nostris debitã ipse luit in corpore suo: nam, teste Petro, *ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.* Fuit autem iumentum obedientissimum & mite, non autem recalcitrans, quemadmodum corpus nostrum nobis reluctatur: fuit etiã fortissimum ad tot, & tanta onera portanda. Et, vt annotauit Euthymius, Græcè dicitur κλῆνος ἀπὸ τοῦ κλίνεσθαι, id est, occidi, quia pecus siue iumentum mactationi nascitur, vel mactari, & immolari solet. Quod pulchrè Christi corpus pro omnibus sacrificijs Veteris Testamenti immolationi destinatum significat, secundum illud Prophetæ; *Sacrificium, & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi.* Deinde inquit, duxisse illum in stabulum. Stabulum autem à stando dicitur, in quod longo itinere fessi diuertere solent, quod Græcè hic nominatur πανδοχεῖον, id est, hospitium, siue diuersorium, quod à diuertẽdo deriuatur: vnde stabulariæ mulieres, quæ viatores mercede pascunt, & stabularij hospites viatores pretio recipientes: & prostibulæ mulieres meretrices vocantur, quæ ante stabulum, siue hospitium ædes habent quæstus copiosioris gratia, concurrentibus aduenis. Significat autem stabulum, Ecclesiam, in qua sola quiescendum, & refectio verbi Dei, & Sacramẽtorum sumenda, & ad quã omnes Christiani colligi debemus, velut in hospitiũ quoddam, profitentes nos in hoc mundi deserto peregrinos, & viatores, & nõ habentes hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirentes. Et bene dicitur hospitium Ecclesia, quia omnes suscipit cuiuscunq; nationis, sexus, ætatis, & cõditionis homines, & nõ veluti Lex Moysi, quæ Moabitas, & Amonitas ab ingressu Ecclesiæ arcebat, Ecclesia verò non tantũ homines ratione benè vtentes, sed etiam eos, qui in bestias degenerarunt, & animantia, suscipit, vt ex illis tamen homines, imò filios Dei efficiat. Multi etiam ex filijs Dei suo vitio iumentis insipientibus similes efficiũtur, & in Ecclesia non aliter sunt, quam iumenta in stabulo.

Iumentum quod superimposuit hominem vulneratum bonus Samaritanus.

Isa. 53.

1. *Petr.* 2.

Quam aptũ illud fuerit iumentũ, & commodum

Euthym. c. 36. in Lucam.

Psalm. 39. *Hebr.* 10.

Stabulariam, diuersoriumque cur huius nominis.

Prostibulæ mulieres quę

Stabulũ quid mysticè.

1. *Petr.* 2. *Heb.* 13.

Ecclesiæ hospitalitas.

Deut. 23.

Psalm. 48.

17 Stabularius vt curam illius miseri hominis habuerit.

Ioan. 17

Infra. 21.

Stabularius quis ille.

Subiungitur, curam illius egisse: quoniam Dominus dum viueret, peccatorũ curam gerebat: *Quum essem*, inquit, *cum eis, ego seruabam eos*, vsque ad diẽ resurrectionis, siue Ascensionis: nam ille est dies alter à Passione. Et tũc protulit duos denarios, quos dedit stabulario, siue hospiti, hoc est, Petro Apostolorum principi, & Ecclesiæ pastori, cui ad literã, post Resurrectionem data est tanquam pastori cura ouium Christi. Et in eo intelligendus est omnis ordo Prælatorum, siue pastorum, qui vocati sunt in partem solicitudinis, & Ecclesiarum peculiarium gubernationem, quas quidem cum eo, & sub eo administrant. Hinc egregiè Cyprianus ad Stephanum, *Suscipiamus ad nos prõpta, & benigna humanitate, & stabulum commeantibus præbeamus tale, quale est in Euãgelio, quo à latronibus sauciati, & vulnerati suscipi, & foueri, & tutari à stabulario possint. Quæ est enim maior, aut melior cura præpositorum, quàm diligenti solicitudine, & medela salubri fouendis, & conseruandis ouibus prouidere?* Sic ille. Cum cruo peccata omnia, etsi condonata sint à Christo, relinquant tamen cicatrices quasdã & vitiosos habitus, ac propẽsiones ad malum, rectè à Christo sanati traduntur Ecclesiæ omnino sanandi. Vt interim omittam, filios Dei interdum in peccata relabi, & à latronibus iterũ sauciari: vnde congruum sanè erat, vt tantæ sapientiæ Dominus medicos spirituales relinqueret. Et sicut verbum reconciliationis, quod in prædicatione consistit, Ecclesię dedit, ita etiam ministerium reconciliationis ad remittẽda peccata, quod in Sacramẽto Pœnitentiæ & absolutionis situm est. Et hæc mihi propter Caluinum exciderunt.

Ioan. 21.

Irenæ. lib. 3. c. 19. circa mediũ.

Stabularius quid secundũ Irenæũ.

Ioan. vlt.

Cyprian. lib. 3. epist. 13. circa medium.

Dominici gregis cura qualis naben da sit.

Maior cura prepositorũ siue pastorũ quænam sit, teste Cypriano.

Ezech. 33.

Eroget quis. Supererogat quis.

Verbum reconciliationis in quod nam sit.

2. *Cor.* 5.

1. *Cor.* 9.

Matth. 25.

18 Duo denarij stabulario dari, qui mysticè.

His igitur, id est præpositis ad bene gubernandum, dedit *duos denarios*, id est, potestatem verbi, & Sacramenti, vel intelligentiam Noui, & Veteris Testamenti, quæ eandem Dei imaginem referunt, & secundum quam Ecclesiam regere debent, vel dilectionis Dei, & proximi præcepta, sine quibus nemo bene gubernat: vnde Petrum de charitate prius examinauit, quam pastoratum illi conferret. Irenæus per stabularium vult intelligi Spiritum sanctum, quia videlicet ille est, qui regit Petrum, & alios posteros, per quos gregem pascit, id est, Ecclesiam, & curam illius gerere videtur, & suscipit omnes aduentantes in hospitium Ecclesiæ. *Et ait, curam illius habe.* Hoc dictum est Petro, & in illo, & per illum in consecratione omnibus Episcopis dicitur. Et vt magis præcepti huius memores essent, tertiò dixit, *Pasce oues meas, &c.* Et cura habenda est, non tantum verbo, & Sacramento, sed etiam exemplo bonæ vitæ, & subsidio, siue spirituali deprecationum, siue cõporeo bonorum temporalium, vbi illa eis suppetant, & alij egeant. Et tanta cura est habenda animarum, vt si quis negligentia illius perierit, sanguis sit ab eo requirendus, vt testatur Propheta. Subdit: *Et quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.* Opera quædam necessaria sunt ad salutem, quædam vero consilij, & perfectionis sunt, ad quæ præstanda nemo obligatur. Erogat ergo, qui sibi talenta credita distribuit: supererogat, qui amplius quam accepit, impendit, id est, qui præceptis Christi adiungit Ecclesiæ mandata, & illa pro tempore, & loco, & personarum ratione constituit, quo melius seruentur diuina, & Euangelica decreta, præscriptisque a Domino adiungit cõsilia, qui scripturis adhibet Catholicas, & doctas expositiones, & qui sine sumptu ponit Euangelium cum Paulo. Tales possunt dicere: Domine, duos denarios tradidisti mihi: ecce alios duos supra impendi. Promittit autem huiusmodi bonis operibus præmium repensurum, secundum illud: *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam:* & rursus, *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Et Apostolus: *Scio*, inquit, *cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare vsque in illum diem.*

Luc. 6.

2. *Tim.* 1.

19 Malęuolos Christus auditores de more, cur interroget.

Luc. 19.

Matth. 21.

Ibidem.

Luc. 7.

2. *Reg.* 12. *& seq.*

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter. Dominus more suo, vt magis percutiat, solet interrogare auditores, vt ex confessis ab illis eos acrius vrgeat: sicut in parabola talentorum dixit: *De ore tuo te iudico, serue nequam.* Idem fecit in parabola duorum filiorum in vineam emissorum à patre familias, & in parabola plantatæ vineæ, & in alia duorum debitorum vnius creditoris: & in parabola a Nathan Prophetа propositа ipsi Dauidi. Respondit autem legis peritus, illum fuisse verè proximi officio functum, qui fecit misericordiam in illum. Tanta enim est vis veritatis, vt ex ore hostium etiam capitalium interdum erumpat. Propterea rectè replicans Dominus, concluſit: *Vade, & tu fac similiter*, id est, quemadmodùm illi infirmo Iudæo descendenti ab Hierusalem in Hierico non fuit proximus Sacerdos, vel Leuita, sed Samaritanus Gentilis; ita tu *vade*, id est agedum, vt sit hortantis interiectio, siue, recede ab opinione tua, qua credis solum Iudæum proximum esse: *Et tu fac similiter*, id est, habeas pro proximo tuo hominem etiam non Iudæum, eum corde diligendo, & opere iuuando. Quòd si forte obijcias, responsionem videri ad rem nõ esse: nã interrogarat: *Et quis est meus proximus*, & Christus respondit non quis esset eius proximus, sed cui ipse proximus esse deberet. Respõdeo: Saluator ita debuit vni respõdere, vt omnes in illo doceret, nulli vnum aliquem prefigens proximum, sed omnem creaturam ratione vtẽtem, quæ recipere simul, & rependere dilectionem

Veritatis quanta vis.

Hæc Christi responsio legis perito: Vade, & tu fac similiter quam fuerit idonea.

Proximi nomine qui censendi sint.

ctionem possit. Docemur ergo nos hîc, cui proximi esse debeamus, non quem proximum inuenire valeamus: quia apud Deum non est meritum diligi, sed diligere; non accipere, sed tribuere; non ministrari, sed ministerium impendere. Cùm ergo Samaritanus, id est, inimicus, possit tibi esse proximus, valeatque tibi succurrere, & tu incidere in eum, vt beneficio eius indigeas: consequens est, vt etiam inimicum pro proximo habere debeas, & illi facere quod tibi fieri velis in simili inopia constituto. Non enim excusat quod ille sit alienigena, quòd à Leuita, & Sacerdote sit relictus, id est à prædicatore, Sacerdote, parocho aut Episcopo pastore animarum interdum homo dimittatur: quia satis est quod *Deus vnicuique mandauit de proximo suo*. Neque quod infirmus nihil petierit, quia vt etiam ad non petentes, & liberales, & benigni simus, parabola hæc proposita est. Neque obstare debet, quod parum spei esset de vita, & salute hominis semimortui relicti: quia nostrum non est sanitatem, aut vitam conferre, sed charitatem, vt illam habere possit, si Deus velit impendere. Neq; considerauit fieri posse, vt ipse rapiatur in suspicionem cædis, præsertim si in via ille expirasset: sed ad Deum tantũ, & charitatem aspicere docet. Nec hic egit aliorum iudicem, damnans eos qui conspectum præterierant, sed tanquam pretiosum thesaurum ignotum alijs ipse sibi assumpsit, & assumendum nobis esse docuit.

Matth. 7. Ineptæ excusationes à defectu dilectionis proximi.

Eccle. 17.

Fructus huius parabolæ.

20 Christo igitur in Samaritano designato, beneficium rependere instruimur. Et quoniam Christus singulo cuique homini hoc beneficium à Samaritano præstitum vulnerato, ipse iuxta sensum intentum in parabola impendit, vicissim exigit à nobis, vt illi beneficium rependamus, quod cùm Christo gloria, & immortalitate prædito repẽdi nequeat, superest, vt illi in membris suis, quæ actu talia sunt, vel virtute talia esse possunt, illud ipsum beneficium rependamus. Nam ipse est qui acceptum fert, quicquid cuicunque homini eius gratia donatur, & qui dicturus est: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Ego enim sum homo ille, qui propter te à cœlesti Hierusalẽ descendi in Hiericho huius mundi, & incidi in latrones, custodes vineæ, id est, Scribas, & Pharisæos, qui me despoliatum ad flagellandum: & crucifigendũ obtulerunt, & me in monte Caluario quinque magnis plagis vulnerarũt. Appropinqua ergo intellectu, & commiserare meam nuditatem, & plagas: vel saltem in membris meis illa officia charitatis propter me præstare contende, vt ita te agnoscam verum proximum opere, & charitate, & non tantùm verbo, & lingua diligentem, vt ita dignus sis, qui mihi, & Patri meo, & Spiritui sancto proximus sis in gloria, & mihi simul cum illis reddas laudem, honorem, gloriam, & imperium in secula seculorum, Amen.

Quid Christo debeamus in proximo.

Matth. 25 Christi in hominem beneficia.

Infra. 27.

Verus qui proximus. *1. Ioan.* 3.

TRACTATVS XVII.

De parabola amici accommodato petentis tres panes: de qua tantùm habetur apud Lucam. cap. 11.

QVIS *Vestrùm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille de intus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi, &c.*

Quò tendat hæc parabola.

8 Quo præsens parabola pertineat, difficile non est ex præteritis, & sequentibus coniectare. Nam cum Dominus ab Apostolis rogatus, vt eos de modo orandi institueret, illeque precem Dominicam proposuisset, induxit hanc parabolam, vt vrgeret nos ad sæpè iterandam orationem in Fide, & spiritu, donec quæ desideramus, obtineamus. Patrum

minum charitas, & amicitia.

Fœnum turpissimum quod.

rum enim est, alteri gladium porrigere, nisi vsum gladij doceas. Admonet igitur ne preces nostras vel negligenter, vel remisse faciamus; & quam sit Deus natura beneficus, & exorabilis.

2 Literalis sensus proponitur.

Si spectemus literam, fingitur homo in necessitate constitutus, ad amicum media nocte confugere, amici fores pulsare, difficultates suas exponere, excusationem amici nihil morari, sed tandiu pulsare, donec ex oratore fiat exorator: nam apud homines plus potest importunitas, quam amicitia. Fingitur amicus, à quo petitur, iacere in lecto, ac propterea excusationem obtendere, & moras surgendi nectere: & tamen tantum potuit alter improbitate sua, vt supra quàm volebat, obtinuerit. Ex quo primum dice, quod rari sunt fideles amici: ait enim, *Quis vestrùm*, quasi dicat, pauci sunt: quia amicitiæ in delectatione, aut vtilitate positæ, non sunt solidæ, vt illa Samsonis ad Dalidam coniugem, per quam est omni virtute (quæ in ipsum eminebat) spoliatus, fumosæ concupiscentiæ ligatus, & intellectu exæcatus, & molendinum proprie cupiditatis, & voluptatis trahere cogitur. Amicitia inter vtilitate firmata diuturnitatem non habet, de qua ait Sapiens: *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.* Amicitia verò honesta, rara est, quia vt ibidẽ dicitur: *Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum:* quia sæpe vitio hominum qui parum fidem colunt, amittitur. Hinc Pompeium Magnum per ministros sceleris trucidauit ingratus ille amicus Ptolemæus Dionysius, Senecam Nero discipulus eius mori coegit, Iulium Cæsarẽ Brutus, & Cassius, amici, & familiares, neci dederunt, Augustus Cæsar Ciceronem proscribi, & interfici permisit; M. Marcellum P. Magius Chilo eius familiaris post cœnam trucidauit. Vides igitur, quam parum fidelis sit, ac tuta amicitia hominum.

Apud homines quantũ importunitas valeat.

Quæ causa sit fidelium amicorũ raritatis.

Iudic. 16. Humana qualis amicitia.

Secunda ratio. *Eccles.* 6.

Honesti amici quam rari inueniantur.

Amicorum proditores.

3 Quam hodie refrixerit hominum charitas, & amicitia.

Deinde discе ex illo verbo, *Commoda mihi tres panes*, paucos esse hodie, qui mutuare, aut commodare velint: vsque adeo enim refrixit hominum charitas, vt etiam inter summè coniunctos mutuatio non fiat nisi vel sub pignore certo, vel sub spe, & interdum pacto manifesto alicuius emolumenti, quod planè fœnus est turpissimum: vel loco mutui quisque iam emptionis contractum facit, vt lucrum aliquod ex enumerata pecunia accipiat. Quod licèt per se licitum sit, quia tamen Christianam inuicè mutuandi rationem extinguit, suspicione criminis non caret: nam & vulgus dum has emptiones facit, se mutuare asserit: & illi etiã, qui sub certa mercede locant equos, aut iumenta, commodato dare dicuntur. Sed hæc fusius persequi, nõ est huius loci.

4 Quid præstandum amico.

Tertiò ad literam nota, libenter esse aliquem laborem subeundum propter proximum, siue amicum, quemadmodum iste media nocte surrexit, & quiete sua se priuari passus est: nam quæ nobis volumus bona, eadem proximis velle debemus. Quartò circa verba aduerte, quoddam esse, qui pauperibus non nisi ob importunitatem eleemosynam, siue spiritualem, siue temporariam, donant: quod etsi imperfectum sit, tales tamen gradum sibi faciunt, vt in posterum libentius in pauperes eleemosynas impertiant. Vt enim Deus coegit Loth cum vxore, & filiabus, vt de Sodomis exirent, & in Euangelio ministro vocanti ad cœnam præcipit: *Compelle illos intrare*, ita Deus nonnulla opera nostra, quæ cum quadam repugnantia, & necessitate facimus, solet acceptare. Felix enim est necessitas, quæ ad meliora compellit: non quod liberum arbitrium nobis eripiat, sed quòd ex nolentibus volentes faciat. Et hactenus de litera.

Matth. 7.

Qui tantum importunitate victi eleemosynas faciunt, quid tamen allequantur. *Gen.* 19. *Luc.* 14.

Felix quæ necessitas habenda.

Circa intellectum principalem, hic homo surgens media nocte, & confugiens ad amicum, quiuis nostrũ est confugiens ad Christum, quia sua munificentia, & charitate nos in suam amicitiam asciscere dignatus est: *Vos*, inquit, *dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Qui, vt inter nos & ipsum tanquam amicos, posset esse æqualitas, qui Deus erat, homo

5 Homo surgens media nocte quis.

Ioan. 15.

factus

factus est. Præuenit nos autem suo amore, ad amicitiam excitando, vt ait Dilectus: *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Et vt firmam, & solidam nobiscum amicitiã iniret, summum amicitiæ argumentum nobis testatum reliquit, dum posuit animam suam pro amicis suis. Est autem amicorum vnum velle, & idem nolle, secreta inuicem communicare, simul & in vna mensa conuiuere: ob quam causam perpetuum Eucharistiæ conuiuiũ instituit. Et quia amicorum omnia sunt communia, voluit nobis omnia sua vsque ad nomen, & dignitatem filiorum Dei, & consortium Diuinæ naturæ cõmunicare, vt vicissim illi nos ipsos, & omnia nostra refundamus. Est etiam amicorum proprium, in necessitatibus quę emergunt, operam mutuam, & obsequium impendere inuicem: nam vt dicitur à Sapiente: *Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei te ipsum.* Quo iure omnes nos ad Christum confugere debemus, qui primus est, & nouissimus: primus quidem, in illa ineunda; & nouissimus in illa dissoluenda, & verus amicus, de quo soliti sumus dicere, quod sit alter ego. Est autem sitis ingens filij Dei hominem in amicitiam suam recipiendi, nec est vt alij Principes, qui multos habere amicos, neque possunt, neq, volunt: at Christus etiam Lazari mendici, ac vlceribus pleni, imò peccatricis profanæ, & adulteræ, & Zachæi publicani, & Matthæi in thelonio sedentis amicitiam nõ solùm non horruit, sed etiam affectauit.

1. *Ioan.* 4.

Propriũ amicitiæ quid.

Christi in nos charitas quanta.

2. *Petr.* 1.

Altera amicorum conditio.

Eccles. 6.

Amicus qualis sit Iesus.

Apocal. 1.

Mira in homines Christi dignatio.

Luc. 16.
Supra 7.
Ioan. 8.
Luc. 19.
Matth. 9.

6 Media nocte ire ad amicũ quid.

Pergit autem amicus media nocte. Per quam significatur aduersitas, & tentatio, imo seruor tentationis ad deprecationem impellens. Nam mala quæ nos in hoc mundo præmunt, ad Dominum ire compellunt. Hinc Dauid; *Ad Dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Et dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum.* Per tres panes, aut Fidẽ sanctæ Trinitatis intelligimus cum Augustino, vt Fides Patris potentis corroboret nostram infirmitatem; Filij sapiẽtis, nostrum intellectum illustret; benigni Spiritus sancti nostram inflammet voluntatẽ. Vel, tres panes sunt, tres virtutes Theologicæ: Fides in Deum trinũ & vnum; Spes de venia peccatorũ, gratia, & gloria; Charitas Dei nostri, & proximi. Vel, vt ait Theophylactus: *Tres panes triplicem refectionem trium partium hominis, quæ suo cibo egent, Corporis nempe, Animæ, & Spiritus significant.* Et cõmodato petit, non dono: nõ enim liberam largitionem petit, sed sub tacita restitutione commodati. Nã in commodato rei dominium non transfertur, sed repetitur ex integro, & sæpe cum annexo lucro reddendi vsuras eorum, saltẽ gratiarum actiones, ne reprehendamur cum seruo, qui abscondit innũ, & ligauit in sudario.

Pſal. 119.

Tres pãnes qui, secundum Augustinum.

Aug. serm. 29. *de verb. Domini*, 10.

Alter sensus, de tribus panibus.

Theophyl.

Tertius sensus.

Luc. 19.

7 Amicus qui venit de via, &c. quis ille sit.

Amicus autem, qui venit ad illum de via, Angelus Dei est, qui inspirat ad deprecandum, & petendum; & in media nocte tribulationis, vel in extremo vitæ positus non habet homo peccatór quid illi apponat, quod ille non abominetur. Sic enim exponit Theophylactus, Ideo ad Dominum confugiendum vel media nocte. Talis enim erat Dauid, qui dicebat: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.* B. Bernardus serm. in Rogationibus de tribus panibus, alio modo exponit. *Quid est*, inquit, *quod amicum vnum per hibet aduenisse, nec tamen contentus est quærire panem vnum? Putasne tam voracem æstimabat amicum, vt non posset vni sufficere panis vnus? Nam vni quidem tres apponere panes inconsequens omnino videtur: puta ergo cum vxore, & mancipio hominem aduenisse, vt suum cuique panem apponere velit amicus. Ego quidem amicum venientem ad me, non alium intelligo quàm me ipsum. Nemo quippe charior mihi, nemo germanior est. Ad me ergo de via venit amicus, cum transitoria deserens, ad cor redeo, sicut scriptum est: Redite prævaricatores ad cor. Deinde tunc verè sibi quisque amicus est, cùm de via redit: Quoniam qui diligit iniquitatẽ, odit animam suam. A die itaque conuersionis meæ, de via ad me venit amicus. Venit de regione*

Psal. 118,

B. *Bernar.*

Huius parabolæ alter intellectus secundũ Bernardum, & Augustinum proponitur.

Isa. 46

Psalm. 10.

Luc. 15.

regione longinqua, vbi pascere porcos, & ipsorum siliquas insatiabiliter esurire solebat. Venit fame laborans, confectus inedia, attenuatus ieiunio. Venit necesse habens inuenire amicum. Sed heu, me pauperem elegit hospitem, & vacuum ingredietur habitaculum. Quid faciam huic amico misero, & miserabili? Omnino enim non habeo quod ponam ante illum. Fateor, amicus est, sed ego mendicus. Quid venisti ad me amice, in necessitate tanta? Non sum mendicus, & non est in domo mea panis. Festina, inquit, discurre, suscita amicũ tuum illum magnum, quo maiorem dilectionem nemo habet, sed neque substantiã ampliorem. Quære pete pulsa, quia omnis qui quærit, inuenit, & qui petit, accipit, & pulsanti aperietur. Clama & dic, Amice, commoda mihi tres panes. Qui sunt isti panes, fratres? Vtinam mereamur accipere eos. Fortè enim & ipsos nemo scit, nisi qui accipit. Credo tamen petendos nobis esse tres panes, veritatis, charitatis, fortitudinis. His tribus egere me fateor, veniente ad me amico de via, veniente autem (vt dixi) cum vxore, & mancipio. Deficit quippe ratio mea (ipse est enim vir) præ ignorantia veritatis; languet & voluntas præ inedia affectionis; infirmatur caro præ inopia fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit quæ agenda sunt, & voluntas minus diligit intellecta, & ad hæc etiam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt non quæcunque volumus, illa faciamus. Aruit cor meum etiam & corpus meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Neque enim paterer hunc defectum, si ingiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis, voluntas in desiderio charitatis, caro in operatione virtutis. Commoda ergo mihi, amice, tres panes, vt intelligam, vt diligam, vt faciam voluntatem tuam. Hactenus ille bonus Pater eleganter, & piè.

Ioan. 15.

Matth. 7.

Quibus panibus egeamus tribus.

Sapien. 9.
Roman. 7.
Psal. 101.

8 *August. ser.* 27. *de verb. Domini, initio tom.* 10.

Hunc eundem sensum prosequitur Augustinus serm. de verbis Domini, dicens, *Fortassis & vobis aliquando venit amicus de via, & non inuenimus quod ei apponeremus; & necessitatem passi sumus, & accepimus, & nobis, & illi. Fieri enim non potest, nisi vt aliquis passus fuerit amicum aliquid interrogantem quod respondere non possit, & tunc se inuenit non habere, quando coactus est dare. Venit amicus tibi de via, id est, de vita huius seculi, in qua omnes velut peregrini transeunt; nec vllus quasi possessor manet, sed omni homini dicitur: Refectus transi, age iter, da venturo locum. Aut fortè de via mala, hoc est, de vita mala fatigatus nescio quis amicus tuus, non inueniens veritatem, qua audita, & percepta beatus fiat, sed lassatus in omni cupiditate, & egestate seculi, venit ad te, tanquam ad Christianum, & dicit, Redde mihi rationem, fac me Christianum. Et interrogat fortè quod tu per simplicitatem fidei nesciebas. Et non est vnde reficias esurientem, & te admonitus inuenis indigentem, & cum vis docere aliquem, cogeris discere. Et dum erubescis eum qui te interrogauit, quod quærebat, nõ in te inueniens, compellerus quærere, vt merearis inuenire. Et vbi quæres? Vbi, nisi in Dominicis libris? Fortassis quod ille interrogauit, in libro positum est, sed obscurum est. Fortè dixit Apostolus in epistola sua.* Sic dixit, *vt intelligere possis, aut intelligere non possis, transire non permitteris. Vrget enim interrogator, ipsum Paulum, aut Petrum, aut aliquem Prophetam interrogare non sineris. Iam enim requiescit familia ista cum domino suo, & seculi huius ignorantia valida est, hoc est, nox media, & vrget amicus esuriens. Tibi fortè sufficiebat simplex Fides, illi non sufficit: nunquid deserendus est? Nunquid de domo proijciendus est? Ergo ad ipsum Dominum, ad ipsum, cum quo familia requiescit, pulsa orando, pete, insta. Non quomodò amicus ille in similitudine positus tadio victus surgit, & dabit: dare vult, tu pulsans nondum accepisti, pulsa, dare vult. Et quod dare vult, differt, vt amplius desideres dilatum, ne vilescat citò datum.* Hæc ille. Potest & alijs modis applicari, quod sine vlla violentia potest pati parabola: *Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.* Quantũ ad corticẽ, amicus dormiens media nocte molestè fert excitari clauso ostio. Quantum ad spiritum, cum Christus sit ostiũ, ipse pulsari etiam importunè se velle ostendit. Et

Iacob. 2.

Eccles. 19.

Amicus dormiens media nocte quis.

dit. Et dicitur quiescere, quia quietus regnat in cœlo cum pueris suis, hoc est Ecclesiæ triumphantis membris, cuius curam præcipuam habet. Sed quia etiã militantis Ecclesiæ, & peccatorum in ea peregrinantium curam gerit, nõ tam amicitia, quàm molestia, & tædio compulsus surgere dicitur: & non tantum tres panes petitos, sed etiam supra illum numerum largiri: quia semper concedit superabundanter quàm petimus, aut intelligimus.

Ephes. 3

9 Ostium clausum quid, & quare dicitur clausum.

Dicitur autem ostium clausum per metaphoram, quasi Deus non exaudiat, & differat concedere quæ petuntur; vel quia dulciùs sapiunt cum labore, & difficultate concessa. Alia vero nõ sunt ita necessaria, vt prophetia, donum linguarum, intellectio Scripturæ, gratia sermonis, & similia, quæ non tantum deprecatione, sed etiam studio, vigiliis, labore, puritate vitæ, & operibus bonis, quasi ad ostium pulsando obtinentur. Sunt etiam quædam abstruiores gratiæ, & dona clausa, quæ requirunt pulsantem, vt exhibeantur: atque huius generis sunt, quòd magnus peccator habens ostium cordis clausum ad Christum conuertatur. Et ideò oportet pulsare ostium, castigando corpus ieiunijs, & validis clamoribus delictorum veniam implorare suorum. Et fortè de hoc dixit Dilectus: *Est peccatum ad mortem; non pro illo dico vt roget quis*: sed saltem gemat, & lacrymis, & ieiunijs pulset. Et videtur quod ait, *Non pro illo dico vt roget quis*, idem esse, ac dicere; *Pueri mei mecum sunt in cubili*. Proinde nemo si semel atque iterum orauerit, neque tamen exorauerit, propterea desperare velit, quia bonitatis Dei est, vt non tam citò sis exauditus, quod in bonum tibi non cederet. Vnde D. Augustinus libro Soliloquiorum: *Deus*, inquit, *vniuersitatis conditor, præsta mihi primum vt bene te rogem; deinde vt me agam dignum quem liberes; postremò vt liberes.* Et libro de ordine, *Satis mihi sunt vulnera mea, quæ vt sanentur, penè quotidianis fletibus Deum rogans, indigniorem tamen esse me qui tam citò saner quam volo, sæpe memet ipse conuinco.* Pulchrè hic philosophatur

1. Ioan. 5.

Quare non statim exaudiamur à Domino.

Augus. lib. 1. soliloq. c. 1. initio. tom. 1.

Idem lib. 1. de ordine, ca. 10. sub initium tom.

Petrus Rauennas sermone quodam. *O quam dare vult, qui se inquietari taliter, taliter suscitari patitur. O quam necessitatis esse suæ, quod suæ potestatis est, vult videri. O quam pulsanti iste festinat occurrere, qui sic secreti sui cubile ipsam collocauit ad ianuam. O quam negare noluit, qui sibi etiam neganti quaeritur, obtulit. O quam non ad ianuam Dominus tantum, sed ipsa ianua Dominus fuit. Ego sum, inquit, ianua. Qui dormientibus sternis pulsantis necessitatem solus, & primus audiuit.* Hæc ille.

Petrus Rauen. serm. 39. initio.

10 Ait ergo: *Propter improbitatem eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.* Id est, iam non mutuò, aut commodato, sed gratis dabit. Et concludit: *Et ego vobis dico, petite, & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.* Verbum, Propter improbitatem, Græcè est ἀναίδειαν, quæ propriè significat impudentiam, & inuerecundiam: bene tamen vertit interpres, improbitatem, nõ vt improbus opponitur probo, sed vt opponitur otioso, & remisso. Est enim improbus, qui vrget, & non cessat, donec obtineat: In quo sensu dixit Poeta, *Labor improbus omnia vincit*, Et vt superiùs annotauimus, concludit hæc parabola, non per locum à simili, vt plerunque solent concludere, & vox ipsa parabolæ, id est, comparationis, & similitudinis insinuat; quales sunt parabolæ illę octo, quę habentur apud Matthæum, sed per locum à dissimili; siue argumento sumpto a minori affirmatiue, aut a maiori negatiue, iuxta id: *Si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; quanto magis vos, modicæ fidei* Alterius exemplum est: *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* In hoc genere reponẽda est hæc parabola, & illa Villici iniquitatis, & iniqui Iudicis illa, quia concludunt per contrarium, hoc modo: Si laudatus est a Domino, qui fraudem illi fecit, & per largitiones in futurum sibi prospexit; quanto magis laudari merebitur, qui secundum illius præcepta amicos sibi facit de mammona iniquitatis, siue de diuitijs sibi creditis. Ita etiã in altera

Propter improbitatem surgere, quid.

Virg. Georgic.

Qualis conclusio huius parabolæ.

Matth. 13. & seq.

Supra 6.

Quæ parabolæ dissimiliter concludant.

Luc. 23.

Supra. 16.

Infra. 18.

Supra. 16.

Luc. 18.

in altera iniqui iudicis, in qua ad perseuerantiam in deprecando hortatur, nõ est opus comparare Deum cum iniquo iudice, & eius conditiones illi tribuere: sed à contrario docere voluit, quod si apud iniquum iudicem tantum valet perseuerantia viduæ precantis, quanto magis apud Deum fontem iustitiæ, & misericordiæ, valebit iustorum supplex & perseuerans precatio? Ita hic etiam, concluditur hoc modo: Si tantum virium habuit instans amici oratio apud hominem amicum, vt etiam importuno tempore, quo iustè negari poterat petitum, si non amicitiæ intuitu, tamen victus petentis improbitate etiam amplius offerat quam petatur; multo magis valebit apud Deum hominibus amicissimum, qui precantium importunitate non solum non offenditur, sed vehementer oblectatur, adeò, vt quod iustè negari poterat, vel debebat, veluti perseuerantia precantis victus concedat, idque copiosius quã petebatur.

11 Quanta fiducia ad Deum accedendũ.

Indicat etiam parabola, vt ad Deum tanquam ad amicum summa cum fiducia accedamus, & vt digna tanto amico, & nobis vtilia postulemus. In quo sanè sensu etsi opus nõ sit conditiones amici dormientis Deo tribuere, sicut nec iniqui iudicis, cum sine illis salua sit intelligentia, & integra parabolæ expositio: addita tamen fuit à nobis propter Patres veteres, qui illas excogitarunt, & à veritate non abhorrent: licet verum sit quod satis fuisset colligere à minori ad maius affirmatiuè, vt B. Augustinus lib. quæstionum Euangeliorum docet. Nã si amicus in lecto quiescens cogitur è cubili surgere: quanto magis Deus natura benignus, & munificus, & qui nos quasi filios diligit, & vt petamus hortatur, & instat, & qui importunitate nostra non afficitur molestia, sed maximè delectatur, concedet nobis quæcunque precamur.

Aug. lib. 2. quæst. Euangel. cap. 21. tom. 4.

Deo quã grata orantium importunitas.

12 Sequitur: *Si enim vos, cum sitis mali, nostris bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?* Argumentum sumit à minori ad maius: si enim vos, qui estis natura mali, hoc est, vitio naturæ in Adam corruptæ ad malum propensi, duri, atque tardi ad exaudiendum eos qui aliquid à vobis petũt, permittitis importunitate precum vos expugnari; quanto magis Deus natura bonus, exorabilis, & ad petendum inspirans, largietur vobis quæcunque petieritis? & non lapidem pro pane, vel serpentem pro pisce, vel pro ouo scorpionem, quod ne parentes quidem carnales faciunt, vobis dabit? Quæ verba sic mysticè explicauit Augustinus libro quæstionum Euangeliorum, his verbis: *De pane, pisce, & ouo, quibus contraria posuit lapidem, serpentem, & scorpionem, intelligitur panis charitas, propter maiorem appetitum, & tam necessariam, vt sine illa cætera nihil sint, sicut sine pane mensa est inops: Cui contraria est cordis duritia, quam lapidi comparauit. Pisces autem, intelligitur fides inuisibilium, vel propter aquam Baptismi, vel quia de inuisibilibus locis capitur. Quod etiam fides huius mundi fluctibus circumlatrata non frangitur, rectè pisci comparatur? Cui contrarium posuit serpentem propter venena fallaciæ, quæ etiam primo homini male suadendo præseminauit. In ouo intelligitur spes: ouum enim nondum est fœtus perfectus, sed fouendo speratur: Cui contrarium posuit scorpionem, cuius aculeus venenatus retro timendus est: sicut spei contrarium est retro respicere, cum spes futurorum in ea quæ ante sunt, se extendat.* Sic Augustinus.

Aug ibidẽ, cap. 22.

Gen. 3.

Nos naturaliqua ratione simus.

13 Alter sensus

Hæc tamen verba à nobis aliàs interpretata sunt, nihilominus hic breuiter dicendum, quòd vt prius hortatus est ad orandum exemplo amici confugientis ad amicum, ita modo exhortatur exemplo filiorum ad patrem suum accurrentium, qui promptius solitus est exaudire quam amicus. Dabit autem spiritum bonum, nempe sanctum, qui est triplex panis, pascens intellectum, memoriam, & voluntatem, & quia est panis corhominis confirmans, & piscis delectans, & ouum per nos fructum edens. Et cum sit spiritus, te in spiritum conuertit, & faciet panem esilem Deo, proximo, & tibi; piscem, id est, dulcem in tribulatio-

Spiritus bonus quis, quẽ dat Pater cœlestis petentibus se.

Psal. 103.

ne & denique ouum: vnde, ceu pullus sub gallina, ita tu sub tenera & peculiari Christi prouidentia versaris. Insta igitur deprecationi, & perseuera in illa, vt conserues quæ habes: dona enim Dei non possidentur nisi iugi & assidua deprecatione: quemadmodum oppida, siue ciuitates in Germania, quæ vt plurimum ligneæ sunt, ab ignis periculo non seruantur, nisi clamore alicuius singulis noctis horis, vt ab igne omnes sibi caueant admonentis. Petamus autem à Deo & quæ cœlesti digna sunt Patre, & quæ cœlestes filios conuenit petere. Antigonus Macedonum Rex Thrasillo Cynico petenti drachmam: Non est, inquit munus Regium: Cynico subijciente: Talentum ergo da: At non est, inquit, Cynicum tale munus accipere. Quo exemplo instruimur, vt in petendo rationem habeamus, & eius quem petimus, & nostri ipsorum, qui petimus: sed ante omnia constanter, & cum perseuerantia instandum est apud Deum. Offeramus igitur Domino vitulos labiorum confitentium, & deprecantium, vt ditari, & in diuitijs augeri, & seruari valeamus. Est autem vituli sacrificium precatio nostra: cuius medulla, pia est intentio; ossa verò, fortitudo orantis contra cogitationes volatiles cor infestantes, contra tædium temporis, & dilationem impetrandi doni, cõtra impatientiam deariditate spiritus, & contra leuitatem relinquentem orationem, cum deuotè funditur, quod est claudere os aduocati efficaciter persuadentis. Carnes verò sunt, intelligentia verborum, quæ precibus fundantur, & ad illa animus attentus. Pinguedo vero vituli, deuotio est, & alacritas spiritus deprecantis. Pellis vero, contextus est verborum prædicta omnia continens: quem quidam vix præstare nouerunt. Pili, denique, ceremoniæ sunt externæ, vt genu flexio, & manuum eleuatio, & oculorum in cœlum erectio. Cui si addiderimus instantiam, & perseuerantiam, quam Dominus hac parabola nobis indicare voluit, & quam ipse pernoctans in oratione Dei, & factus in agonia, & prolixius orans suo exemplo nos docuit; plenum profecto, & gratum vitulũ holocaustum Deo obtulerimus: quod ille in odorem suauitatis suscipiet, & per quod nobis placabitur, & nostra vota cumulatè exaudiet, qui nobis spiritum precandi, & in precatione perseuerandi donare pro sua bonitate dignatus est, Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis merito debetur honos, gloria, & imperium in sempiternum. Amen.

Dona Dei qua ratione custodiantur ac conseruentur.

A Deo nobis quæ petenda sint.

Antigoni Macedonum Regis acutè dictum.

In petendo quid obseruandum.

Hebr. 13.

Offerendum Deo quodnam vituli sacrificium.

Orationis in vitulo elegans descriptio.

Deo quã gratum & acceptum illud erit sacrificium nostrũ.

TRACTATVS XVIII.

De parabola hominis diuitis, cuius ager vberes fructus afferebat: de qua tantum est sermo Luc. 12.

DIXIT *Autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens, Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, &c.*

Ex his, quæ præsentem parabolam præcedunt, & subsequuntur, facilè elicimus eius scopum, & quo per eam Dominus tendat, nimirum vt diuitiarum vanitatem, & falsam quam promittunt amatoribus suis felicitatem, ostendat. Refert enim Lucas Euangelista paullò antè quendam de turba Domino dixisse: *Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?* Sic enim homines facere consueuimus, cum aliquem sanctum virum credimus; ad eum accurrimus, & quę in nos iniuste agi putamus, ab his præsertim, quos iudicio persequi non possumus, ad illum deferimus, vt religionem

1 Quid Dominus præsenti parabola nos doceat.

Ad quẽ ferè suis in difficultatibus accurrant homines.

iniiciat his, qui aliquid nobis auferre, aut aliquid insolenter facere videntur. Verum sancti viri, qui ad Dei honorem animarum salutem quærunt, priùs nostras cupiditates reprehendunt, & patientiam, & recessum ab auaritia suadent, vt hîc Dominus fecit, nam hoc multo periculosius est, quam iniuriam facere: nam qui iniurius est proximo, agnoscit aliquando peccatum suum; qui autem pati detrectat, putat se iure agere, ac nunquam Christi patientiam discit, & malum putat, quod Christus bonum, & beatum vocat. Itaque ad sanctos viros eos Deus mittit, vt quæ ad Christianam spectant patientiam, addiscant, atque ita in his quæ patiuntur, gaudeant, & sua patientia & sibi, & his, à quibus injuriam, vel damnum recipiũt, prosint, & vt impleant præceptum diligendi inimicos, & benefaciendi his qui se oderunt. Quoniam ergo iste declarauit se teneri magis studio terrenę, quàm æternæ hæreditatis, nec magnificam de Iesu habere opinionem, qui verbo, & exemplo terrenorum docebat contemptum, & regnum cœlorum prædicabat; ideò paullo asperiùs respondit, veluti indignatus quod à cœlesti negotio, ad quod solum à Patre missus fuerat, interpellaretur ad terrenas, & sordidas curas; & vt doceret suos non implicari negotijs secularibus, *Homo*, inquit, *quis me constituit inter vos iudicem*, ordinarium, aut arbitrum causlarũ compromissarium: quasi diceret, Nullus. Nec enim Pater me talem constituit, nec ego cum tali potestate veni, nec est in terra superior, qui mihi talem autoritatem conferre possit, neque tu qui rogas, talis es, vt hoc valeas de cœlo scire: nec profecto Redemptorem mundi talis potestas decebat, etsi animarũ iudicium, & spiritualium causarum iurisdictionem habuerit, non temporalium, quam per se, vel vllos suos ministros non exercuit: nec enim Dominus, vt Moyses iudices instituit pro causlis leuioribus, ac temporarijs, bene autem spirituales iudices, quibus dixit, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et

Sancti viri hominibus, quid maxime suadeãt.

Matth. 5.

Cur Dominus petenti fratri, vt diuideret hæreditatem, seueriuscule responderit.

2. Tim. 2.

Quàm vere Christus dixerit se iudicem minimè constitutum inter litigantes.

Christus qualis iudex tantummodo. Exod. 18.

Ioan. 20. & Matth. 18.

bene hominem vocauit, qui tãtum humana, & mũdi huius bona agnoscebat: nam etsi rem per se iustam peteret, malè tamen à se alijs melioribus, & grauioribus negotijs destinato petebat. Vnde Apostoli id non ignorantes dixerunt: *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis*, & Apostolus in genere dixit: *Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus, vt placeat ei cui se probauit.* Nec potest quis obtendere exemplum B. Augustini, qui vt tradit Possidonius in eius vita, iudicijs secularibus dirimendis fuit intentus, & occupatus totos aliquando dies. Sed cur Augustinus illis vacauerit, docet illo loco Possidonius, & ipsemet Augustinus, qui in libro de opere monachorum dicit, Ecclesiarum cõsuetudinem, quibus seruiebat, hoc tunc exegisse, vt Episcopi dirimendis Christianorum litibus vacarent, idque ex præcepto Pauli profectũ, etsi eiusmodi negotijs vacauerit nunquã. *His* inquit, *vos molestijs afflixit Paulus, non vtique suo, sed eius qui in eo loquebatur, arbitrio, quas tamen ipsum perpessum fuisse non legimus. Aliter enim habebat se Apostolatus eius discursus. Nec dixit: Secularia igitur negotia si habueritis, ad nos deferte, aut nos constituite ad iudicandum, sed eos qui contemptibiles sunt in Ecclesia, hos, inquit, collocate ad reuerentiam vestram dico: sic non est sapiens inter vos quisquam, qui possit inter fratrem suũ iudicare, sed frater cum fratre iudicate, & hoc apud infideles: Sapientes ergo qui in locis consistebant fideles, & sanctos, non qui hac atque illac propter Euangeliũ discurrebant, talium negotiorum examinatores esse voluit.* Sic ille, & consuetudine, & Apostoli præcepto se actatum indicans ad lites fidelium dirimendas. Nõ ita tamen litibus vacabat discernendis, vt interim à prædicatione, & Episcopi muneribus vacaret.

Secundo obijci possit, nunc Episcopos causlis incumbere ciuilibus, & criminalibus: nam in causlis mixtis ferè vbique datur locus præuentioni, vt possit vel Episcopus, vel Magistratus, qui prius cœpit cognoscere, causlam iudicare, & terminare. Sed certè

Mundani homines quid diligant.

Act. or. 6.

2. Tim. 2.

Possidonius in vita B. Augu. cap. 19. tom. 1. initio.

August. lib. de opere monacho. c. 29. tom. 3.

B. Augustini tempore Episcopi litibus Christianorum dirimẽdis vacare solebant.

1. Cor. 6.

2

Cur modò etiam Episcopi ciuilibus causlis, & criminalibus implicentur

etiam hoc consuetudine Ecclesiarum introductum, vt peccata cauerentur, & minus Deus offenderetur. Nam vbi toi sunt caussarum talium cognitores, homines difficiliores redduntur ad peccādum, quia non putant se impunitos euadere posse.

3 *Ioan.2. Matth.21.* Si Christus à nemine erat iudex constitutus, quid ergo vendentes & ementes eiecit. *Ioan.2. Matt.21. Psalm.68 3.Reg.18. Matt.21*

Nec obstat tertio, quod Dominus expulit vendentes, & ementes de templo: nec enim hoc vt Rex terrenus fecit, cuius dignitatis non erat à verberibus incipere, sed vt Diuinæ vindictæ minister, & vt zelator sanctitatis domus Dei. Vnde dixit, cum hoc fecit. *Zelus domus tuæ comedit me.* Quemadmodum etiam Helias Baal Prophetas interfecit impetrato igne de cœlis, vt se Diuina potestate agere ostenderet. Dominus quoque interrogatus à sacerdotibus: *In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem?* id est, expellis de templo vendentes, & ementes, vt intelligerent quod non humana aliqua potestate id faceret, sed Diuina, respondit: Baptismus Ioannis vnde erat, è cœlo, an ex hominibus?

4 Id, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, quomodo accipiendum *Matt.vlt.*

Cum vero dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, hoc post resurrectionē dixit de potestate spirituali, sub qua omnis potestas terrena, quatenus ad spiritualem facit, intelligitur: & quam suo vicario tradidit, qui per se temporalia non administrat, & gladio non vtitur. Sed hæc omnia legibus, & moribus hominum reliquit, nihil circa hæc ipse peculiariter instituens.

5 *Pet.Chrys. sermo. 16. versus finē. Ioan.5 Matth.25*

Pulchre hic philosophatur Petrus Rauennas: *Quis me*, inquit, *constituit iudicem? Et vbi est illud quod tu dixisti, Domine, Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit Filio? Aut diuisorem super vos? Et quis diuidet Iustos ab iniustis, sicut segregat pastor oues ab hœdis? Si tibi iudicium debetur hominis, & per te est totius seculi celebranda diuisio: quomodò dicis, Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Est quidem penes Christum, & fuit, atque erit omne iudicium, sed tunc nō iudicaturus venerat, sed iudicandus: nec addicturus reos, sed à reis innocens addi-*

cendus. In homine agebat Deum; in seruo dominum, vt esset vernula temporis, qui erat & factor, & cognitor seculorum. Meritò ergo respondit, Quis me constituit, iudicem, &c. Et quis eum constitueret iudicem, qui constituit, & instaurat vniuersa. Christus ad litigatoris arbitrium arbiter esse non poterat, qui totius iudicij summa est, & potestas: illi iurgator non inuitatus à Patre taliter tu petisti, hæc dicit, sed inuisus astitit, vt adiudicantes, illi fas non sit resilire sententiam. Et quia correcturus venerat, non damnaturus reum, præcepto remouet fomitem iurgiorum, dicendo: Videte, cauete ab auaritia. Hoc est dicere: Abijciatur auaritia, & non erit in hæreditate contentio. Auaritia fratres, parentes negat, germanos diuidit, separat socios, amicitiam soluit, excludit affectum: hanc qui intra se habuerit, erit nullius, suus non erit. Idem paullò ante: *Non potest dicere fratri, diuide, qui per prophetiam docuit, Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum. Dic fratri meo, vt Diuidat mecum hæreditatem. Quæ maior hæreditas, quæ melior hæreditas, quàm diuinæ vinculum charitatis. Quia hæreditas aliquando perit, Charitas nunquam, dicente Apostolo, Charitas nunquam excidit.* Et infra: *Hæreditas mundana ante posteris infert iurgia, quàm conferat censum: antequam diuidat facultates, scindit hæredes: antequam debitas tradat singulis portiones, successo res ipsos defectat, & mittit in partes. Proinde non est hæreditas ista, sed pugna: & hæc nouerca filiorum est, non facultas. Ille ditat filios, qui relinquit filijs plenissimam charitatem. At tu quisquis ille es, qui Dominum tali petitione compellas, Dominum prouocas, Dominum producis ad litem, cum quo tibi Apostolus hæreditatem docet, & ostendit esse communem: Hæredes, inquit, Dei sumus, cohæredes autem Christi.* Et infra: *Vnde homo, quid hunc ad diuisionem vocas, quid hunc ad discussionem miserandus inuitas: quid ab eo partē petis, qui tibi quæsiuit, & contulit totum?* Hactenus ille.

Ephes.1

Auaritiæ effectus qui sint.

Psal.132.

Qua nulla maior, nulla melior sit hæreditas.

1.Cor.13.

Proprium hæreditatis humanæ quod.

Ditet filios quis.

Rom.8.

Rursus

6 Altera huius responsionis ratio: Homo, quis me constituit iudicē, aut diuisorē inter vos; *Matt.22. Luc.22*

Rursus voluit hac reprehensione ostendere, suam doctrinam non abrogare officia, iudices. & magistratus, sed potius confirmare: *Homo*, inquit, *quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?* Quasi diceret; An mundus nos non habet iudices, qui lites tam humiles dirimant? Ita & alias dixit: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Et cum discipuli certarent de loci primatu, inquit: *Reges gentium dominantur eorum, &c.* quo nimirum declarauit, neque se, neque suos fore iudices, quos vocant seculares, debere: quibus verbis non ordinem magistratus aboleuit, sed multo magis solidauit B. Hieronymus in epistola ad filias Geruntij de contemnenda hæreditate scribit, Dominum dixisse, Quis me constituit iudicem, ad exprobrandum Iudæorum infidelitatem, qui olim Moysi dixerunt: *Quis constituit te principem, & iudicem super nos?* Cui si crederent, & Domino vtique credidissent. Quasi Iesus dicere voluerit, Vos nō me recepistis, & nunc iudicem poscitis: arguens illorum iactantiam, vel leuitatem.

B.Hieron. som. prope initium. Exod.2.

7 Πλεονεξία Græcè quid *Isa.56.* Auaritiæ vitium quam latè pateat. *Hierem.6*

His dictis subiunxit: *Videte, & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Ab omni*, inquit, *auaritia.* Auaritia dicitur πλεονεξία, quæ vitium est animi plusquam sufficiat appetentis, & latè patet per omnes gradus hominum: nam, vt dixit Isaias, *Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum.* Et Hieremias: *A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student.* Et quanquam textus Græcus non habeat modò, *ab omni*, habet tamen textus nostri interpretis, & habet etiam nunc Euangelium Syriacum. Et non solum vult nos abstinere à manifesta auaritia, sed etiam ab interna cupiditate, quæ teste Apostolo, *Radix est omnium malorum*, & multas species habet: Principes rapinam colunt, laici vsuram, ecclesiastici Simoniam, negotiatores fraudem, aduocati calumniam: multi etiam iniustè inuenta detinent, multi bona defunctorum pijs locis legata impiè retinent: & aliæ innumeræ rationes bona aliena inuadendi existunt. Et quia multi auari vitium, quo laborant, non vident; propterea rectè admonuit: *Videte, & cauete ab omni auaritia*, etiam ab omni re, quæ speciem auaritiæ habeat: & cauete ab ea, tanquam à diabolica quadam fouea. Et hæc erat potestas Christi spiritualis monendi, & hortandi vt caueant à peccatis, maximè verò ab auaritia, quę teste Apostolo, *est idolorum seruitus. Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet.* Nimirum quia qui multa possidet, non propterea diutius viuit, neque comitatur diuitiarum multitudinem vitæ longæuitas. Existimant enim diuitiarum amatores, quòd multo tempore sint victuri, & longæuam vitam, felicemque acturi, modò diuitias possideant: non enim abundantia facit ad felicitatem, sed potius ad solicitudinem, ac proinde ad vitam abbreuiandam. Et propterea subiungit parabolam illud ostendentem: quæ quoniam in literæ cortice nihil habet annotatu dignum; propterea ad sensum intentum per illam declarandum quam primum accedemus.

1.Tim.6.

8 Homo vnde suum nomen accepit.

Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. Si homo dicitur à concordia, quæ Græcè ὁμόνοια dicitur, hic, homo non erat, qui sibi soli viuebat, & ab alijs dissidebat. Si homo dicitur animal rationale, hic homo non erat, qui rationem non habebat vitæ breui finiendæ. Si autem homo dicatur ab humo, rectè dicitur homo, quia terram tantum diligebat, & in qua spem suam collocauerat. Ager autem ab agendo dicitur, quia actione in ipsum facta rediuiuos fructus reddere solet. Hic ergo ager, non tantum necessarios, sed vberes, & copiosos in vtilitatem hominum fructus reddebat, vt saltem ex agro suo discere in alios fructificare. Pulchrè hic ait Chrysologus: *Miserum quem vbertas sterilem; abundantia anxiū, inhumanum copia, diuitiæ fecere mendicum. Humanus ager inhumanum dominum sustinebat: & quod terra fundebat largiter, concludebat & congregabat angustè, vt*

Cauendū esse ab omni auaritia, cur Dominus dixerit.

Potestas Christi spiritualis quæ. *Ephes.5*

Quare in abundantia cuiusquam vita eius sit ex his quæ possidet.

Diues iste parabolicus cur dicitur homo.

Ager vnde appelletur.

Petrus Rauen. serm. 104. initio.

guste, vt esset alienorum custos, qui esse suorum noluit prorogator, ingratus Deo, sibi nequam, hostis pauperum, diuitum nota, carcer naturæ. Subdit: Et cogitabat intra se, dicens, Quid faciam? Rursus Chrysologus in hæc verba: *Quasi possit*, inquit, *extra se quispiam cogitare; sed intra se iste cogitabat, qui in corde suo impietatis consilio recepto, nil pietatis sibi, misericordiæ nil reliquit. Cogitabat intra se, dicens. Digno consilio se vsum, qui mali animi non poterat habere solatium, non poterat habere collegam, Et cogitabat intra se, dicens. Mens impia cum pietate certabat: & patiebatur intestinum bellum, qui misericordiæ pacem perdiderat, & quietem. Et cogitabat intra se dicens, Quid faciam? Interrogantis vox est: & quem putas interrogabat iste? erat in illo alter, quia ad eius penetralia iam Diabolus possessor insederat: & qui intrauerat in cor Iudæ, mentis eius tenebat arcanum.* Hæc ille, expendens verbum, Intra se. Vides ex diuitijs oriri curas, & solicitudines memem turbantes? Ponderat Basilius verbum illud: *Quid faciam? An non talis modi edit vocem, cuiusmodi solet qui angustia pressus mendicat? Quid faciam? Alimenta vnde? vnde indumenta? Hæc secum submurmurat, ac loquitur dives: cor per hæc mœrore afficit & affligit, dum æstuat anxia solicitudine.* Et Gregorius quodam loco verba faciens de hoc diuite, ait: *O angustia ex satietate nata. De vbertate agri angustatur animus auari. Dicens namque, Quid faciam? profectò indicat, quia votorum suorum affectibus pressus, sub quodam rerum fusce laborabat.* Hæc illi Patres appositè. *Quia non habeo quo congregem fructus meos.* Vbi rursus Chrysologus: *Audis quomodo non habet dives? Ecce clamat, Non habeo. Verum est, quia non habet semper, quia quæ rit semper: & non habet vbi congreget, qui vt congreget, sic requirit.* Sic ille. Et certè si non habebat quò congregaret, paratior erat occasio tribuendi, & in pauperes dispensandi. Nulla esset querela hominum super terram, si tantum necessitati, & non cupiditati conderetur. *Neutiquam pauper* (vt ait Theophylactus) *ita loqueretur, Quid faciam? Sed, Non habeo quomodo implear, quomodo alar.* Vide autem & diuitis voces: Quid faciam? quia non habeo vbi congregem fructus meos? Habes horrea, pauperum ventres, quæ multa capere possunt, quæque incorruptibilia sunt: cœlestia enim sunt, & diuina (Nam thesauros quos requiris, vt Laurentius dixit, in cœlestes thesauros manus pauperum reportauerunt.) Quandoquidem qui pascit pauperem, Deum pascit. *Et dixit, Hoc faciam; destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi.* Euidenter apparet consiliarius internus, qui latebat, quia à destructione incipit semper inimicus: & agit, vt quæ habes destruas; & quæ concupieris, non reformes. Quod si regio plures in posterum fructus attulerit, iterum illa destruere opus erit, & alia ædificare. Sed quæ, quæso, vtilitas nunc ædificandi, nunc destruendi? *Vnus enim ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor?* Digna erant demolitione horrea iniquitatis, excondenda meritò erant, quæ malè ædificata, destruenda erat domus auaritiæ custos; ostendenda soli squalentia frumenta, proferendæ è carcere diuitiæ vinctæ; exponenda pauperibus, quæ diu in horreis conclusa fuerant. *Et congregabo*, inquit. Pro certo id tenens, non considerando impedimenta, latrones, tyrannos, bella, milites, mortes. Et vide insignem auaritiam cum summa crudelitate coniunctam, quæ antequam bona reciperet, iam claudebat. *Congregabo*, ait: vbi congesta putrefient. *Quæ nata sunt mihi*, inquit, *& bona mea.* Basilius in homilia, qua præsentem explicat parabolam, quam & ferè totam Latinitate donauit B. Ambrosius, paucis additis: sicut in Hexameron suo, & libris de Spiritu sancto eiusdem Basilij libros, aut vertit, aut saltem æmulatus est, multis tamen de suo additis, & fortassis

Diues item ille, quomodo intra se cogitabat de horreis ampliandis. *Idem ibid.*

Quem interrogabat idè diues.

Ioan. 13.

Diuitis solicitudines & curæ. *Basil hom. 6. in diuescentes, sub initiũ, to. 1.*

B. Grego. lib. 15. Moral. ca. 11. circa med. tom. 1.

Chrys. prædicto sermone.

Quare diues no habebat quo congregaret fructus suos.

Vnde omnes hominum querelæ. *Theophyl. in Lucam.*

Vox verè diuitis Laurentiis ad Decij tyrannum.

Qualis consiliarius Diuitis, qui dicebat: Destruã horrea mea, & maiora faciam.

Eccles. 34.

Auaritiæ crudelitas.

Basil. hom. 6. in diuescentes sub finem tom. 1. B. Ambros. sermo. 81. to. 2. prope finem.

Idem to. 4.

Qualis dines qui dicebat: Destruã horrea mea, secundum Basilium.

Quorum sint diuitiæ quæ recondũtur.

Hieron. in regula Monach. c. de paupertate si tamen auctor eius libri sit Hieron. tom. 4. Aug. serm. 219. de tẽpor. in fin. tom. 10.

Quo sensu Patres dicãt auaros superflua retinentes raptores existere.

10

Bona terræ quibus nascãtur tantũmodo.

Fortunæ bona, quare nõ bona, vt dives appellabat.

Dives ille cur inanimis, idemq; non homo, sed bellua.

tassis quòd adhuc viueret Basilius, non est ab Ambrosio nominatim citatus. Basilius, inquam, in homilia in diteſcẽtes auaros: *Quæ illa, dic mihi, tua? Vnde accepta hæc ad traducendam præsentẽ hanc vitam intexisti? Perinde enim facis, ac si quis in theatro locum spectandi mox vt anteuertit, alijs arripere, cæteras abarceat ingressu, suo vnius vsui adiudicans, quod ad omnium communem vsum proponitur. Tales & diuites existunt, communia namque cum priores obtinuerint, propria faciunt occupando.* Et infrà: *Esurientis est panis, quem tu retines: nudi est vestis, quam in arca custodis: discalceati calceus, qui apud te marcescit: egentis argentum, quod tu terræ infossum possides. Quare tot iniurius es hominibus, quot poteras opem conferre.* Eadem docet Hieronymus: *Aliena*, ait, *rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur.* Et habetur distinct. 62. Et Augustinus: *Quicquid nobis Deus plus, quàm opus est, dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos alijs erogandum transmisit: quod si non dederimus, res alienas inuasimus.* Sic ille. Vbi quod dicitur istos auaros superflua retinentes raptores esse, non tamen intelligas tales obnoxios esse restitutioni, sicut illi qui in leges naturales vel diuinas peccantes aliquid vsurpant, sed ob id dicuntur rapere, quia malè retinent, quæ ex Dei præcepto erant dispensanda.

Sed ad textum accedamus. Quod igitur ais, *quæ nata sunt mihi*, mẽdacium est, quia non tibi, sed pauperibus, & egentibus, & bene vtentibus nascuntur, tibi autem & omnibus malè vtentibus in damnum nascuntur. Addit, *Et bona mea.* Quomodò bona, quæ res indifferentes sunt, nec per se malum, vel bonum faciunt? *Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona re posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* In primis ait, *Dicam animæ meæ.* Cui animæ tuæ, qui anima cares, & more belluarum corpore tantùm viuis, vita incerta, & miserabili? Et putabat hic infelix in brutum conuersus animam terrenis fortunæ bonis posse pasci. *Anima*, inquit, *habes multa bona.* Eleganter Chrysostomus. *Quale bonum est, quod malè vtendo creat malum?* Hæc ille. Et non putabat se hæc habere ex Deo, alioquin vt Dei dispensator aliter de illis disposuisset, sed suis laboribus parta putabat. Rectè Ambrosius in hunc locum: *Remanent in seculo cuncta quæ seculi sunt, & pereunt nobis quæcunque congregantur hæredibus. Neque enim nostra sunt, quæ non possumus auferre nobiscum. Sola virtus comes est defunctorum, sola nos sequitur misericordia, quæ cœlestium dux præuia mansionum, pecuniæ vilis vsura tabernacula defunctis acquirit æterna.* Hæc Ambrosius.

Falsò que ait, *Habes multa bona:* non enim habebat, sed habebatur ab eis. Et qui multa bona non rogatus confitetur, rogatus eleemosynam negat se habere. *Reposita*, inquit, *in annos plurimos.* O vanas hominum cogitationes! quasi in manu tua sint bona, tempus ipsum, & anni, & mentitur iniquitas sibi, promittens sibi dies multos, ac penè immortalitatem, & securitatem fruendi bonis. *Requiesce*, ait, scilicet à labore, ac si quis posset in spinis diuitiarum quiescere, vbi solicitudo, & inquietudo continua, aut quasi in mari turbulento possit quies inueniri, vbi continuò imminet mors: Diuitias, inquit ille, inuenisti? requiem perdidisti. *Comede.* Quasi panc ille solo pascatur homo, & quasi hic panis possit famem auferre: vnde amplius crescere solet, aut sitis depelli: vnde sumit augmentum. *Bibe* vinum, *in quo est luxuria, & somnus, & ebrietas auferrent cor. Epulare.* Id est, lautam, & splendidam mensam appone, Græcè εὐφράνθητι id est, lætare, siue gaude. Vel secundùm Theophylactum, hoc verbo significatur obscœna, & turpis voluptatis libido, quæ consequitur ventris satietatem. Et ita in communibus cum bestijs voluptatibus putabat sitam esse felicitatẽ, vt alter Epicurus.

Dixit autem illi Deus. Quæ ille dum intra se dicebat, in cœlo à Deo exaudiebatur, & examinabantur verba eius,

Chrysost. in Psalm. 33. prope initiũ tom. 2.

Quæ bona non sint appellanda. *Ambr. lib. 7 in Lucam, c. 15. tom. 5.*

Sola defunctorum comes quænã Ambrosio.

11

Habens multa bona dives, quare nõ habebat illa, nec reposita.

Psalm. 26.

Vbi nulla quies possit esse.

Seneca.

Diuitiæ, panis quam nominis insufficiens.

Ephes. 5. Osee 4.

Epulari quid

Theophyl.

Satietas, obscœnæ voluptatis mater.

12

Hominis sũmũ bonũ in voluptate cõstituit Epicurus.

BIBLIOTECA GRANADA

baeius, nam inde responsa veniunt à Deo per internam suam inspirationem conscientiam alloquente. *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* Respondit ergo, *qui scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.* Dixit autem illi, siue per se ipsum has cogitationes inspirans, siue per Angelos, siue per prædicatores, siue per Scripturas. *Stulte*, inquit, Dei verbum tanquam speculum minimè fallax reddit homini suam effigiem. Et stultus est, qui prouidet corpori, & non animæ: qui finem vitæ, & quæ ad illum ducunt, non considerat: qui sibi certum vitæ spatium præfigit, aut vitam perpetuam, cum certissima sit mors, incertissima verò hora, sicut locus, modus, & hominis status. Stultus est, qui bona sua vocat, quæ sua non sunt. Qui thesaurizat, & ignorat cui congregat ea. Et stultum pronuntiat diuinum iudicium, quem humanum prudentem diceret, & circumspectum, eo quòd sibi in futurum prospiceret. *Hac nocte.* Nocte ait, quod in nocte ferè auari hæc apud se consultent. *Cuncti enim dies eorum doloribus & erumnis pleni sunt, nec per noctē mente requiescunt*, vt ait Ecclesiastes. Nec solum temporis partem respicit, sed temporis qualitatem, hoc est, in crassissimis insipientiæ tenebris, & cæcitate tuæ mentis: semper enim auarus in nocte viuit, & de improuiso illum mors inuadit. Hac ergo nocte, qua fugiens misericordiæ lucem, auaritiæ tenebris te mancipasti: *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Repetent animam tuam à te.* Animam tuam, inquit, cui hęc omnia præparasti, & in multos annos. Nō dicit, repetet qui dederat Deus, sed, repetent, quia sanctorum Deus animas repetit, & reducit. Tartarei ministri repetunt, & protrahunt animas impiorum quasi suas, quas superauerunt: *A quo enim quis superatus est, huius & seruus est.* Repetent verò à te inuito, & ob immodicum diuitiarum amorem reluctante: vt expendit Theophylactus. A iusto autem anima non repetitur, sed ille gaudens, & exultans commendat Patri spiritum, & quasi de carcere egredi precatur: *Nunc dimittis seruum tuum, Domine.* Innuit ergo, post præsentem aliam esse futuram vitam, & animam homini à Deo commendatam, velut quoddam depositum, de quo sit ratio reddenda. *Quæ autem parasti, cuius erūt?* Certè tua non erunt, & plerunque illa deuoluuntur ad quem minus volebas: *Thesaurizat*, ait Dauid, *& ignorat cui congregabit ea.* Quæ ergo parasti beneficia Ecclesiastica, vestes, annulos, gemmas, margaritas, palatia, hortos, possessiones, & tot annuos prouentus, & titulum glorioſum, vel Ducis, vel Marchionis: & quæ parasti suadendo, litigando, nauigando, currendo, ieiunando, & parcè viuendo, cuius erunt? Addit Petrus Chrys. *Et tu cuius eris? Sed quia plus diligebat pecunias quàm se ipsum; propterea de bonis fecit mentionem, non de se, quem verè oderat. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.* Id est, sic est insipiens, & stultus, & sic accidit illi qui thesaurizat sibi, id est, qui ad præsentem vitam tantum thesauros suos, & lucra congregat, & nihil per eleemosynam in cœlo reponit. *Et non est in Deum dives.* Dives in Deum est, id est, erga Deum, qui Dei nomine in pauperes est beneficus. Illam loquendi rationem, scilicet diuitem esse in aliquem, seruauit etiam Apostolus, qui dixit: *Dives in omnes qui inuocant illum*, id est, erga omnes se inuocantes. Dives ergo in Deum est, qui omnia sē putat à Deo recipere, & eius beneficio agrum reddere fructus: & qui non tantùm sibi, sed & proximis per eleemosynas prospicit: & qui bona temporalia quasi Dei dispensator tractat, & ad illius gloriam expendit. Ita diuites erant Iob, Abraham, & multi alij: qui cogitant potius quid ante te præmittant, quam quid post se hæredibus dimittant. Esto ergo dives in misericordia, si semper vis esse dives.

Et subdit ad discipulos suos; *Ideò dico vobis, Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis, &c.* Ex qua coronide, & exhortatione licet colligere, totam parabolam eo respicere, vt curam, & anxietatem

Diuina responsa quænam sint.

Psalm. 93 Quemadmodum diuiti Deus dixerit: Stulte hac nocte repetent animam tuā à te.

Stultus quis.

Psalm. 38.

In nocte cur repetat Deus animam à diuite.

Eccles. 2.

1. *Thes.* 5.

Quorum animas Deus repetat.

Impiorū animas propriè qui repetent.

2. *Petr* 2.

Theophyl. A quo nō repetitur anima.

Quatenus homini dederit animā Deus.

Psalm. 38. Homini diuitiæ comparatæ quæ pereant.

Thesaurizat sibi, quid.

Diues in Deum, quis.

Rom. 10.

Qui sancti viri in Deum diuites prædicentur.

Iob. 1

Gen. 13.

Quid vnum Christo propositum sit in hac parabola diuitis auari.

Luc. 2.

tatem rerum temporaliū deponamus; & bonis quæ adsunt, ad Dei gloriam, & egenorum subleuationem liberaliter vtamur; & bona fortunæ per eleemosynas tanquam thesaurum quendam in cœlo recondamus. Et quoniam verba, quæ in hac longa adhortatione subiungit, eadem sunt omnino cum illis, quæ habentur Matth. 6. & à nobis exposita sunt libr. 5. non est operæpretium actum agere: illuc mittimus Lectorē. Tantùm illud admonemus, eadem verba, imò easdem parabolas, interdum à Domino inculcari: expediebat enim, vt menti hominum magis imprimeret, eas plerumque repeti.

Lib. 5.

Eadē interdum salutis monita, vtiliaq; documenta cur Dominus inculcaret.

14

Pauca tantùm, quæ apud Matthęum non habentur, & à Luca hoc loco supplentur, explicanda putauimus, nempe: *Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Cùm Dominus exhortatus fuisset ad deponendum curam rerū temporalium, quæ ad victum & vestitū spectant, ne propterea viderentur contempti, & in oculis suis, aut aliorum despecti, quòd illarum rerum, quas mundus magni pendit, curam negligerent; propterea promittit id quod maius est quam esca, & vestimentum, nempe regnum. Postquam enim adduxit a solicitudine corporali, iubet non timere corporeæ indigentiam necessitatis: ex timore enim oritur anxia illa rerum tēporalium solicitudo. Si enim regnum & fruitionem tam eccellentem complacuit Patri vestro vobis tribuere, dabit vtique & vestitui necessaria, vitæque sufficientia. Vocat pusillum gregem ouium, nam Græcè est, μικρὸν, siue quòd tunc pauci essent, qui Christi fidem amplexi essent, & infirmi atque imbecilles, siue quod semper pauci ingrediuntur arctam viam, & angustam portam, multique sint vocati, pauci verò electi. Ergo pauci sunt, vel comparati ad multitudinē infidelium, aut ad magnitudinem Angelicæ multitudinis: in parabola centum ouium, vbi Angelo nonaginta nouem appellauit, fideles verò vnam ouem.

Matth. 6.

Anxia rerum tēporaliū solicitudo vnde proueniat.

Discipulos pusillum gregem cur vocet Dominus

Matth. 7. & *Luc.* 13. *Matth.* 20. & 22.

Luc. 13.

15

Subdit: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.* Duo genera habet Christus discipulorum: alterum egenum, & omnibus huius mundi præsidijs destitutum: alterum verò satis diues, & locuples. Vtrumque autem sui officij admonet: illos, vt in summa inopia cōstituti, non diffidant de Dei Patris bonitate; diuites verò, vt nihil fidant præsentibus opibus, quasi his deperditis ipsi enutrirj non possint, sed potiùs ipsi sua pauperibus communicent. Verbum ergo hoc, *Vendite quæ possidetis*, ad perfectionem, vt discipulis congruam, videtur spectare: nam discipuli post Pentecosten vendebant agros, & pecunias ponebant ante pedes Apostolorum pro eleemosyna distribuēda: aut potius hęc verba spectant ad omnes: quasi diceret: Tantùm abest, vt diuitiæ vobis quærēdæ sint, vt etiam quod habetis, vendi expediat, Et expende, quanto studio eleemosyna sit pauperibus eroganda, vt etiam adhortetur immobilia bona vendere, vt suppetat vnde fiat eleemosyna. Nunc autem tanto ardore homines studio opum incumbunt, vt, si quæ bona habent accommoda ad distribuendum in vsus pauperum, vt est pecunia enumerata, illam statim in nouæ emptionem possessionis conuertant, vt nunquam adsit facultas eleemosynam faciendi.

Discipulorū Christi duo genera.

Diuites opibus suis quatenus vti debeant.

Quibus Christus suadet: Vendite quæ possidetis. *Actor.* 4.

Egentibus quo studio faciendū bene.

Quanto nūc studio homines diteſcendi teneātur.

16

Rursus ait: *Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis.* Iterum ad eleemosynam exhortatur sub metaphora recondendi in sacculis, id est, in loculis: nam omnes loculi, & sacculi pecuniæ seruandæ deputati, tandem veterascunt, deficiūt, & putrefiunt, quemadmodum & ipse thesaurus veterascit, & putrescit. Qui verò per eleemosynam in pauperes erogatam thesaurizant, sicut thesaurus est indeficiens, & sacculi ipsi, id est, pauperes, in quos propter Deum conferuntur, nunquam veterascunt. Et subdit: *Quo fur non appropiat, neque tinea corrūpit.* Duas

Loculorum, sacculorūve qui vanè conduntur, iniuriæ.

Terreni thesauri duplex conditio.

pit. Duas conditiones thesauri terreni declarat. Quæ enim hic reconduntur, aut furem timent, aut à tinea læduntur: per quæ duo internæ & externæ causſæ damni significantur. Neutrũ autem horum timent ea, quæ sunt recondita in cœlis. Subdit alteram causam: *Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Locus enim thesauri reconditi, cor hominis ad se trahere solet, vnde thesaurizãtes in terra, cor habent affectum terrenis: quæ & omnino perdere habent, & interim amittunt æterna. Contra verò thesaurizantes in cœlo, cor habẽt ad cœlestia propensum, & liberum à solicitudine temporalium: nam res amata cor amantis ad se reuocare solet. Contendamus igitur, & omnibus enitamur viribus, vt tã salutaribus Christi monitis auscultemus, eorque nostrum nobilissimum à sordibus & fæcibus terrenarum cupiditatũ expediamus, atque illud in æternis, & solidis cœlestis regni thesauris collocemus, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto sit omnis honor, laus, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

Terrena, cœlestiaue thesaurizantes, vbi cor habeant.

Amor's proprium.

TRACTATVS XIX.

De parabola: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, &c. de qua Lucæ 12. tantùm.

SINT lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus exspectantibus dominũ suũ quando reuertatur à nuptijs; vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei, &c.

1 Propositam similitudinẽ parabolam esse, quid oltendat.

Quod hæc verba parabolam contineant, indicauit B. Petrus, qui vbi illam Dominus proposuisset, dixit: *Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes?* Ex quibus elicimus, vt parabolam à Christo propositam, & ab Apostolis acceptam. Porrò eius scopus eò tendit, vt declaret quales esse debeamus respectu cœlestium bonorum, quæ pios, & electos manent: verbis enim in præcedenti parabola expositis exhortatus erat Apostolos ad thesaurizandum in cœlo, dicens: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt.* Vt ergo ad thesauros in cœlo recõditos peruenire mereamur, præsenti parabola, quæ immediatè ad præcedentia verba dicta est, explicat qua ratione nos præparare debeamus ad inopinatum, & repentinum Domini aduentum.

Quid in hac parabola Christus edocet.

2 Idem quibusdam abolis Dominus docere studuit. 2. *Petr.* 3. 1. *Tim.* 2.

Quoniam autem res hæc magni est momenti, & summè nostra refert paratos inueniri ad eius aduentũ, propterea Dominus, qui neminem vult perire, & omnium salutem sitit, multis, ac varijs parabolis nos huius rei commonefacere voluit. Nam præsens, & ea quæ mox sequitur, & parabola Villici iniquitatis, & Virginum, & Talentorum, & Pastoris, & ouium, & hœdorum, ad hunc eundem scopum spectãt. Et hæc de scopo.

Luc. 16.

3 Cortex parabolæ proponitur.

Circa corticem, inducit similitudinem hominis absentis à domo sua, & præcipientis suis, vt ad reditum suum præcincti sint, & parati, vt ei pulsanti fores aperiant: remuneraturus amplissimo præmio paratos, & vigilantes: puniturus grauiter dormitantes. Varia sunt genera seruorum, & quibusdam quidem datur cura familiæ, vt parabola sequenti, & alia quæ Matthæi 24. habetur; alij sunt, quibus præcipitur, vt lucrum faciant ex talentis, alij, quibus à Deo remittitur, vt & ipsi remittant, vt parabola regis rationem ponentis cum seruis; alij, quibus præcipit ministrare domini sui mensę, de qua Lucas: alij sunt serui, quibus præcipitur vt vigilent, & cum amore, & lumine dominum expectent redeuntem, & hęc est, quam præ manibus habemus parabolam. Hic est cortex parabolæ.

Seruorũ varia genera.

Matth. 25.

Supra 18.

Luc. 12.

4 Vestium vsus qualis apud Iudæos.

Iam singula verba diligenter discutiamus, & sensui à Domino præcipuè intento applicemus. *Sint lumbi vestri præcincti*

præcincti. Ad hãc metaphoram intelligendam præmittendum est, olim Iudæos vestes oblongas gestare fuisse solitos, & clausas, non dissimiles ab alba tunica, qua Sacerdotes de more induti in sacrificio Missæ peragendo vti solent. Illas autem cum quiescebant, non erant soliti præcingere: cùm verò ad ministerium præstandum, vel bellum conficiendum esset, illas præcingebant, vt expediti operas suas præstare valerent. Nam Christus pedes discipulorum lauaturus, linteo se præcinxit, & hic dicitur de domino, quod *præcinget se, & transiens ministrabit illis.* De præcinctione ad bellum ait Propheta: *Et præcinxisti me virtute ad bellum*, & Paulus ad Ephesios de ea loquitur adhortans ac bellum spirituale contra hostes nostros qui sub aspectum non cadunt: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, &c.* Hinc prouerbium natum: *Non glorietur aque accinctus, vt discinctus*: quod vsurpat Scriptura ad significandum, nõ esse parem conditionem accincti, id est, eius, qui adhuc militat, & in periculo versatur, atque discincti, id est, eius qui certauit, & victoria potitus in tuto manet. De præcinctione autem ad iter legimus in libro Tobiæ: nam Tobias iunior inuenit iuuenem stantem, splendidum, & quasi paratum ad ambulandum, hoc est, Angelum Raphaelem: & Petrus cũ esset in mari, vt veniret ad Dominum, tunica succinxit se.

Ioan. 13.

Psalm. 17.

Ephes. 6. Quibus armis spirituales aduersus hostes dimicandum.

Tob. 5.

Ioan. 21.

5 Lumbi, & renes tantùm in quo differant.

Lumbi, & renes ferè idem sunt: sed renes intus versus partem posteriorem, lumbi verò exteriores sunt ad eandem partem: vnde pro eôdem vsurpatur, accingere lumbos, & accingere renes. Hinc de Messia prædicitur per Isaiam: *Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & Fides cinctorium renum eius*, id est, iustitiæ Christianæ disciplina, quæ à Fide oritur. Et in edendo agno præcipiebat Deus, *Renes vestros accingetis*, Et de fœmina sapiente dicitur: *Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum.* Porro lumbi nostri, vt testatur Dauid, pleni sunt illusionibus, & motibus ad libidinem virgentibus: sunt enim lumbi, vasa spermatica, & materiæ seminariæ receptaculum, & homines ea parte præcingi solent. Per hanc autem metaphoram lumbos præcingendi, significatur ministrorum diligentia, vt ad omnia opera Domini sui sint parati, & nullas moras in obedientiæ operibus prætexant. Sed præcipuè hanc diligentiam præstare debent in via Dei ambulanda, & si opus sit, currenda, iuxta illud Dauidis. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum:* & in bello spirituali contra hostes nostros: nam ibi maximè necessaria est diligentia, quæ vna à tepiditate spiritus liberat. Tepiditas autem hominem euomi efficit de ore Dei, & tanquam fera pessima, vt dixit Iacob, deuorat Ioseph, id est, virtutum omnium augmentum, & operatur tristitiam, quæ tollit spem, deuotionem, & vires imminuit, auget tentationes, & facit trepidare timore, vbi non est timor. Et, vt ait Salomon, *Leo est, inquit piger in via, & leæna in itineribus.* Hæc diligentia est, quæ panem otiosa non comedit: ideò supergressa est diuitijs vniuersas. Ad hanc verò comparandam, multa quæ nos permouere possunt, habemus. Nam vt omittam continua bella dæmonum, qui nobis semper insidiantur, nostreq, inuident saluti, continua etiam Dei beneficia, quæ continuã à nobis exigunt gratiarum actionẽ, & doni accepti retributionem, & veluti vsuras, illud maximè nos inuitare deberet, quod nũc tantum, & non postea parata est misericordia, nunc tempus est meriti, & belli, postea verò remunerationis, & triũphi. Ad hæc illud etiam vrget, quod si in via Dei non progredimur, continuò retrocedamus necesse est: vt in flumine rapido qui cõtra eius cursum nauigat, si tãtillum remittat laborem remigandi, flumine secundo cõtinuo retrocedit. Denique diligentia Angelis persimiles efficimur, qui cum sint administratorij spiritus, in ministerium missi, vt Apostolus inquit, alati describuntur, ad significandũ eorum promptã obedientiam: quia

Psalm. 37.

Lumbi quid.

Hac metaphora lubos præcingendi quid significetur.

Psalm. 118.

Diligentia quid conferat.

Apoca. 13.

Gen. 37.

Effectus tristitiæ.

Psalm. 13.

Prouer. 26.

Infra. 31. Ad diligentiæ virtutem consequẽdã quæ, & quam graues rationes nos impellant atque permoueant.

In via Dei nõ progredi, quid.

Tertia. *Heb.* 1. Alati cur Angeli describantur.

Psal. 102.

sunt potentes virtute, facientes verbum Domini.

Vt autem quis possideat diligentiæ virtutem, opus est vt omnia impedimẽta auferat, id est, duas partes vestis quas præcingit. Est enim corpus quod gestamus, velut vestimentum quoddam, in quo animus veluti hospitatur, & delitescit. Sed hoc duobus modis præcingitur: primò quidem per sobrietatem ab omni cibi & potus superfluitate, ne eorum immodica ingurgitatione obrutus, minus sit aptus ad ministerium Domini, & ad bellum contra hostes. Similiter debet præcingere lumbos per castitatem ab omni vsu illicito venereæ voluptatis: ita enim exponit Gregorius: *Lumbos, ait, accingere, est vel in opere luxuriam, vel in cogitatione laudis appetitum refrenare. Delectatio namque carnis in lumbis est.* Sic ille. Est autem sobrietatis comes indiuidua castitas, nam venter, & genitalia proxima sunt: vnde qui castitatem amant, sobrietati, & ieiunio serio incumbunt. Hinc Iudith castitatis obseruantissima, cilicium habebat super lumbos suos, & ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. Altera pars vestimenti sunt diuitiæ, & honores, quas res caro nostra immodicè, & sine mensura affectat, & earum cupiditatibus immergitur in interitum, nisi & hanc partem vestimenti restringat per Fidem, & Charitatem, quibus diuitiarum vanitatem, & æternorum bonorum stabilitatem considerat, vt ita clauum clauo trudat, & amore immortalium, & æternorum bonorum cupiditatem præsentium bonorum euincat: opes enim cursum viæ Dei impediunt. Vnde Crates ille Thebanus magnam pecuniarum summam in mare proijciens: Mergam, inquit, vos, ne ipse mergar à vobis. Et diues ille adolescens Euangelicus ad perfectionem inuitatus, tristis abijt: *erat enim habens multas possessiones.* Dæmon etiam in lucta cum huiusmodi, habet vnde eos apprehendat, & in terram deijciat: hinc Petrus dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*: quasi dicat, onerati sarcina diuitiarum, haud sequi te poterimus. Idem onus etiam præstat ambitio, & honoris immodicus affectus, qui humilitatem Christianam, & sensum sobriè, & submisse de se sentientis, extinguit, & minus idoneum reddit Euangelio. Vtrumque autem vestis impedimẽtũ debet esse à tergo, vt quæ retro sunt, obliuiscamur, & ad interiora conuertamus nos ipsos cum Apostolo, internas delicias, & solidas diuitias, verosque honores præferendo falsis, momentaneis, & corruptibilibus huius mundi bonis. Iusta enim rationis statera, plus ponderare nuces, & auellanas plenas ostendit, quàm vacuas, & futura bona, & æterna, quàm præsentia, & temporaria.

6 Diligentiæ virtutem vt possideat quis, quid ei facto opus sit. Corpus nostrum hoc quod gestamus, duplici ratione potest præcingi. *Gregor. libr. 28. Moral. cap. 7. sub finem to. 1.* Accingere lumbos quid. Sobrietatis quænam sit comes indiuidua. *Iudith. 8.* Quæ ratione ductus Crates ille Thebanus, auri magnum pondus in mare iactauerit. *Matth. 19.* *Ibidem.* Honoris appetitus immoderatus quid incommodi adferat. *Philip. 3.* Corporis, diuitiarumque impedimẽta vti à tergo gestanda sint nobis.

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Quia fingitur in parabola, quod dominus rediturus sit noctu, propterea non tantùm seruos præcinctos, sed etiam habentes lucernas plures, & ardentes, & in manibus voluit. Illæ tres voces, *In manibus vestris*, nec in codicibus Græcis, vel Patribus qui Euãgelia interpretantur, nec in Syriaco Euangelio inueniũtur, nec apud Cyprianum, nec apud Ambrosium, nec apud Augustinum libro de Continentia, nec in libro Quæstionum Euangeliorum, nec apud Gregorium in libris Moralium, vbi hanc sententiam citat & exponit. Nec opus est seruum expectantem dominum, cũ redeat in domum, lucernam tenere in manibus, satis est, illam domi, vbi est opus, esse accensam. Fortè tamen habuit textus Græcus, quem sequutus est noster interpres, & textum non vitiat: & Gregorius homilia in illa verba, legit, & exponit: nisi fortè fuerint ex margine in textum inserta.

7 Serui præcincti cur debeant lucernas habere ardentes in manibus. *Cypr. tra. 3. Ambr. to. 5. Aug. lib. de continentia, c. 7. tom. 4. & lib. 2. quæst. euãg. c. 25. eod. to. 4. à med. Gregor. prædict. homil Idẽ hom. 13. in Euange. tom. 2.*

Ad huius loci expositionem scribit Theophylactus: *Est igitur hic mundus, nox. Porrò succincti lumbi sunt, qui actiuã vitam agunt: eiusmodi enim habitibus vtuntur operarij, quibus & ardentibus candelis opus est. Opus enim habet vita actiua, & iudicij dono, vt is qui actiuam vitæ agit, non solùm sciat quid oporteat facere, sed & quomodo. Multi enim bonum quidẽ fecerunt, sed non bene, & tales quidem succincti fuerunt lumbis: & opera quidem fecerunt, sed non bene: nec habuerunt ardentes lucernas in manibus, hoc est, non habuerunt rectum iudicium, sed vel in fastum inciderunt, vel in aliud arrogantiæ præcipitium. Consideres autem & hoc, quod primum lumbi vestri succincti sint, deinde lucernæ ardeant. Primum enim operatio, & deinde contemplatio, quæ mentis est illustratio.* Hæc ille egregiè profectò. Et si ergo plures lucernæ ardentes habendæ in manibus, possint referri ad plures seruos, quorum quiuis lucernam suam in manu gestat, possumus tamen etiam vni seruo plures lucernas tribuere in diuersis domus locis sitas, ne per tenebras cogatur Dominus ingredi in partem quam ipse inhabitat, vel dandæ vni seruo plures lucernæ, & eam dextera, vel sinistra lucerna gestare. Prima enim lucerna est Fidei, quæ instruit de credendis, de sperandis, de agendis, & fugiendis, & de his quæ postremò nobis metuenda sunt, & cauenda. Hæc autem lucerna docet distinguere inter furem, & sponsum, & amicos ab inimicis, inter gratiam, & naturam, & spiritum, & carnem discernere. Huius lucernæ oleum, quo sustentatur, est verbum Dei, quod animam trãquillam, & sedatam reddit, & omni liquori, id est, doctrinæ humanæ cuicunque superenatat, & vulnera animæ curat, & vt oleum dilatatur: à corde quidem in animæ facultates, & in opera interiora, & exteriora, & ab vno bene operandi exemplum præbente, in alios. Lucerna hæc debet ardere, siue accendi per charitatem, quæ ignis est quem venit mittere Dominus in terrã. Et debet esse in manibus, id est, actionibus bonis, & multis, & manibus nostris: quia non satis est, alios verbo nostro excitari ad bona opera, nisi nos nostro exemplo illis præluceamus. *In manibus etiam*, teste Bernardo serm. in vigilia Natalis Domini, *quia nondum sumus in domo illa æterna, vbi sine omni timore ventorum, id est, dæmonum, lucernæ securæ deportantur, sed modò vtrãque manu studeat operire quod portat: nec fidat aëri, etiamsi videatur esse tranquillus.* Quod si etiam manus portantis adusserit, eligat potius pati, quam retrahere manus, quia in momẽto, & in ictu oculi poterit à tribus validissimis ventis, Carne, Mundo, & Dæmone, exsufflari, atque extingui. Lucerna porrò extincta, fumat, & fœtet, & tetro fœtore suo offendit nares, & abortire facit prægnantes: ita Fides per hæresin extincta fumat, & fœtet, & aborsum bonorum operum conceptorum facit. De hac lucerna, siue lampade dicitur in Baptismo: *Accipe lampadem ardentem, &c.* Et de more Christiano morientis manibus apponi solet candela, vt sit tanquã virgo sapiens, & seruus vigilans: & protestatur homo illo symbolo, quod hinc in Fide Christi, qui lux est mundi, discedat. Et quia ex Fide bona opera proficiscuntur, & viatores in hoc mundo efficimur, & bellum dæmonibus inferimus, rectè lucernas in manibus ardentes habemus, vt pugnemus sicut in die Madian: vbi lagenis vacuis, & lampadibus, & tubis in manibus pugnatum est. Secundo, est lucerna prædicatoris, siue prædicationis Apostolicæ, de qua dixit Dominus: *Nemo accendit lucernam, &c*: nam, vt ait Dauid: *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis*: &, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Hæc lucerna ardere debet igne zeli gloriæ Dei, & salutis animarum. Huius vitrum peruium, est clara vox prædicatoris: ellychnium, est intellectus, seu sapientia: oleũ, est benignitas ad proximum, siue misericordia, sine qua nõ lucet lucerna. Debet prædicationis lucerna esse in manibus bonorum operum, ne aliter vita, aliter loquatur doctrina. Prior lucerna, manu interiori animæ gestanda: posterior, etiam manu externa prædicationis. Non ignoro, alijs multis modis posse lucernam exponi, nempe aut pro recta intentione, aut pro dono Spiritus sancti, aut pro bono opere alijs exterius prælucente, aut pro mente ipsa verbo Dei illuminata, & facile esset illa propositæ lucernæ accommodare: sed nos his duobus contenti sumus, ne prolixiori sermone lectorem grauemus, & vt illi aliquid cogitandum relinquamus. Illud tantummodo admonendum putamus, nobis plerunque non aliter euenire, atq; famulis,

Non habere ardentes lucernas in manibus, quid sit. Boni serui, & fideles cur plures debeant habere lucernas in manibus. Lucernæ tenendæ in manibus quenã illæ sint. Verbi Dei effectus. Lucernę quæ sint ardentes, & in manibus gestandæ. *Luc. 12.* *Bernar. sermon. 3.* Altera gestãdi lucernas ardentes in manibus ratio B. Bernardi. Fides finis operibus qualis. Moriẽtis manibus apponi candela cur soleat. *Matth. 25. Ioan. 8. Infrà 9.* Bona opera vnde proficiscantur. *Iudic. 7.* Lucerna prædicationis Apostolicæ quæ nam sit. *Matth. 5. Psal. 118. Ibidem.* Lucerna prædicationis quomodo ardeat. Lucernæ variæ acceptiones. Quemadmodum serui Dei interdũ abutantur lucernis ardentibus.

famulis, quos equis nostris gubernandis deputamus: nam cum illis præscriptæ cuiusdam quantitatis candelam donemus, qua equorum, & sui ipsorum curam idoneè gerere possint, plerunque tamen serui totum candelæ vsum equis curandis, & lusibus superuacaneis insumentes coguntur in tenebris cœnam sumere, & cubitum pergere. Tanta est enim nostra malitia, vt lumine Dei, siue illud sit intellectus, siue Fides, siue prædicatio, abutamur, & ad nostra ipsorum commoda, & delicias conuertamus.

Pulset quando Dominus & qua ratione.

9 *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suũ, quando reuertatur à nuptijs.* In cortice fingitur Dominus reuerti à nuptiali conuiuio; quod vespertino tempore celebrari mos erat. Quod ad rem attinet, vita olim boni Iudæi sita erat in expectãdo Messia ad nuptias Incarnationis vẽturo, Christiani verò boni, in expectando Dominum è nuptijs cœlestibus ad nos redeuntem consistit, & qui verè dicere possit, *Adueniat Regnum tuum.* Expectant autem nihil in hoc mundo sperantes, & accincti lumbis, & gestantes in manibus lucernas, quibus dominum à fure discernant: habentes etiam canem conscientiæ, qui allarret in ignotos, & vt baculo odij, & indignationis, non secus atque Dauid Goliath percutere valeat & manu amoris Dominum introducat aperto ostio consensus animæ nostræ per clauem cogitationis.

Quas ianuas pulset Dominus.

Vt ei confestim aperiẽdum sit.

Vita olim boni Iudæi in quo sita esset, & in quo boni Christiani.

Matth. 6. Christiani vt expectent dominũ suũ à nuptijs cœlestibus redeuntem. *Reg. 18.*

Seruorum officium.

Reuertitur autem à nuptijs, quas hic cum natura humana, & per gratiam cũ qualibet anima inchoauit: sed vtrasque perfecit, & consummauit in gloria, vbi Corpus Christi perfectam loci, id est, cœlestis mansionis sibi conuenientis possessionem accepit, & perfectã vnionem cum animabus absoluit. *Vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.* Venit Dominus è nuptijs lætus, ac gaudens, & ad exhibenda beneficia munificus, & ad vniuersam Ecclesiam veniet in iudicio, & ad quamlibet animam in morte. Pulsat autem per inspirationem aliquam, vel beneficium promittens vel flagellum minitans. Et quia pulsare est portam percutere, videtur potius innuere infirmitates, & morbos corporis, quod est porta animæ. Oportet autem libenter aperire, non solùm per pœnitentiam, sed etiam per deuotionem, & congratulationem eius qui ad nos venire dignatur; ne fortè fores confringantur, &, velimus nolimus, animam Creatori reddamus. Debemus ergo confestim aperire, mente consentiendo, & affectu complectendo aduentum Domini in domum suam, à se sanguine suo comparatam. Dandum est ergo illi aduenienti cubiculum collecti animi, lectus pacis, sedes quietis, clauis cogitationis, cibus bonorum operum, vinum amoris, custodia timoris sancti: qui enim bene recipit Christum in vita, clementer excipietur ab eo in morte. Si ergo Christus naturalia omnia tibi præparauit, vnde edas, bibas, induaris, consoleris, ditcas, & alios doceas; si ministros Angelos, si opera bona quasi viaticum, si socios sanctos itineris, & locum sanctum in cœlo tibi accommodauit; si denique se ipsum tot modis condiuit vt tibi saperet, & in Natiuitate, & in Cruce, & in Eucharistia, mirum esse non debet si exigat, vt te illi præpares, & ad gustum illius condias. Nam serui est se ad voluntatem Domini accommodare; filij, patris voluntatem facere: sponsæ, se ad placendũ viro suo ornare, vt rectè dictum sit: *Hierusalem præparare in occursum Dei tui Israel.* Simpliciter hanc parabolam explicat Cyprianus tractatu de simplicitate prælatorum, in fine: *Sint*, inquit, *lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat à nuptijs, vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos aduentus Dominus inuenerit vigilantes. Accinctos nos esse oportet, ne, cum expeditionis dies venerit, impeditos, & implicitos apprehendat. Luceat in bonis operibus nostrum lumen, & fulgeat, vt ipsum nos ad lucem claritatis æternæ de hac seculi nocte perducat. Expectemus soliciti semper, & cauti aduentum Domini repentinum, vt quando ille pulsauerit, euigilet Fides nostra, vigilantiæ præmium de Domino receptura. Si hæc mandata seruentur, si hæc*

Amos 4.

B. Cyprian. lib. de vnitate Eccles.

Elegans B. Cypriani ad lumbos præcingendos, lucernasq; ardentes in manibus gestãdas exhortatio.

tur, si hæc monita, & præcepta teneantur, opprimi dormientes diabolo fallente non possumus. Serui vigiles, Christo dominante regnabimus. Sic magnus ille Christi martyr.

11 *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Hac similitudine alias vtitur Dominus, cum inquit: *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo.* Quod non est sic intelligendum, quasi in futura vita aliquis sit vsus corporalium alimẽtorum, sed potius significare voluit, quod arctissima familiaritate sibi adiuncturus sit discipulos. Nos etenim eos nostra mensa dignamur, quos nobis familiarissimos esse putamus. Quia verò serui vigilantes beati dicuntur, aduertendum est, vigiliam aliud non esse, quam expãsionem caloris, & spirituum ad exteriora organa sensuum secundum Philosophos. Ideo spiritualiter semper vigilat, qui spiritum totum, & amoris sui calorem ad Domini sui aduentum extendit, vt etiam quando dormit pro necessitate corporis, Domini somniet aduentum: & in vigilia tali beatus est, & potest dicere: *Ego dormio, & cor meum vigilat:* & Iesus filius Sirach ait: *Iustus cor suũ tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum:* quasi dicat, huic vni rei incumbit, vt vigilet tẽpestiuè, & de domino suo cogitet, & cum illo viuat. Et meritò subdit in præmium: *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Nam vt Dominus, dum vigilaret, Apostolis ministrabat, vnde dixit: *Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit?* *Ego autem in medio vestrũm sum, sicut qui ministrat:* ita voluit post hãc vitam in cœlo ministrare. Et præcinget se, ad ministerium illorum, qui ad suum fuerunt præcincti, & ministrabit his qui bene Christo ministrauerunt, plenitudinem cõsolationis, & felicitatis suppediãs. Et quemadmodum hîc de plenitudine lucis, & gratiæ Christi omnes iusti accipiunt; ita ibi de plenitudine beatitudinis, & luminis gloriæ ipsius. Præcinget etiam se, nos ipsos præcingendo, & tollendo impedimenta corruptionis, & mortalitatis nostræ carnis per Resurrectionem suam in spe. Faciet eos discumbere per ascẽsionem, parando eis locum. *Et transiens*, In seruis suis transeũtibus à creaturis ad Creatorem, ab humanitate ad diuinitatem, à terrenis ad cœlestia. *Ministrabit illis.* Se ipsum qui cibus, & potus, & sponsus, & gloria est animarum, & qui est intellectui veritas, affectui amor, memoriæ beneficentia, oculis lux, auribus melodia, naribus balsamus, gustui mel, tactui vita, & omne bonum. Transiens cum ait, non loquitur de transitu, quo homo peregrinus fuit, & viator: neque loquitur de transitu mortis, & ascẽsionis in cœlum, de quo dicitur: *Sciens quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem*, sed loquitur de transitu, more hospitis diligenter ministrantis amico in mensa, tollentis & apponentis quæ necessaria sunt, vt fecit Abraham Angelis. Ita vnus Iesus sine iactura suæ maiestatis spiritualiter satiando quemlibet beatum, transire metaphoricè dicitur. *Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit; beati sunt serui illi.* Nox diuisa erat in quatuor partes, quarum singulæ ex tribus horis cõstabant, post quas prioribus custodibus succedebant noui in mœnijs seruandis, vel castris, nempe in intempestam, conticinium, antelucanum, & diluculum. Non fit autem mentio primæ vigiliæ, quod conuiuium nuptiale eo tempore celebraretur: nec quartæ, quia vltra tertiam vigiliam non protelabatur reditus à nuptijs. Et potest intelligi, si veniret in secunda vigilia, etiamsi in priori dormierit, vel in tertia, tametsi in prioribus duobus pigritiæ somno oppressus fuerit: satis enim est inueniri vigilantem in tertia, vt non desperet, qui vel media ætate, vel vltima senectute cœperit vigilare. Nam per has quatuor vigilias significari possunt quatuor hominum ætates, nempe pueritia cum adolescentia, deinde iuuenta, tertia, virilis

Luc. 12.

Per discubitũ super mẽsam in regno Christi quid significet Dominus.

Vigilia Philosophis quid sit.

Spiritualiter vigilet quis.

Cant. 5. *Eccle 39.* Cor suũ tradere ad vigilandũ diluculo ad Deũ quid sit.

Quare Christus dominus seruis suis ministrabit in cœlo. *Luc. 22.*

Quid ministrabit illis.

Ioan. 1.

Idem quomodo præcinget se, & faciet seruos suos discumbere: trãsiẽsque ministrabit illis.

Christus quid ministrabit etiam illis.

Cùm dicitur de Christo, quod trãsiens ministrabit illis, de quo transitu sit sermo. *Ioan. 3.*

Gen. 18.

Nox in quot olim patres diuidebatur.

Primæ, & quartæ vigiliæ cur Dominus mentionem non fecerit.

Quatuor noctis partes seu vigiliæ, quid denotent.

virilis ætas: quarta, senectus. Et de prima, & vltima Christus non facit mentionem, sed de secunda, & tertia: quia prima mersa est in ætate humida, & nullam habet experientiam, proinde in ea dormitantes, digni sunt venia, & misericordia: vltima verò, & virtute animi, & corpore deficit, & ideò excusatur: secus qui in secunda, & tertia, quæ constat virtute animi, & robore corporis, vt in ea dormire, sit prorsus excusatione & venia indignum.

42 *Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familiàs qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* Ostendit priori parabola præmium seruorum vigilantium, hac autem pœnam, siue malum quod incurrunt non vigilantes. Estque alia à priori, quia prior erat de seruis vigilantibus; posterior, de patre familias dormiente: etsi prima facie nó videatur ad rem. Nam de patre familiàs dicitur, quod vigilaret vtique, si sciret qua hora fur esset venturus. Et illius exemplo infert, etiam nos vigilare debere, quia nescimus qua hora ipse venturus sit: cum esset à contrario modo dicendum: Et vos ergo vigilate, quia scitis qua hora fur venturus sit. Soluitur hoc dubium, explicando, mentem parabolam dicentis fuisse, vt intelligamus diem Domini venturam sicut fur in nocte, id est, tempore & hora quando minimè putatur: & ob id perpetuò vigilandum esse, ne imparati, & dormientes incidamus in mala, quæ patei familiàs oppressus à fure incidit, qui vtique si præsciuisset furis aduentum, vigilasset. Dormientibus enim ille dies tanquam fur veniet, id est, inopinatus. Vigilantibus verò non veniet, vt fur (ait enim Apostolus: *Vos autem fratres non estis in tenebris: vt vos dies illa tanquam fur comprehendat,*) quia expectatus illis venit, & nihil bonorum auferet. Proinde verba illa, Sciret, vigilaret, fineret, tam hoc loco, quam Matthæi. 24. vbi eadem proponitur parabola, Græcè sunt præteriti temporis. Vt sit sensus: si sciuisset qua hora fur venturus esset, vigilasset, & non permisisset perfodi domum suam. Et cum ita proponitur pater familias à fure oppressus, & damnũ passus, quia non vigilauit, meritò monemur etiam vigilare, ne in similia dãna incidamus, quia scimus certò venturum Filium hominis, licet tempus & hora sint incerta, siue ad iudicium particulare cuique in morte, siue ad vniuersale omnibus in resurrectione. Loco illius verbi, *qua hora*, Græcè habetur apud Lucam πείᾳ ὥρᾳ, apud Matthæum πoίᾳ φυλακῇ, id est, qua custodia, siue vigilia: & sic legunt Origenes, & Euthymius, & Syriacum Euangelium habet, *Qua vigilia*. Vocat autem custodiam excubiarũ, noctis tempus in quatuor custodias distributum. Pater familias, quisque nostrũ est: domus, anima: fur, Dominicus aduentus incertus, & inopinatus, de quo Apostolus ad Thessalonicenses, *Dies Domini, sicut fur in nocte*, & Petrus, *Aduenient autẽ dies Domini vt fur*, & Dominus ipse: *Ecce venio sicut fur*: & rursus, *Si non vigilaueris, veniam tibi tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.*

Atque in hunc sensum videtur concludi: *Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet*: quasi Dominicus aduẽtus sit fur: vt rectè exponit Theophylactus. Quanquam possit etiam intelligi, furem dæmonem esse, qui diuinitatem in cœlo rapere tentauit, deinde diuinos honores per idololatriam, & mũdum per principatum, & animas per peccata vsurpare contendit. Sed hic fur incidit in manus ministrorũ iustitiæ, siue lictorem, & in omnibus punitur. Et hic *Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat*. Simul autem cum aduentu sponsi loquitur de aduentu furis, vt indicet periculum non vigilantium. Venit enim in vita, transfiguratus in Angelum lucis: in morte etiam, vt domum perfodiat, & post mortem, vt accuset apud Deum: propterea in excubijs agendum est. Sed hic fur a Christo semel victus, a pijs, & fidelibus continetur. Vnde Martinus dixit: *Quid hic astas, cruenta bestia? nihil in me funesti reperies.* Atque ita exponunt furem Tertullianus,

Nobis cauigilandum.

Quid est ad literam: Qua hora fur veniret. *Matth.* 24. *Origen. tract.* 31. *in Matthæum, initio tom.* 2. *Euthym. c.* 58. *in Matthæum.* 1. *Thess.* 5. 2. *Petr.* 3. *Apoca.* 16. *Supra* 3.

13

Theophyl. Diabolus quare fur. *Isa.* 14.

Ioan. 10. Fur ille quãdo veniat.

2. *Cor.* 11.

Quibus ille despectui Christi beneficio.

Tertull. lib. 4. in Marcion. longè à medio. Hilar. Can. 26. in Origen. ibidem. Grego. hom. 13. in Euan. sub finem, tom. 2.

Christo tanquam furi ad se venienti resistere quiualeat, vt monet B. Gregorius.

Expenditur hoc verbum, Ideo estote parati.

Mali quid in currant serui minimè vigilantes.

Qnid est dominum venire sicut fur in nocte.

1. *Thes.* 5.

tullianus, Hilarius, & Origenes: sed prior expositio magis litteræ, & Paulo consonat: neque nouum est in rebus, & personis, natura etiam dissimillimis, simile aliquid inuenire, vt in his aduentus Domini ambiguitas designetur. Rectè in hęc verba Gregorius scribit: *Nesciente enim patre familiàs, fur domum perfodit, quia dum à sui custodia spiritus dormit, improuisa mors veniens, carnis nostræ habitaculum irrumpit, & eum, quem dominum domus inuenerit dormientem, necat: quia cum ventura damna spiritus minimè prauidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autem resistere, si vigilaret: quia aduentum iudicis, qui occultè animam rapit, ei pœnitendo occurreret, ne impœnitens periret.* Hæc ille. Mira est autem perfossio, & cribratio domus corporis, quod per mortem corruit, & animæ quæ anxiè conturbatur de domo perfossa, de amissione omnium charorum, & iactura bonorum omnium quam in morte facit, quod est quasi in portu naufragium facere. Ideo infert, *Estote parati*: non ait, eritis parati in futurum, sed *Estote* in præsenti: quia nihil certi de futuro tempore habemus, & vnica est tantum securitas, & certissima fiducia minimè esse securum, sed in timore sancto agere, atque ita expectare aduentum summi iudicis Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis laus, & gloria, atque imperium in sempiternum, Amẽ.

TRACTATVS XX.

In parabolam illam: Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? & habetur Lucæ 12. Matth. 24. & Marc. 13.

occasio de fideli dispensatore, & prudente.

Ea ad quos potissimum pertineat.

Marc. 13.

Luc. 12.

Eccles. 17.

Quo spectet hæc parabola.

Quare nunc Petrus ex omnibus discipulus Dominum interrogauerit.

Cortex parabolæ.

1 Propositæ huius parabolæ

PRoposita Parabola præcedenti, Petrus prosiluit, & dixit: *Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes?* Coniectabat enim Petrus, discipulos suos electos esse ad officium patrisfamiliàs, cuius munus est domui custodiendæ inuigilare: & Dominus respondit per aliam presentem parabolam, qua tacitè innuit se ad omnes præcedentem dixisse, sed præsertim ad pastores & Prelatos Ecclesiarum, quorum est alios regere, & pascere. Ita enim cũ similem parabolam apud Marcum dixisset, subiunxit: *Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate*. Vnde & infra subiecit. *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo:* significans apertè, prædicta ad omnes pertinere, sed magis ad eos quibus plura dona sunt concessa, deinde etiam ad alios. Quiuis enim si aliorum curam non habet ex officio, saltem animam suam negligere non debet, & illi de cibo spiritus prospicere, & ab insidijs dæmonum, & peccandi periculis lege charitatis seruare tenetur: & præter animam suam quisq, etiam proximi sui curam habere debet, iuxta illud: *Mandauit illis vnicuique de proximo suo*. Est autem scopus in hac parua parabola, boni pastoris qualitates detegere, & premium amplum, quo remunerandus est, & mali pastoris vitia, & supplicium quo sit plectendus: atque ita hortatur bonos, vt memores sint sui officij, & malos terret. Pulchrè autem Petrus Apostolorum vertex, & ministrorum Christi summus designatus hoc interrogabat: quia sciebat, Dominum peculiaria quibusdam tantum præceptatradere, interdum verò communia, & omnibus generalia. Cortex parabolæ tradit; dominum absentem curam aliorum seruorum vni tradidisse quem fideliter seruientem, postea toti domui præficere in remunerationem destribuitur. Et quia tales boni serui rari esse solent, propterea interroganter dixit, *Quis putas?* vel, quis nam? quasi dicat, rarus. Et talis seruus dicitur dare cibum in tempore, quo scilicet oportet. Et ita de qualitate, & quantitate cibi, vnde dixit, *Tritici mensuram*,

Vbi aduerte, pro verbo familiam, Græcè haberi οἰκετείαν, quę propriè inmulitium significat, vt ad literam iste intelligatur prepositus non liberis, sed

Οἰκετείαν quid.

seruis. Ideo familiæ nomen sumendum est hoc loco pro seruis domus: dicitur enim familia quasi famulia. Cumq; hoc nomen à principio tantum de seruis diceretur, deinde vsus extendit illam vocē etiam ad liberos, mo etiam ad omnes, qui in vna, & eadem domo comprehēderentur. Et hic dicitur beatus: quia hic seruus liber efficitur, & diuitijs donabitur à Domino. Nam quiuis putat beatitudinem in eo, quod maximè cupit, & quo maximè indiget, sitā esse, vt docet Aristoteles. Fingitur etiā malus seruus alius à priore: quia ille bene gubernans, beatus dicitur. Et cùm de illo dixisset, *Quis putas est?* omisit, cùm de malo loquitur: quia multi tales sunt, qui percutiunt conseruos, & rem domini lędunt. Et per omnia ferè hæc parabola consentit cum illa Matth. 24. quia eandem habet parabolam, nempe: *Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suā.* Eandem habet etiam conclusionem, & propterea vnus est, & eadem: nisi quod ibi dicitur seruus, siue Græcè δοῦλος, qui hîc dicitur, οἰκονόμος, hoc est, dispensator. Sed qui dispensator dicitur, posteà dictus est seruus, cùm ait: *Beatus ille seruus, quem cùm venerit Dominus, &c.* Et quod in genere Matthæus dixit, *Vt det illis cibum*, Lucas in specie dixit, *Tritici mensurā*, siue Græcè σίτομέτριον, hoc est, demensum; quod est dicere, certam cibi quantitatem. Nam etiam vsque hodie seruis certam panis mensurā Principes & Magnates de more quotidie porrigere solent. Siquidē autore Donato in Phormionem Terētianum, seruis quaternos frumenti modios accipiebant in quolibet mense: idque demensum est appellatū, vel à mensa, vel à demetiendo. Vnde rectè hîc dicitur: *Vt det illis in tempore* (hoc est, in quolibet mense) tritici mensuram. Iam huic cortici applicanda est parabola, atque illustranda. *Quis, putas,* inquit, *est fidelis dispensator, & prudens.* Hac per contatione, & dicendi modo, vt Hieronymus testatur in Procemio lib. in Oseam, difficultas, non impossibilitas denotatur: vel, vt alij volunt, raritas, vel paucitas significatur, cuius hæc sunt verba, nam interpretans illud; *Quis sapiens & intelliget ista, &c.* ait; *Quod non pro impossibili, sed pro difficili debemus accipere, iuxta illud Euangelij; Quis, putas, est seruus fidelis, & prudens, &c.* Sic ille. Et similia sunt: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Quis est hic, & laudabimus eum? Quis poterit saluus esse?* Et Apostolus raritatem boni dispensatoris explicans, ait: *Sic nos æstimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Hoc idem tradit Salomon in Prouerbijs, cùm ait, *Virum fidelem opus inuenire*; sic enim Græcè dicitur, ἔργον, id est, difficile, & laboriosum est: pro quo Hieronymus vertit: *Virum fidelem quis inueniet?*

Etsi autem hæc parabola intelligi possit de dispensatore ciuili, fido, & prudenti, qui præsit ciuitati, vel prouinciæ: melius tamen, & apertius de ministro Ecclesiæ, & pastore præfecto ouibus Christi accipitur, nam hi rariores, & inuentu difficiliores. Seruus autem à seruando dicitur: quia qui in bello captus à morte seruatur, nil ampliùs habet iuris in seipsum, quām mortuus. Emi etiam pecunia solet; & ideo quidquid est, domini est, & illi fructificat. Idcò quisque fidelis, sed maximè Prælatus, seruum se agnoscat, emptus enim est sanguine Domini, & captus in bello: nam omnes peccato Adę & proprio bellum Deo inferebamus: sed eius misericordia per pœnitentiam à morte seruati sumus. Quisque ergo se ad aliū gerat vt conseruus ad conseruum. Vnde Hieronymus in illud Pauli ad Ephes. *Subiecti inuicem in timore Christi: Audiāt hæc Episcopi, audiant presbyteri: audiat omnis ordo doctorum, subiectis suis se esse subiectos.* Hæc ille. Quod non ignorans Magnus ille Gregorius, primus se seruū seruorū Dei nominauit. De Principe, siue Rege dici solet, quòd est seruus cōmunis, siue seruus honoratus: quia à tota Republica stipendia accipit, vt seruiat omnibus. Etsi autem olim seruitus esset infamis, & inuisa: tamen posteaquam Christus illām in se ipso honorauit, facta est gloriosa: quemadmodum Crux prius horrida, & abominanda, nunc sancta, & veneranda. Et vt in Domino seruitus non repugnabat naturali Dei filiationi, erat enim Filius Dei in ita in nobis seruitus cum filiorum adoptione coincidit. Hæc enim seruitus ex charitate præstari debet, vt grata sit Deo: quēadmodum filius amore stimulante patri debet inseruire. Episcopus ergo quicunque agnoscat se in seruum, & dispēsatorem vocatum. Et profectò intolerabilis sententiæ species videtur, & quidem nocentissima, existimare, Episcopū esse dominum, aut rerum quas possidet merum dominium ad se spectare, cum si quod sit dominium, onustum existat, cui non repugnat quod sit merus dispēsator, & administrator, vt Apostolus docet: *Oportet*, inquit, *Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorē.* Et Bernardus libro de consideratione ad Eugenium: *Nullum gladium aquè tibi formido, sicut dominandi libidinem* Hæc ille. Ex hac enim falsa opinione, quòd Episcopi sint domini, innumeri, & intolerabiles oriuntur abusus. Nam plurimi propterea ab Ecclesijs suis absunt: furta ad itandum parentes, & ad amplas ditiones illis relinquendas meditantur: renuntiantur post multos annos beneficia obtenta, vt illis expediti matrimonio copulentur: Simoniæ, & aperte, & palliatę admittuntur: denique truculenta, & sæua dominatio, de quibus ait Propheta: *Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.*

Prima ergo conditio boni dispensatoris est, vt se agnoscat seruum, conseruis præpositus. Secunda, vt sit fidelis Deo, ne quenquam decipiat. Tertia, vt sit prudens, ne ab aliquo decipiatur. Fidelis est ergo Prælatus, qui non vsurpat sibi rem Christi, id est, honorem, ob illum potissimum seruiens, vel ob dominationem, siue potestatem, vel ob temporalium bonorum lucrum quasi finem administret: quia iniuria esset Domini, qui vult esse merces nostra. Hinc apud Malachiam dicitur: *Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò?* Vel ne vsurpet sibi temporalia bona Ecclesiæ, quæ pauperum sunt. Etsi peccatum furti eo grauius est, quo a pauperiore, & magis egente furatur aliquis: profectò tanto grauius est pastoris delictum, si pauperum bona in vsus profanos conuertat. Debet etiam non tribuere sibi efficaciam Sacramentorum, in quibus purum, & nudum exhibet ministerium, quemadmodum in verbo Dei proponendo: quia, *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.*

Fidelis verò minister (quæ est secunda opinio) a quinque abstinere debet: nimirum ab vsurpatione honoris Deo debiti, vel exercitio potestatis, vel lucri tanquam finis, vel potestatis spiritualis vt suæ, vel bonorum temporalium Ecclesiæ: quæ omnia Petrus in priori sua epistola breuibus verbis complectitur: *Pascite*, inquit, *qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontanee secundùm Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam.* Tertia conditio: Debet adesse prudentia: quæ ex Scripturis accipi debet. Vnde Paulus: *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* & qui nondum possidet doctrinam, addiscat, quemadmodum fecit Ambrosius ex Catechumeno assumptus ad Episcopatum: qui, vt ait libro de Officijs, simul discebat, & docebat. Nam alias, *si æreus æreo ducatum præstat, ambo in foueā cadent.* Debet etiam scire, quæ doctrina sit tanquam vera amplectanda: quæ rursus sit vt hæretica, vel tanquam suspecta fugienda. Rectè à quodam dictum est: *Cur nescire pudens prauè quàm discere malo?* Debet etiam ex Canonum lectione Ecclesiasticorum qui litigiosa non tractant, peritia peti, & Sacramentorū administrandorū, & hierarchiæ gubernatio accipi. Debet tertio ab experientia multa cognoscere, quare ab euehen-

Constitui super familiam quid proprie.

Seruus vulgò qui beatus.

Aristo lib. 1. ethic.

Cui omnino similis hæc parabola de fideli dispensatore *Matth. 24.*

Donat. Gramat.

Olim serui quaternos frumēti modios accipiebāt in quolibet mēse, teste Donato.

Hieron. in procemio lib.

1. comment. in Oseam, tom. 6. in tio.

Osea vlt.

Hæc phrasi, quis putas, ac similibus quid in Scripturis notatur teste Hieronymo.

Psal. 23.

Eccle. 31.

Matth. 19.

1. Cor. 4.

Prou. 20. iuxta LXX.

3 Fidelis dispēsator, & prudens quis ille potissimū.

Seruus vnde dicatur.

Ecclesiæ antistites, quales tantū sē debent agnoscere.

Gen. 3.

Rom. 5.

Hieron. in 5. ad Ephes. tom. 9.

Magnus ille Gregorius quare se seruū seruorum Dei nominabat.

Rex, siue Princeps so-

quus cōmunis seu honoratus cur dictus.

Paupertas olim inuisa, post Christū qualis reddita fuerit.

Fideles, etsi serui, sunt tamē filij Dei.

Grata quæ Deo seruitus.

Hæresis cuiusdā, & illius quidem nocentissimæ genus quod nam illud sit. *1. Cor. 4. Tit. 1. Bern. lib. 3. de consider.*

Nullus gladius æquè Pontifici formidādus ac dominandi libido, teste Bernardo.

Si verum est (quod quidē est falsissimū) Episcopum sui gregis esse nomina, quid inde sequatur incōmodorū. *Ezech. 34.*

4 Dispensatoris boni conditiones, quinque.

Prælatus qui fidelis sit,

Malac. 1.

Bona Ecclesiæ quorum sint.

1. Cor. 3.

Secunda cōditio Dei dispensatoris, à quibus ille abstinere debeat, ostendens.

1. Petr. 5.

Tertia conditio.

Tim. 4.

B. Ambrosij Episcopi documentum. *Ambros. lib. 1. de offic. c. 1. tom. 1. Matth. 15.*

Quæ dogmata cognoscēda pastori. *Horatius in arte.*

dis, & promouendis pueris maximè abstinere debent Ecclesiarum rectores: nam pueri nesciunt regere se ipsos, nedum alios. Nec satis est dicere quòd est nobilis, & illustris familiæ: quia propter Ecclesiam est minister, non autè propter ministrum Ecclesia. Et mihi si nauigandum esset in Africam, præferrem cum vili nauta, sed rei nauticæ peritissimo, quam cum nobilissimo, sed eius artis prorsus ignaro, nauigare. Quartò debet prudentiam, oratione ad Deum fusa, addiscere, & qua possit Deum iratum, & flagellum suo populo minitantem placare. Debet habere prudentiam serpentis caput Christum toti corpori præferentis; vt si tota Ecclesia aliquid, quod esset contra Christi gloriam, peteret, nullo modo cedat. Hæc est prudentia Prælati. Quarta conditio est: *Quem constituit Dominus supra familiam suam.* Idem est ergo dicere hoc loco ad literam Supra familiam, ac dicere, super conseruos suos. Est ergo Domini vocare Apostolos, & Episcopos, eisque eorum ministerio conuenientem gratiã largiri: nam ipse est, qui idoneos facit Noui Testamenti ministros: de quo ait Paulus: *Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum.* Qui autem non per ostiũ vocationis Dei, & idoneæ doctrinæ, & vitæ sanctitatis, sed aliunde, nempe per hominum fauores, aut potentiam, aut pecuniam, aut cognationem carnis ingreditur, ille fur est, & latro, & nihil boni ab eo sperandum. Quanquam Deus, in cuius manu sunt Reges, & Episcopi, eos mutare posset, & ex malis bonos efficere, sed id rarum est. Constituitur autem à Domino super familiam, id est, non in proprium commodum, vel amicorum, vel consanguineorum, sed in bonum ipsius familiæ. Qui vero gratulantur de Episcopatu, & Episcopi, qui gratulationem accipiunt, non obscuro signo testantur quod appetebant Episcopatum, non in Ecclesiam, sed in proprium, & amicorum bonum, alioqui amici non Episcopo, sed Ecclesiæ gratulati fuissent. Quintam conditionem subiungit: *Vt det illis in tempore, tritici mensuram:* Vbi exponendum est verbum, *Vt det*, non ait, vt recipiat, contra eos, qui habent manus ad recipiendum, non ad dandum. Vt det rursus, non vt retineat, iuxta illud Apostolorum Principis: *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Christi.* Sunt enim quidam anguſti, & stricti cordis dispensatores, qui gratiam, & liberalitatem Domini coarctant. Tertiò, vt det, siue donet, nõ vt vendat. Dixit autem Dominus: *Gratis accepistis, gratis date.* Nunc enim in plerisque Ecclesijs opus est stipendio conducere Doctorem prædicantem, siue sacrificãtem, siue sacerdotes, qui peccatorũ confessiones audiant, præter eos, qui iure Diuino, & Canonico ad illa munera præstanda lege tenentur. Debet autem dare cibum, siue demensum, siue mensuram tritici, hoc est, mensuratam verbi Dei doctrinam, & auditorum captui accommodam, & exemplum vitæ honestæ; non autem vt det venenum malæ doctrinæ, vel praui exempli, vel absentiæ ab Episcopatu, vel sententiæ excommunicationis leui de causſa in suos fulminatæ. Non enim nisi cum dolore, & fletu est ad virgam veniendum, vt Apostolus suo nos exemplo docuit. Debet igitur quiuis pastor agnoscere se debitorem pascendi gregem suum ministerio verbi, & Sacramenti, sacrificio, & oratione; præsentia, & definitione dubiorum de Fide, consolatione spirituali, correctione etiam coniunctas medicinales pœnas habente; subsidio etiam temporali pro temporis necessitate. Quia etsi Episcopus exiguum, aut nihil habeat; debet tamen tanta autoritate pollere, vt suæ diœcesis diuitibus ad subleuandam pauperum inopiam imperare possit. Pastor etiam secularis, siue ciuilis debet pascere populum suum abundantia bonorum temporalium, & pace externa. Ad quæ præstanda opus est vt religioni in primis faueat, & in illa Deo ius suum reddat: deinde bonos foueat, & improbos quoſque, & seditiosos iustè puniat. Pater familias vero subministrando temporalia bona, & dando bonam Fidei, & doctrinæ Christianæ

Prudentia qualis in pastore requiritur.

Matth. 10.

Quarta conditio.

2. *Corin.* 3.

Rom. 1.

Ioan. 10.

Fur & latro, quis.

Constitui super familiã, quid sit.

Quinta conditio fidelis Dei ministri.

1. *Petr.* 4.

Matth. 10.

Tritici mensuram dare, quid.

2. *Cor* 12.

Pastor ecclesiasticus qui gregem suũ pascat.

Supra 10.

Secularis itẽ pastor quomodo populum suũ pascere debet.

Pater familias qualis erit & ipse pastor.

Fidelis quisque in quo fidem suam seruet.

Ouidius lib. 1. de remed. amor.

Bonus ac fidelis seruus quo præmio dignus sit Dei.

Super omnia bona constituí, quid sit.

6 *Mar.* 13.

In quo hæc tantum parabola fidelis dispensatoris differt à superiori.

Theoph. in Marcum.

stianæ institutionem, & probæ vitæ exemplum, pascit domum suam. Quiuis etiam fidelis in eo Fidem seruat, si Regem rationem, vel Christum habeat, si sponsam voluntatem cum ratione, vel Christo coniungat, si domum memoriæ, & filios bonorum operum, & seruos sensuum, & iumenta membrorum, & pecunias talentorum spiritualium diligenter custodiat, atque in officio contineat. Atque hic cibus in tempore porrigendus est, quia, vt quidam elegãter dixit:

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Verbum Dei suo tempore ministrandum: & correctio tanquam sectio, aut cauterium suo tempore adhibenda. Et denique sola prudentia regula est ad has minutas, & peculiares circunstantias considerandas. Deinde subiungit præmium. *Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem.* Venit Dominus, saltem in morte, & seruum sic facientem, id est, sic cibantem, & sic apud suos residentem remunerabit. Nam talis specialem gloriam, hoc est, essentialem, & accidentariam, hoc est, auream, vel aureolam possidebit: & videndo diuinam essentiam, super omnia bona Dei constituitur, quia amicorum omnia sunt cõmunia.

Hanc eandem parabolam sic describit Marcus: *Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit: sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suã: & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat: serò, an media nocte, an gallicantu, an mane.) ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.* Hæc parabola nihil videtur dissidere à superiori, quia ex vtraque deducitur vigilandum esse: sed illa respicit dispensatorem domus, hæc verò respicit ianitorem, qui curam habet portarum domus. Et, vt notat Theophylactus, cum dixisset, *Videte*, siue attendite, *Vigilate*, subiunxit, *& orate*: quia multi sunt qui vigilant, malè noctes expendentes. *Et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis.* Id est, munus peculiare, in quo quisque exerceri debet, vt constat ex Apostolo: *Vnusquisque proprium donum habet à Deo, vnus quidem sic, alius verò sic.* In Ecclesia verò, ianitor, est prælatus, siue Petrus, cui datæ sunt claues Regni cœlorum ad aperiendum, & claudendum, prout opus est. Atque ad illum maximè, & sub eo ad omnes Episcopos in partem solicitudinis vocatos spectat vigilare, tanquam ip si redditurí sint rationem, non tantùm pro se ipsis, sed etiam pro commissis sibi gregibus. Debentq; dare operam ex officio, ne quicquam mali in oues creditas obrepat: ne grex terminos suos exeat: ne quis abigat, vel ne quis deuoret. In quolibet autem homine, intelligibilis pars est ianitor, quæ quid intromitti, aut abijci debet, aduertit. Hæc pars noxias cogitationes, verba, & facta pernicioſa repellit: & magis nocte vigilat, dum ab amicis hostes non internoſcuntur, quia tunc specie recti, ne praua sese insinuent, vigilandum est. Sequitur in Luca. *Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet.* Et addit Matthæus: *Illic erit fletus, & stridor dentium.* Non de alio seruo, sed de eodem videtur esse sermo & apud Lucam, & apud Matthæum: nam multi in bono cœpto opere non progrediuntur, sed interdum tentationibus mundi, & carnis confracti retrocedunt. Quamquam reuera idem dispensator non potest simul esse beatus, & damnatus. Proinde intelligendum est, vel non eundem esse dispensatorem, quia primus beatus, & secundus damnatus: vel si ille idem ipse est, intelligendum est quanta illum beatitudo maneret, si in vigilantia cœpta perseueraſſet. Dicitur autem, seruus malus dixisse in corde suo: hoc est, prudens, & sciens, non coactus, sed volens, & nõ audens ore exprimere

Dare seruis potestatẽ cuiusq; operis, quid sit.

1. *Cor.* 7.

Ianitor ecclesiæ quis.

Matth. 16.

Hebr. vlt.

De ianitore moralis intelligentia.

Matth. 24.

Quid meditat malus seruus, dicens: Moram facit Dominus meus venire.

mere malam voluntatem, ne à quoquā reprehenderetur. *Moram*, inquit, *facit dominus meus venire.* Id est, Dominus meus cunctatur, & reditum suum differt; quamobrem non timeo pœnas quas mihi comminatus est, vel eis præfero voluptates præsentes; vel saltem postquam peccauero, resipiscam. *Et cœperit percutere seruos, & ancillas.* Id est, exemplo vitæ suæ malæ percutere conscientias aliorum, vtriusque sexus, & superbè agit cum illis, quasi dominium exercens contra conseruos, & violenter primitias, & decimas extrahendo. *Cœperit etiam edere & bibere, & inebriari.* Quibus verbis testatur Theophylactus, pastores percuti, qui in delicijs, & splendidè, & molliter viuendo, omnia Ecclesiæ bona dilapidant, illisque inebriantur, & quasi ebrij fiunt extra se. Et ita in his duobus intelliguntur fastus, cupiditas, & mollis, & obscœna vita, quam Prælati, Domini sui, cui arctam reddituri sunt rationem, immemores traducunt. Et propterea subdit, quod veniet dominus serui illius in die qua non sperat (pro, in die quam nō expectat, vel non præstolatur, vt habet Græcum verbum) & hora quæ nescit, & diuidet eum (pro quo verbo Græcè dicitur διχοτομήσει id est, dissecabit in duas partes, vel per medium scindet) segregans eum à suo contubernio, & pistrino, vel carceri cum infidis seruis adiudicans. *Partemque eius cum infidelibus ponet*, siue, vt Matthæus ait, *cum hypocritis.* Infidelis non opponitur credēti, sed fido, sicut etiam nomen fidelis pro fido positum est. Fidus enim seruus neq, simulat, neque, dissimulat; infidus multa ad tempus simulat, quo dominū fallat, & ab eo officium regendæ familiæ accipiat. Istis igitur Dominus inopinatus venit, vt impleatur verbum Prophetæ: *In operibus manuum suarū comprehensus est peccator.* Dissecatur autem, dum animam eius per mortē à corpore, & facultatibus diuidit, corpus dando edendum vermibus, animam dæmonibus cruciādam, & facultates mundi amicis, aut inimicis fruendas. Deinde etiam post resurrectionem, tanquam palmitem non

Vti etiā ille percutiat seruos & ancillas.

Hoc verbo quos Dominus pastores sui gregis percutiat *Theophyl. in Lucam.*

Malum seruum Dominus vt diuidat.

Matth. 24. Partem eius cum quibus infidelibus ponet.

Psalm. 9.

Eundem etiā qui diuidet.

Ioan. 15.

Partem cum infidelibus cū ponet, & quomodo.

Eccles. 5.

Alter sensus.

Matth. 24.

Partem ponere cum hypocritis quid

7

Officium pastorale in ecclesia quam periculosum.

8

2. Cor. 1.
1. Cor. 4.

Quis cognoscere cēseat voluntatem Domini.

ferentem fructū, dissecabit à vite Christo, & à consortio Beatorum, in ignem æternum proijciendum. *Partem vero eius ponet cum infidelibus.* Pars cuius visus est, quod magis expetit, & gustat siue in bono, siue malo: quia nemo vel totum bonum, vel totum malum gustat. Vnde ait Ecclesiastes: *Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse sub Sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius, &c.* Habebit igitur sortem damnationis cum infidelibus (quia infidelis fuit in dominum, & in familiam) de quorum damnatione nulla dubitatio est: nam tam carentes fide, quam illa præditi, sed destituti bonis operibus, damnantur. Vel, vt ait Matthæus, *cum Hypocritis*, id est, fictè religiosis, quorum etiam certa est damnatio. Vel quia modo quodam sunt hypocritæ quicunque prælationis ordinem tenent, sed commissam sibi curam malè exercent: ipsi namque gradu, & officio se profitentur aliorum pastores, cū reuera sint aliorū oppressores, & subuersores. si non velis vocare lupos. Et quæ sit hæc pars, magis declarans, subdit Matthæus.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et Lucas subiungit: *Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Non est noua parabola, vt quidam putant, sed pars prioris: & declarat his verbis Dominus sensum eius extendi ad omnes; & ostendit, quam periculosa prouintia sit prælationis administratio, propter quam nemo debet insolētior esse, sed potius solicitior: onus enim potiùs suscipit; qui curandis animabus præficitur, quàm honorem.

Ait ergo, seruus ille: non dominus, vt Paulus dixit: *Non dominamur fidei vestræ:* & rursus: *Sic nos æstimet homo vt ministros Christi. Qui cognouit voluntatem domini sui.* Id est, cognoscere debuit, & potuit ex mandatis, & lege Dei.

Quo se modo ad voluntatem Domini faciēdam præparabit quispiam.

Theophyl. ibidem.

Nesciens voluntatem Domini, nec faciens, cur vapulet.

Sciens voluntatē Domini, & non faciens plagis cur vapulet multis.

2. Reg. 11.
Eccles. 1.

Quis non cognoscat voluntatem Domini sui, & facit digna plagis.

Quibus maxime ab illa domini sententia formidandum

Iacob. 3.

Rom. 2.

Eodē in genere delicti fidelis grauiūs cur peccat, quā infidelis, vt Theologi tradunt.

Quales Christiani præ infidelibus sint.

2. Cor. 11.

Non cognoscens quis voluntate Domini, impunis relinquitur.

Hæc differētia inter cognoscentem domini voluntatem, & non cognoscētem, vt fit accipienda.

Iob. 21.

9

Hebræi pro positiuo cōparatiū vsurpant.

Hæc Christi sententia, Omni autem cui multum datum est, plus petēt ab eo, & rel. vnde sumpta videatur esse.

Conuenias quibus.

Dei. *Et non se præparauit.* Nam etsi absque gratia Dei impossibile sit voluntatem Dei à nobis expleri; possumus tamen nos ad eam præparare, Deo tamē nos excitante, vt gratia infundatur. Et ita non solum damnatur voluntatem Dei sciens, & non faciens, sed etiam sciens, nec tamen se ad faciendum præparans: talis enim scire negligens, cum tamen scire ex officio adstringatur, pro sciente habetur. Vnde pulchrè hoc loco ait Theophylactus: *At sunt*, inquit, *qui querant: Esto, bene Puniatur is qui scit voluntatem domini, & non facit: qui autem nescit, quare punitur? Eo quod potuisset etiam ipse discere, & noluit, sed piger fuit, ipse in caussa fuit quominus disceret: quapropter puniendus est, quod non sponte didicit.* Hactenus ille. Tales ergo quia aut sciunt voluntatem domini, aut ex officio suo scire debent, & non faciunt, plagis vapulabunt multis, ob maiorem Domini, & veritatis contemptum: nam instar Vriæ, tales portant literas, quibus morti destinentur. Et, vt ait Salomon: *Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio:* &, *Qui addit scientiam, addit & laborem. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Id est, simplex idiota, & qui in lege Dei non est versatus, vel qui minora dona accepit, vt possit Domini voluntatem agnoscere, etsi ex parte peccando dignus sit excusatione ob ignorantiam; & ob id plagis vapulabit paucis respectu eius, qui scienter peccauit: tamen non omnino impunitus euadet, eo quòd & ipse potuisset, si operam dedisset, discere: sed quia piger fuit, noluit. Timeant ergo magistri, & doctores memores verbi huius, & sententiæ fratris Domini dicentis: *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quòniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes.* Et Apostolus ait: *Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Hinc sacri Theologi certam regulam tradunt: In eodem genere peccati grauius peccare fidelem, quàm infidelem, ob scientiæ maioris lumen, & grauius ingrati animi vitium, & ob alias circunstantias: quemadmodùm mulier coniugata, & viro alligata, & sui copiam alteri faciens, grauiùs delinquit, quam mulier soluta, & inconiugata, quæ virum quem offendat, non habet. Constat autem, Christianos omnes tanquam virgines castas Christo esse desponsas, cum infideles liberi sint. Vel quoniam primum membrum fuit, is puniendus est, qui cognouit voluntatem Domini, & non fecit eam: in secundo non dicitur puniendus, qui non cognouit voluntatem domini, & eandem non fecit, sed qui non cognouit, & fecit digna plagis: is enim non est puniendus, quia non fecit voluntatem incognitam, sed quia fecit digna plagis & supplicio, præuaricando naturæ legem, quam minimè ignorare poterat. Et hæc differentia inter cognoscentem, & non cognoscentem Domini voluntatem, intelligenda est cæteris paribus: nam quandoque non minor, imò grauior est ignorantis iniquitas, quam scientis, vt si ignorantia sit affectata, vt eorum, qui dicunt: *Recede à nobis, &, Scientiam viarum tuarum nolumus.*

Sequitur: *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Comparatiuè videntur hæc accipiēda esse, & positiuum Multum, pro positiuo Plus, accipi debet. Et videtur hoc Domini dictum sumptum à vulgari populi sententia: qui enim multum beneficij alicui contulit, multum etiam grati animi significationis, & beneficentiæ vicissim ab eo requirit: & qui alicuius fidei commendat aliquid custodiendū, vel in bonum aliorum dispensandum, multum etiam ab eo requirit, nempe quicquid deposuit custodiendū, & omnium dispēsatorum rationem ab eo reposcit. Et hoc de pastoribus dicitur, quibus pro exactione talentorum omnium, & beneficiorum acceptorum incumbit reddere rationē. Porrò qui hanc Domini sententiam ex animo perpenderit, non facile conqueretur, se minus alijs à Deo accepisse, siue in scientia, siue in

Sors quorum autior apud Deum.

siue in dignitate ecclesiastica, siue in generis nobilitate, siue deniq; in opibus, & possessionibus; nam pro omnibus diligenter est reddenda ratio. Et certè tutius est auditorem, quam doctorem esse, & minus est periculi in parendo, quàm in præcipiendo: & expeditius pauperes, quàm diuites ingrediuntur in regnum cœlorum. Bonum est in præsenti, vt ait quidam, more Regum viuere; sed longè præstantius est mendicorum more extremum diem obire. *Quid habes*, ait Apostolus, *quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Nullus est ergo hominum, qui aliquid à Deo non accepit. Studeat ergo quisque pro dono accepto gratias agere donatori, quo ita dona habita augere, & æternæ vitæ coronam consequi mereatur auxilio, & munere Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto, sempiterno fruitur honore, & gloria, in secula seculorum. Amen.

Matth. 19 Dictũ sapiẽtis cuiusdã.

1 *Cor.* 4.

TRACTATVS. XXI.

De parabola habentis arborem fici plantatam in vinea sua, & quærentis fructum in illa, & non inuenientis: de qua solus Lucas Cap. 13.

Institutũ parabolæ.

DOCET Hac parabola Dominus, duritiam cordis humani, ingratumq; animum, atque impœnitentem in caussa esse, vt abutatur homo patientia, bonitate, atque Dei longanimitate, iuxta illud Pauli: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contẽnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei.* Quæ vt magis intelligantur, operæpretium est, verba quæ parabolam hanc præcedunt, diligentius perpendere, & explicare. Sic igitur inci-

Rom. 2.

Vnde pẽdeat eius intelligentia.

pit Euangelista. *Aderant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondens dixit illis, Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non: dico vobis; sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos; putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis; sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis,* & subiungit: *Dicebat autem & hanc similitudinem, Arborem fici, &c.* Pulchrè Theophylactus in hæc verba scribit: *Iudas Galilæus, cuius & in Actis ipse Euangelista noster meminit, cum & ipse aliquantum doctus esset in lege, docuit & alios Galilæos suo dogmati adhærere. Docebat autem, nullum omnino hominem ferendum dominum dici, neque honoris, vel modestiæ gratia, etiam Regem ipsum. Vnde & multi ipsorum grauiter feriebantur, qui & docebant neque à Moyse constituta sacrificia offerenda, eo quòd pro Cæsare, & Romanorum gente fiebant sacrificia. Verisimile igitur Pilatum ob hæc indignantem iussisse occidi Galilæos illos super sacrificia quæ ab eis prohibebantur fieri pro Romanorum gente, & ita commisceri sanguinem eorum sacrificiorum sanguini. Annuntiauerunt igitur quidam hæc Saluatori, vt aliqua ex parte pie facta, volentes per hoc discere quid in eo sibi placeret. Putabant enim quidam, illos iustissimè passos, vtpote peccatores, & seditiosos, & irritantes Pilatum in odium Iudæorum, eo quod vrgebant Cæsarem non appellandum dominum: id quod in totius gentis Iudæorum incommodum cedebat.*

Theophyl. Act. 5.

Cur Pilatus Galilæorum sanguinem miscuerit cũ sacrificijs eorum.

Igitur Saluator, non negans eos esse peccatores, dicit non ipsos passos esse, quasi essent maiores peccatores ijs, qui nihil passi, Similia docet Euthymius, & Cyrillus in Catena B. Thomæ. Quæ eo quòd ait pro Cæsare fieri solita esse sacrificia, confirmari possent ex Philone, qui in libro de legatione ad Caium, testatur Augustum suis sumptibus instituisse sacrificium quotidianum in tem-

2 Stultũ hominũ iudicium, & temerariũ. *Euthym. c.* 47. *in Luc. Cyrillus. D. Tho. q.* 15 *Philo.*

plo

Augustii in templũ Hierosolymitanum pietas.

Duplex homi num genus morientium, de quo mundus temere iudicare consueuit.

Humanũ iudicium quod Dominus cor rigere studeat præsenti parabola.

3 Si neminem Deus peccantem puniret; vel si in omnes statim animaduerteret peccatores: si demum grauius tantũ plecteret delinquẽtes, quid consequeretur.

plo pro seipso: & per litteras iussisse vndique illuc mitti in templum primitias à Iudæis dispersis per orbem, nemine prohibente. Duo sunt hominum morientium genera, de quibus temere iudicare consueuimus. Alterum est eorũ qui inopinato casu, & repẽtino pereũt, quales illi fuerunt decem & octo viri, super quos cecidit turris Siloë, & oppressit eos: nam huiusmodi homines iudicamus, tanquam seditiosos, & pestiferos, Diuino iudicio de medio esse sublatos. Alterum est eorum, qui magistratus gladio ob aliquod insigne delictum publicè interficiuntur: nam tales cæteris omnibus sceleſtiores, & nocentiores iudicare soliti sumus (contra quẽ errorem totus ille liber Philonis disputat) & pro ingenio nostro nos cum illis conponimus, eorumque comparatione iustos & sanctos nos ipsos existimamus. Et contra hoc temerarium iudicium, quo plus nobis quàm alijs tribuimus, quod attinet ad iustitiã, & vitæ sanctitatem, & minus, quod attinet ad delictum, & iniquitatem, tendit hoc Domini doctrina, docetque plerunq; nos falli in eiusmodi rogitationibus: neque verum esse, sceleſtiores semper quasi intolerabiles puniri, sed plerumque qui minora & leuiora peccant, ad supplicium rapi, aut casu aliquo fortuito perire. Proinde rectè infert: *Vt qui superstites manent, respiscant, & condignos pœnitentiæ fructus edant, ne grauiora Dei experiantur supplicia.*

Vbi aduerte, quod si Deus nullum puniret criminosum, nullum iustitiæ, aut prouidentiæ Diuinæ signum appareret: si autem omnes statim castigaret, videretur nullum post hanc vitam futurum iudicium. Quod si tantum maximos peccatores semper morte plecteret, illi magnitudine delictorum obruti, aut vix, aut nunquam resipiscerent, & viuentibus similia Dei iudicia nocerent. Nam & seipsos instituerent præ illis, & de pereuntibus malè cogitarent, cum tamen interdum iusti, & sancti viri, aut voluntate Dei volentis suos probare, & coronare, aut calumnijs, & falsis testimonijs hominum in malitia in-

ueteratorum, eiusmodi iniqua iudicia non euadant. Et, vt dixit Isaias, *Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus est iustus.* Propterea magna Dei prouidentia fit, vt parem moriendi rationem sortiantur non minùs iusti, quã peccatores, nec minus peccatores parui, quàm magni, quo discamus corã Deò humiliari, & alios non contemnere, & nobis arrogantius nihil tribuere, sed omnes vnicum pœnitentiæ remedium, tanquam secundam tabulam post naufragium amplectamur: cogitantes apud nos: Si tantum, ac tale supplicium de illo vel illo sumptum est, quid erit de me, nisi tempestiuè resipiscam? nam etsi euasero manus hominum, non tamen illas Dei longas manus, de quibus Propheta: *Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua:* Et Apostolus, *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis:* Paucorũ igitur præsenti supplicio, aliorum, qui in paribus, aut minoribus, aut maioribus versantur criminibus, & delictis animi, vel sanari, vel reprimi possunt.

Isa. 57.

Quo diuino consilio fiat, vt iusti & iniusti parem moriendi rationem sortiantur.

Psalm. 138.

Hebr. 10.

4 Quid sibi velit: Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Ideo ait Dominus: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Vbi tacitè Dominus significare videtur, diẽ visitationis illius populi venisse, vt aut à Christo ab eis recepto reciperentur, aut in necem, exilium, captiuitatemque darentur: non enim sine caussa dixit: *Omnes similiter peribitis.* Noster interpres videtur legisse ὁμοίως, hoc est, Simul, pro qua voce modò legitur ὁμοίως, id est, similiter: & vtrumque verum fuit, quòd simul, & similiter perierunt. Quo verbo insinuat, similem impendere Iudeis interitum, nisi infra quadraginta annos resipiscerent: nam post illud tempus, & prædicatum est in vniuerso orbe per Apostolos Euangelium, & quemadmodum Galilæi sacrificantes in templo, à milite Pilari interfecti sunt, & sanguis illorum cũ sanguine sacrificiorũ comistus; ita populus ille in incredulitate sua, & impietate permanens, in solennitate Paschali cum templo, & ciuitate tota à

Illud Christi vaticinium in Iudæis quando fuerit impletum.

Romano exercitu internecioni datus est. Similiter casus turris Siloë, qui recens fuisse indicatur, quia subdit non fuisse maiores peccatores præ omnibus peccatoribus habitantibus in Hierusalem; præsagium erat eorum, quę posteà populo euentura erant. Nã, vt ait Theophylactus, *Turris, totius ciuitatis figura est: at decem & octo illius totius populi. Cùm enim sub Tito ciuitas rueret, omnis populus in incredulitate permanens, simul periit.* Hæc ille.

Theophyl. Turris Siloë & viri decẽ & octo ab ea oppressi quid significauerint.

Et ita subiungit parabolam: *Arborem fici habebat quidam, &c.* Vt videatur Dominus non tantùm cuiuis peculiari peccatori supplicium ęternum cõminari, nisi resipiscat, & tempestiuè ad cor redeat, postquam Deus tanta nos lõganimitate, & clementia expectat, verùm etiam peculiariter populo Iudæorum incredulo, & tanta benignitate ab eo expectato, vltimum excidium vrbis, & vastationem templi, & Iudaicæ gentis exterminium & dispersionem interminari. Cui scopo seruit, quòd synagoga ficus similitudine alias repræsentata est, quando Dominus maledixit illi, folia tantùm, non autem fructus habenti.

Cui maximè æternum imminebit supplicium impœnitenti.

Matth. 21.

6

His de scopo propositis, ad literam & corticem melius apprehendendum, considera, quòd ficus pro fructu Græcè dicitur σῦκος, at verò pro ipsa arbore Græcis dicitur σῦκη: & in vtroque significatu generis est fœminini apud Latinos, & secundæ, & quartæ inflexionis. Tertiò ficus pro morbo quodã accipitur, à similitudine fici fructus appellato, estque masculini generis, & secundæ inflexionis: de qua significatione hic non est sermo. Deinde aduerte, ex agricultura eundem locum plantationis habere velle ficum, atq; vineã: nam vt vinea ob multum humorem calore forti digerente indiget: vnde plãtatur in loco petroso, & arido, ad Austrum respiciente, vbi altitudine montis à Borea protegatur. Hinc apud Isaiam dicitur: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* Ad hunc modum ficus ob humorem dẽsum indiget crasso calore digerente, & decoquente, & fructus ad dulcedinem trahente. Habetque singulare, quòd bis edit fructus. Nam primò ficus, quas dicimus præcoquas, profert, de quibus in Canticis: *Ficus protulit grossos suos*: paucos tamen, sed quantitate maiores: *Vineæ florentes dederunt odorem suum*: vbi indicatur eadem, quod ad locum attinet, vtriusque plantatio; deinde verò minores ficus, & dulces profert, plures quidem, sed mole minores.

Ficus folia tãtũ habens, fructuq; omni destituta quæ mysticè. Ficus tripliciter accipitur.

Ficus vbi plãtari velit.

Isa. 5.

Fici arboris ingenium. *Cant. 2.*

Quòd verò post triennium quarto anno expectatur, vt ferat fructum, videtur alludere ad legem Leuitici, quæ habet: *Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt.* Et naturale est, in prima plantatione arbores conualescere in radices, deinde in ramos extendi, tertio autem anno ad fructum, siue paruum, siue magnum, siue acerbum, siue dulcem proferendum vacare: ita vt de arbore quæ de tertio anno nihil profert, meritò cõqueri possimus, & de succisione eius cogitare.

7

Illud de fico per quadrienniũ expectata, vnde Christus desumpserit. *Leuit. 19.*

Quod ad applicationem attinet, homo iste, qui arborem fici habebat plantatam in vinea sua, Deus ipse est, cuius vinea propria, & ab ipso plantata Domus Israël erat, vt dicitur ab Isaia, & Dauid: *Vineam,* inquit, *de AEgypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.* In hac vinea habebat Dominus plantatã ficum, id est, sacerdotes, scribas, & primores populi, qui in vinea Domini erant velut ficus, quæ magnitudine sua excellunt vites, & mole, & dulcedine maiores fructus edere debent. Bis etiam solitæ sunt fructum ferre, vt diximus: quia non tantum in se, sed etiam in alijs quos colunt, & quorum curam habent, producere fructum obstringuntur, ne sint vt arbores, quas Iudas Apostolus in sua canonica vocat vis mortuas.

Ficus quando fructificet.

8

Homo arborem fici habens plantatam in vinea sua, quis. *Isa. 5.* *Psal. 79.*

In ficu ferãũ qui designetur.

Venit autem, quærens fructum in illa, & non inuenit; vnde dixit ad cultorem vineæ:

9

Quid est

quod hic vineę dominus post triennium veniens, fructum ex illa quæsiuit.

Philip. 2. *Ioan. 5.*

vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Venit enim Deus, qui dominus est vineæ & ficus, per triennium quærẽs fructum: quia per Patriarchas, & per Moysen, & per Prophetas quasi per triennium fructum quæsiuit: nec tamen inuenit: quia sacerdotes, & Reges, & maiores Iudæorum omnes quæ sua sunt quærebant, & nemo illorum legem faciebat, sed instar ficus frõdosæ cerimonias quasdam, sacrificia, & lustrationes externas, quibus more legis expiabantur, tantùm habebant, fructum autem veræ fidei, aut charitatis in Deum, aut iustitiæ, aut misericordiæ, non proferebant.

10

Vineæ cultor quis.

In qua vinea Dominus eius fructum quæsiuit, & quam ficum.

Homer.

Infructuosam arborem succidere, quid.

Matt. 23.

Cultor vineæ, videtur esse Dominus Iesus, qui prius per Prophetas, & deinde per alios ministros religionis, & pietatis studiosos, vineam, & ficum coluit, id est, populum Iudæorum in vinea, & rectores, & gubernatores illius in ficu repræsentatos. Dixit ergo dominus vineæ ad vineæ cultorem, hoc est, ad Dominum Iesum: *Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?* siue, vt Græcè dicitur, onerat, succum trahens sine fructu. Quo verbo videtur alludere ad eum, qui dixit: *Telluris inutile pondus*; Græcè verò alias dixit: ἐπίσιον ἄχθος ἀρούρης. Hoc est, Tolle de medio istos malos pastores, qui cùm ipsi humeros supponere deberent ferendis oneribus populi, ipsos potiùs grauant, & legibus onerant, iuxta illud quod Dominus in alio loco obiecit: *Alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.*

Respondens autem cultor vineæ, dicit: Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, & si quidem fecerit fructum, sin autem, in futurũ succides eam. Quod ad Grammaticam attinet, quod dicitur, & si quidem fecerit fructum, per figuram Reticentiæ, quæ à Græcis dicitur ἀποσιώπησις accipiendum est: supplendum est enim verbum, Parces illi, vel non succides illam, aut quid simile. Follio fit, ne dura terra humorem ad radicem plantæ accedere impediat, & vt ibi aqua conseruetur, quæ est alimentum plantarum: stercoratio verò ad impinguationem terræ spectat. Vt diximus, vineæ cultor, Dominus Iesus est, qui per se ipsum quarto anno venit ad colendam illam, & pro illa seruanda Deum precatus est: & per quadraginta annos, qui fluxerunt ab eius morte, vsque ad excidium sub Tito, & Vespasiano, obtinuit vt expectaretur an resipisceret, & Fidem Iesu amplecteretur. Fodit autem iuxta illam Dominus, prædicando hominis infirmitatem, & Legis ad iustificandũ imbecillitatem, vt ita humiliatus ille populus, & sub Romanis Imperatoribus subiectus, inse ipso quasi fossam efficeret, in quã pluuia Diuinæ gratiæ reciperetur. Misit etiam stercora, vt agnoscerent Iudæi, quod vt ficus ex se nõ producit fructus, nisi aliena stercoris virtute adiuta fuerit, ita ipsi minimè fructum fidei, aut iustitiæ ederent, nisi Iesu, tanquam vero Messiæ adhærerent, quem ipsi contemptũ, ac despicabilem, nouissimumq; virorũ instar stercoris, quod pedibus conculcatur, & dum viueret, & post mortẽ habuerunt. Adeò vt quemadmodum palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, ita nemo ex Iudęis fructum bonũ edere posset, nisi à Domino Iesu, quem pro stercore Iudæi cõculcarunt, & extra portã (vt fieri solet de stercore) eiecerunt, virtutẽ fructificandi acceperit. Quia verò nec illo quarto anno fructum vllum protulerunt, Dominus illud præscíens maledixit ficui, quæ cõtinuò aruit, & succisa est, neque vltra in æternum feret fructũ Synagoga. Quia lex non tantũ Christo moriẽte mortua est, sed etiam paullo post mortifera reddita: adeo, vt Iudæus, nisi Christo sit insitus, amplius ferre fructum non valeat. Securis autem, qua succisa est ficus Iudaica, siue cultus Iudæorum, exercitus Romanorum sub Tito fuit, qui templum euertit, Ciuitatem destruxit, & illos in vniuersum mundum, in argumẽtum Diuinę iustitiæ punientis, exterminauit atque dispersit: exceptis tamen paucis ramis, siue surculis inserendis

Id, Etsi quidẽ fecerit fructum: sin autem.

Follio quid fiat.

Cur stercorentur agri.

Iudæorum synagogam ceu vineam Domini eius cultor Christus quando circumfodecit, eam stercorarit, impinguarit.

Iudæi Iesum qualẽ habuerint. *Isa. 53.*

Ioan. 15.

Heb. 13.

Matth. 21.

Synagoga quando fructificabit. *Rom. 11.*

Qua securi ficus Synagogæ fuerit succisa.

Gentibus accommodatis, qui pinguedinem luxuriantis in folia arboris, in bonos fructus conuerterunt. Atque in hunc modum parabola explicanda est, vt scopo proposito ad literam respondeat.

Israël vinea, ac ficus ista plantata: quorum typum gerere videatur.

Porrò cum vinea ista Israël symbolum esset Ecclesiæ Christi, ita etiam illa ficus, quæ maiores Iudæorum adumbrabat, typus erat pastorum, atque eorum omnium, quorum est Ecclesiam regere, & pascere, siue sint sacerdotes, siue Episcopi, siue Pontifices Romani, siue Reges, & Principes Christiani, siue alij quocunque nomine gaudeant, curã animarum, & Christianæ plebis habentes: tales enim comparatione inferiorũ, non secus se habent, atque ficus ad vineam. Quòd si illi expectati per triennium, vt fructum ederent, quem tamen minimè ediderunt, tale experti sunt Dei iudicium, vt succiderentur, & administratione spoliarentur: quam graue, & acerbum nostros maneat ecclesiarum gubernatores iudicium, eos inquam, qui præter folia, & externam quandam laruam religionis, & speciem virtutis, nihil præterea maius habent alijs, quod ipsis cogitandum relinquo. Quòd si hæc parabola ad vniuersos peccatores extendatur, siue olim in Lege, siue nunc in Euangelio viuentes, dicendum est, quemuis nostrum ficum quandam esse in Ecclesia Dei plantatam ad bonos, & dulces fructus bonorum operum edendos: quos si nostro vitio non proferimus, post longam tamen Dei benignitatem & patientiam per mortem succidemur, & in æternum gehẽnæ ignem proijciemur. Nam si diligenter naturam ficus perpendas, in primis inuenies, ficum dulciorem cæteris fructũ producere: ita olim Iudæus, nunc vero Christianus ad perfectiora, ac ob id gratiora, & dulciora religionis opera præstanda lege tenetur. Vnde apud Hieremiam ait Dominus: *Quid tu vides, Hieremia? Et dixi, Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ.* Christiani enim, qui nomini suo respondent, sunt intus, & foris boni, & sibi, & proximo boni: qui verò à nomine, & professione sua longè discedunt, sunt ficus pessimæ intus, & foris, sibique non minus, quam proximis. Quemadmodum mulier quæ habet virum, & adulterum admittit, peior est muliere libera, & liberè pro libidine sua fornicante. Deinde ficus parum crescit in altitudinem, ne ficus fatua efficiatur, sed humorem totum ad fructus multiplicationem ascisci: quod si altitudine delectetur, efficitur ficus, quæ Latinè dicitur celsa, siue fatua. Ad hunc modum pius non curat altitudinẽ seculi huius, aut dignitates, timens ne per ambitionem infatuetur, & ad nihil vtilis sit; operam autem omnem ponit in fœcunditate fructuum, & virtutum comparandarum. Nisi quod interdum eiusmodi arbores fatuæ seruiunt, vt qui statura pusilli sint, id est, humiles, & simplices, qualis erat Zachæus, profectu quodam meritorum ascendant super tales arbores, vt inde possint spectare Dominum Iesum transeuntem. Tertiò ficus pro floribus reddit fructus, id est, grossos, quibus deinde succedunt maturæ & dulces ficus: ita iustus hic primum fructus profert bonorum operũ, quo odore, & suauitate delectatur, & spem concipit futuræ in æterna vita felicitatis: ita vt cum Propheta Michæa dicat: *Præcoquas ficus desiderauit anima mea*: quia qui præcoquas habet in hac vita, habebit & in futura dulcedinem beatitudinis, quæ illas consequitur. Hinc Sapientia ait: *Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis.* Cum enim vineæ florent, reddunt odorem suauem, qui fructus quidam est: & flores nostri debent esse fructus honoris, & honestatis, post quos maturiora opera expectãtur quasi fructus. Quartò, ex latitudine ramorum, & foliorum, vmbram suauẽ, & desiderabilem efficit: ita iustus suæ orationis vmbra, correctionis, & eleemosynæ alios protegere solet. Quintò, ficus hoc habet; vt in alterius speciei arborem inseri nequeat, ob eximiam eius dulcedinem, quam non potest deserere: ita iustus alteri non nititur, neque fidit, nisi tantùm diuinæ bonitati, & dulcissimæ misericordiæ. Postremò, ficus decorticata crescit, & fructum non reddit: & iustus homo virtutis exemplo exterius spoliatus fructum aliquem bonum edere nequit. Nam mala opera ex malo corde proficiscuntur: quẽadmodũ bonus homo de thesauro suo profert bona.

Ad omnes, siue olim in Lege, siue nunc in Euãgelio viuẽtes hanc parabolam spectare.

Ficus proprietates quibus applicentur.

Hierem. 24.

Ficus optimè apud Hieremiã, & ficus pessimę, quid denotent.

Secunda proprietas.

Ficus fatuæ quæ appellantur, cui possint viui esse.

Luc. 19.

Tertia ficus proprietas.

Cant. 2.

Micha. 7.

Eccles. 24.

Flores nostri quales debeant esse.

Quarta proprietas.

Quinta.

Sexta ac postrema proprietas.

Mala opera vnde proficiscantur.

Matth. 13.

13

Ad vineam animę nostrę vt quærat fructum ex ea, quando veniat Christus

Vineæ Ecclesiæ cultor post Christũ, quisnam sit.

Dan. 10.

Quid Trienniũ expectati fructus in ficulnea signi ficet.

Ficulnea quid, & quomodo fucci ditur.

Ioan. 9.

Terram occupet quis.

1. *Cor.* 7.

Fructũ à nobis Deus quẽ quærat.

Hanc arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, id est, in Ecclesia, vt magis eã diligeret: & venit quærens fructum ex ea, quando visitat nos per verbum Dei, siue per beneficia cõmunicata, vel per flagella inflicta, vel denique per bonum seruorum Dei exẽplum. Cùmque nihil fructus inueniat, dicit patersfamilias ad cultorem vineæ, siue vinitorem, qui in vniuersam quidẽ Ecclesiam Pontifex Romanus est Christi Vicarius, qui toti vineæ præest; peculiaris verò cuiusuis Ecclesiæ Episcopus est: quemadmodum inter Angelos Michael toti Ecclesiæ præest, vt olim Synagogæ: cuiuis autem priuato Angelus custos præficitur, cui cultura singuli cuiusque hominis à Deo credita est. Ad hos ergo vineæ cultores, siue Angeli sint, siue Episcopi, Dominus vineæ loquitur: *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio.* Tres isti anni commodè intelligi possunt, Pueritia, in qua incipit vsus rationis; Adolescentia, siue Iuuentus, in qua & corpore, & animo progredimur; & Virilis ætas, in qua est perfectio; quartus verò annus, Senectus est, quam neque mihi, neque alijs polliceri audeo, etiamsi in illo est locus adhuc ferendi fructus. Ait ergo: *Succide illam: vt quid etiam terrãm occupat?* Succiditur homo per mortem, quæ tanquam securis ad radicem arboris posita est: post mortem verò venit nox, in qua nemo potest operari. Terram etiam occupat, & tanquam telluris inutile pondus iudicandus, qui nullum virtutis fructum in ea vocatione, in qua vocatus est, producit, imò suo malo exemplo cæteros à fructu proferendo, quantum ad se spectat, impedit. Fructus autem quos à quolibet nostrũm tanquã à ficu requirit Dominus, à Propheta describitur Michæa, dicente: *Indicabo tibi, ò homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium,* quo peccata nostra punientes, Diuinum præueniamus iudicium, iuxta illud Apostoli: *Si nos metipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur: & diligere misericordiam,* quę ad proximum est, quam in nobis diligit Deus, vt habeat occasionem nostri miserendi: *Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: & solicitum ambulare cum Deo tuo;* debitum latriæ, & amoris cultum illi vt supremo Domino impendendo. *At ille respondens, dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, &c.* Foditur terra peccatoris per interminationem incisionis, & terrorem, & ablationem terreni amoris, & ita fit locus stillicidio gratiæ descendentis; stercoratur verò, dum peccata præterita, quæ stercus quoddam sunt, ad memoriam reuocamus, & mortem corpori instantem seriò consideramus: vnde Iob in sterquilinio testa faniem radebat. Quare Ambrosius in hunc locum scribit: *Cum ante Iob plurima perdidisset, postea quam sedit in stercore, nõ habuit quod ei diabolus posset auferre.* Sic ille. Arbor ergo rationabilis, quę vel in senectute fructum reddit, euadit succisionem, & ignem; quæ verò neque tunc fructum profert, securi, & igni adiudicatur.

Michæa 6.

Facere iudicium quid, & Diligere misericordiam.

1. *Cor.* 11.

Matth. 5.

Quid verò ambulare solicitum cum Deo suo, vt inquit Michæas.

Peccatoris anima tanquam terra, vt fodiatur, ac stercoretur,

Iob. 2.

Ambr. lib. 7 in Lucam. cc 21. *sub finẽ, tom.* 5.

14

Hæc parabola nobis domũ quæ præbeat,

Ex hac igitur parabola discè primùm contra nouas hæreses malos esse in Ecclesia Dei, siue oues, siue pastores sint, tanquam ficus infructuosas in vinea: neque fidendum esse in sola fide, nisi adsint fructus bonorũ operum. Deinde prælatos atque Angelos, qui pro nobis orant, magno honore à nobis prosequendos esse: & væ omnibus hæreticis, qui vinitorem Petrum, & Angelum spernunt, eorumque preces non postulant. Postremò agnosce Dei benignitatem, te tamdiu ad pœnitentiam expectantis; & fructum aliquem ede, quem valeat Dominus approbare, & te possit reddere dignum æterno præmio, munere ac concessu Iesu Christi Domini nostri, qui cũ Patre, & Spiritu sancto perpetuo

petuo viuit, & regnat felicissimè, in seculis sempiternis, Amen.

TRACTATVS. XXII.

De parabola illa: Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, &c. de qua tantùm Luc. Cap. 14.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos, Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere, &c.

In primis aduertendum est, præsentem parabolam desumptam esse ex libro Prouerbiorum, nam cap. 25. dicitur: *Ne glorioſus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne steteris: Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc, quam vt humilieris coram principe, quem viderunt oculi tui.* Ad huius prouerbij formam instituta est à Domino præsens parabola: cuius scopum ex his quæ præcedunt, facile est apprehendere. Nam cum Dominus inuitatus esset à quodam Pharisæorũ principe ad prandium, neque ille ad eum venire renuerit, vt symbolum solueret, doctrinam salutarem sparsit, qua eos ab immoderato affectu ambiendi primas cathedras, & primas sedes, hoc est, vt à superbia auocaret, & ad humilitatis virtutem amplectendam persuaderet. Et ita ait Textus: Dicebat ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent. Qua in re melius & salubriùs eos obseruauit qui se obseruabant: nam præcedit, intrasse in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et post conuiuiũ corporale instruit ipse spirituale conuiuiũ, scilicet Sabbato dignum: & post sanatũ hydropicum, ad eos sanandos, qui maioribus morbis oppressi detinebantur, accedit.

1 Vnde hæc fuerit assumpta parabola.

Ad quid instituta.

Salutaris Christi homines se obseruantes obseruandi ratio.

Et perpende, quòd Dominus intendit, quomodo primos accubitus eligerent, non tantum oculis Diuinitatis, sed etiam externis corporis considerauit, quo ansam caperet salutarem doctrinã spargendi, & præsentanea & cœlestia pharmaca applicandi. Deinde attende diligenter, quod non ait, *intendens*, quomodo in primis recubitibus sederent, *sed quia primos accubitus eligerent*: periculũ enim est in eligendo, siue affectando, non ita in sedendo. Multi enim supremum locũ à fastu alienissimi occupant: multi infimo loco sedent, qui sibi, & meritis suis vix sufficere putant, vel honestissimũ, & primariũ locum. Idem etiam scopus parabolæ elicitur ex epiparabola, siue conclusione: concludit enim: *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur.* Postquam autem hac parabola docuit secũ inuitatos, voluit & inuitantem peculiari doctrina instruere, quo auaritiã fugiat, & eleemosynis incumbat, vt quos maximè expediat inuitare ad prandium, siue cœnam, intelligamus, atque hac ratio, ne quisque doctrinam habeat, & qui inuitat, benè inuitandi, & inuitatus documentum vtiliter, & cum fructu ad conuiuium accedendi; vt vndique plena sit, & perfecta hæc Christi de conuiuijs doctrina. Vide quam longe fuerit Dominus Iesus ab omni adulãdi, vel assentandi specie; quod vitium etsi omnibus in genere fugiendum sit, ijs maximè vitio verti debet, quorum interest impijs suas impietates exprobrare. *Væ*, inquit Propheta, *qui consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiẽdas animas*, id est, illis, qui vel verbo verentur homines offendere, sed semper loqui placentia, iuxta alium Prophetam. Hinc Paulus Thessalonicensibus scribens ita loquitur. *Non quasi hominibus placens, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim* (inquit) *aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ,*

2 Quare Christus in Phatisæos primos accubitus eligentes intenderet.

Primos accubitus eligere, & in primis recubitibus sedere, quid differant.

Pharisæo se inuitanti Dominus qualq; symbolũ persoluerit.

Christus ab omni adulandi specie quã fuerit alienus.

Ezech. 13. Cõsuat quis puluillos sub omni cubito manus, vt dixit Ezechiel. *Isa.* 30.

1. *Thes.* 2.

B. Apostolus Paulus ab assentandi vitio & ipse quantum abhorreret.

auaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à nobis neque ab alijs. Hæc ideò attulimus, quo tantam libertatem arguendi Pharisæos in Christo videamus, vt tam publicè, quam priuatim nolit ad eorum improbos mores conniuere.

3 Cortex parabolæ propositæ de inuitato ad nuptias, & de loco conuiuij.

Deinde aduertendum, literæ corticẽ, moralem, ac per se honestam, ac ciuilem doctrinam tradere: non enim cum honestate, aut virtute coniunctum est, vt quisquam inuitatus in primum locũ irrumpat, illumque occupet: illud enim vel Philosophi vitiosum, & ambitiosum agnoscerent, qui regulas modestiæ vobis scripto tradiderunt. Verùm etsi hæc vera sint, tamen loco parabolæ à Christo introducuntur celsiora, & maiora mysteria, quam ipse cortex prima facie polliceatur. Nec enim ad literam hæc ita possunt intelligi, vt quisque nouissimum locum occupare possit: nam si semel sit ab aliquo occupatus, alij frustra occupare conarentur, & iam non minus pugna esset, nec minor ambitio in vltimo loco occupando, quam in primo: quemadmodum in publicis supplicationibus interdum contingit. Nam cum locus postremus vt honorabilior habeatur, iam multi pro eo, non quia vltimus sit, sed quia dignior, & honorificentior, contendunt. Et sic occupare vltimum locum, superbiæ esset, nõ humilitatis: sicut eum occupare eo animo, vt deinceps ab alio exaltatus, magis apud homines glorificetur. Nec puto quod Christus ita domi faceret, quia discipulos ambulando præcedebat, & grauitatem magnã præseferebat: & inuitatus ab alijs nõ se intrudebat in vltimum locũ, nec pro eo certabat, sed modestè locum sibi assignatum occupabat: & vbi non esset assignatus, modestiæ, & humilitatis gratia ad vltimum locum, vel illi proximum occupandum accedebat.

Apud Christianos modo quis locus tanquam dignior eligi, & affectari consueuerit.

Christi grauitas, & modestia.

4 De eligendo vltimo conuiuij loco Christi documentum quò spectet tantummodo.

Debet igitur hoc præceptum sedendi in vltimo loco, secundũ animi præparationem intelligi: nã si veniat Prælatus, & Dux aliorum, & sese in nouissimo loco ponat, in aliud vitium videtur incidere, quod est ironia, siue stoliditas: at syncero animo non ambire huiusmodi prima subsellia, & primos recubitus, modestiæ est, & humilitatis Christianæ. Ioseph enim in Aegypto post Regem, supremum locũ obtinuit, nec tamen superbiæ accusari potest, aut tanquam violator huius præcepti. Similiter Mardochæus post Assuerum principem, locum primum obtinuit, quem prius occupauerat Aman, à quo cũ rubore deiectus est, & in suspendiũ actus. Quemadmodum Daniel constitutus est à Nabuchodonosor Rege princeps super omnes prouincias: & in Euangelio humilis Matthias suffectus est in supremum locum, ex quo horrendo casu deiectus est Iudas.

Gen. 41.

Esther. 6.

Infra 7. *Dan.* 2.

Act. 1.

Etsi ergo Theophylactus hanc parabolam, tantum vt moralẽ ciuilitatis doctrinam continet, pertractet, & eò etiã Dominus spectauerit, & propterea nuptiarum meminerit, quod illa soleãt esse splendidiora, & iocundiora cõuiuia, & in illis maximè ignorari soleat, qui sint alij inuitati: tamen ignorandum nõ est, alium excellentiorem sensum sub his symbolis delitescere, quem mysticum, siue allegoricum aliqui vocant, alij etiã literalem, & magis principalẽ, vt exponit Beda, qui sub his nuptijs corporeis alias spirituales intellexit, ad quas per Euangelicam doctrinã omnes inuitantur, & per Fidem admittũtur, in quibus nemo se debet alteri præferre, sed vt inferiorem se gerere, & agnoscere. Ita enim in parabola descendentis ab Hierusalem in Hiericho descripsit modum redemptionis humanæ, & sanitatis spiritualis recuperandæ, præter scopũ præcipuũ, qui declarauit quis esset propriè proximus noster. Idem etiam in nonnullis alijs parabolis est obseruandum. Atque hæc pauca de litera & scopo dicta sint.

5 Moralis propositæ parabolæ intellectus. Theophylacti.

Beda lib. 4. *in Luc. cap.* 59. *tom.* 5. Potior eius intelligentia ab alijs interpretibus assignatur. *Luc.* 10.

Iam animus, siue medulla huius parabolæ explicanda venit. *Cum inuitatus*, inquit, *fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco.* Videtur hæc parabola primò petere dæmonem, deinde Adamũ, tertiò quemuis, siue dæmonis, siue Adæ discipulum, & in superbia imitatorem. Sunt enim nuptiæ multiplices, sed in

6 Eiusdem parabolæ medulla.

Nuptiæ Agni quænam illæ sint. *Apoc.19.*

sed in primis illæ nuptiæ Agni cū sponsa in vita æterna, alijs omnibus præstāt, de quibus dicitur in Apocalypsi: *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido.* Et infra: *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* Omne enim bonum, quod animalis homo putat sensum oblectare, in nuptijs inuenitur: nam ibi sunt multa pulchra, quæ oculis satisfaciunt; ibi musica, & chorea tripudians, & delectans; ibi suffitus, & aromatum odores fragrantissimi; ibi exquisiti, & lauti cibi præparantur, & vina nobilitate præstantia, ibi denique omnia quæ tā mirificè oblectent. Primus locus in his nuptijs propriè spectat ad Christū sponsum, *Hæredem vniuersorum, & primogenitum omnis creaturæ, & quem Deus dedit caput super omnem Ecclesiam, & supra omnem principatum, & potestatem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.* Ad has nuptias dæmon inuitatus, magna temeritate, & impudentia in primum locum irrumpere voluit, de quo sub typo regis Babylonis Propheta loquitur, vel potiùs inducit loquentem: *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo:* & quasi iam sedisset, & locum occupasset, dicebat: *Deus ego sum, & ego feci memetipsum:* non solum locū vsurpare tentauit, sed etiam intelligens in eum locum alium venturum, tentabat illi se opponere, & illum occidere, quia *Ille homicida erat ab initio. Et astitit Satan à dextris Iesu sacerdotis magni, vt aduersaretur ei.* Sed tandem venit honoratior illo Christus Deus, & homo; qui vt homo ab æterno prædestinatus fuerat, vt illum locum possideret, & cū imperio per se, & per Michaëlem cum exercitu suo præliantem, dictum est Satanæ: *Da huic locum: Quis enim sicut Dominus Deus noster?* Proinde de loco eiectus est, & cœpit cum rubore nouissimum locum tenere: quia vt Isaias postdicta verba subiunxit: *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram qui vulnerabas gentes?* & infra: *Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci:* factus est scabellū pedum Christi. Post prælium etiam à Ioanne descriptum in Apocalypsi, & victoriam partam per Michaelem, dicitur, Angelos cecinisse: *Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum &c.* Et ita hæc prior parabolæ pars primo locū habet in dæmone.

Nuptiarum Agni cœlestium felicitas.

In his nuptijs primum conuiuij locum quis teneat. *Heb. 1. Eccle. 24. Ephes. 1. Colos. 2. Infra 3.*

Eum conuiuij locum Lucifer quomodo affectauit *Isa. 14.*

Ezech. 28.

Ioan. 8. Zacha. 3.

Apoc. 12. Psal. 112.

Isa. 14.

In quem nouissimū conuiuij locum fuerit detrusus Lucifer ille infelix. *Apoc. 12.*

7

Adam & in primo conuiuij loco sedere voluit quādo.

Gene. 3

Nouissimum verò cum rubore locum vbi tenuit, vel inuitus. *Ibidem.*

Psal. 43.

Exod. 5. Dan. 4.

Principē locum in conuiuio, qui videantur affectare, & quid tandem assequantur.

Propria pœna hominis.

Psal. 51.

8

Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco; vt cùm venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Videtur his verbis Dominus suis seipsum coloribus depingere: nam & ipse quoque ad nuptias inuitatus, videtur vltimum locum occupasse; quia natus in præsepi, per incarnationem exinanitus, in vita non habuit vbi caput suum reclinaret, & inter Apostolos erat tanquam minister. *Et surgens à cœna, & præcingens se linteo, lauit pedes discipulorum suorum, & in morte factus est vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis,* de quo Propheta dixit: *Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderabimus eum: despectum, & nouissimum virorū, virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Vnde dictum est illi, *Amice,* (in quo nempe mihi benè complacui, & per quem, & propter quē omnes ad gratiam, & gloriam diligere decreui) *ascende superius,* nempe resurgendo à morte, & ascendendo in cœlum, & sedendo à dextris virtutis Dei, hoc est, occupando primum locum conuiuij, de quo Apostolus, *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Et tunc fuit illi magna gloria coram simul discumbentibus: quoniam à Deo Patre, & Angelis, & Beatis omnibus summè glorificatus est, & in terris, vt Messias, & verus Filius Dei omnium ore laudatus, & exaltatus. Nam vt ait Paulus, *Donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

In vltimo cōuiuij loco quando sedet Christus. *Luc. 2. Philip. 2. Luc. 9. Infra 22. Ioan. 13. Psalm. 21. Esaiæ 53.*

Quando dictum fuerit Christo, Amice, ascende superius, primū; conuiuij locum occupauerit. *Matth. 3. & infra 17. Marc. vlt.*

Philip. 2.

9

Et pulchrè dixit: *Erit tibi gloria coram simul discumbentibus*: nam procul dubio turpe est enim, cùm quis seipsum commendat. Si quis ergo honor futurus est tibi, non à teipso, sed ab alijs debes laudari: *quia laus in ore proprio vilescit,* & Spiritus sanctus; *Laudet te alienus, & nō os tuum: extraneus, & non labia tua.* Neq; hoc dicit Dominus, vt doceat quo pacto homines sibi gloriam comparent, cum sermonem hunc attulerit aduersùs eos, qui primos accubitus eligebant: sed vt moneat eos, qui Euāgelicam doctrinam sequuntur, quæ humilitatem, & honorum fugam docet, multo futuros honoratiores ijs, qui ista ambiunt.

A quo quis laudandus. *2. Cor. 10.*

Prouer. 27.

Euangelium quid doceat & suadeat.

Similem vitæ cursum tenuit sanctissima Virgo, quæ seipsam deprimens, submisseque de se sentiens, locum matris Filij Dei, vel Messiæ non ambiuit, neque rapuit, sed oblatum à Deo, ex obedientia acceptauit, permanens in cōfessione suę tenuitatis, & humilitatis, & libera voce se ancillam vocans: ob quā insignem humiliationem, & sui ipsius submissionem digna facta est, quæ lateri Christi assistat, vt humilitatis merito illi proximo, de qua Propheta; *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate:* Et Ecclesia de illa cantat: *Exaltata es, sancta Dei genitrix, super omnes choros Angelorum ad cœlestia regna.* Præterea B. Ioannes Baptista inuitatus & ipse ad nuptias, recubuit in vltimo loco, dum se Christo subiecit, & indignum qui calceamenta eius portaret professus est, & se vocem vocauit: & populo existimāte quod ipse esset Christus, recusauit tātum honorem, vt sibi minimè competentem, & confessus est, *Quia non sum ego Christus.* Ob quod humilitatis meritum à Domino pronuntiatum est: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Et si quid dandum est coniecturis, in locum, & sedem Luciferi, quam si perstitisset, assequutus fuisset, assumptus est: nam vt Lucifer locū primum Christo debitum superbè ambierat, nec illum comparare potuerat, ita beatus Ioannes, qui tantum honorē sibi à populo oblatum recusare voluit, dignus fuit qui ad sedem Luciferi, id est, primi Angeli promoueretur. Ità ferè

10

Maria Virgo vltimo in cōuiuij loco quādo sedit, ac deinceps in primo. *Luc. 1.*

Psal. 44.

Vltimū item conuiuij locum quē tenuit Ioannes Baptista, idēque primum obtinuit. *Matt. 3. Ioan 1.*

Matth. 11.

multitudine diuitiarum suarum; & præualuit in vanitate sua. Ideò primò pœna qua punitus est Adam fuit erubescentia, & derisio Dei ironicè dicentis; *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum:* & in iudicio generali ignominiosissima cōfusione omnes damnati afficientur, antequam in infernum detrudantur.

Gen. 3.

iustorum, & sanctorũ iustitia, & sanctitas vnde pendeat.

dum est iudicium de reliquis iustis, & sanctis, quorum iustitia, & sanctitas sine humilitatis virtute nulla est. Debetque vnusquisque nouissimum locũ arripere: quod faciet, si cum Paulo inter peccatores primum se existimet; inter sanctos verò minimum. Nam Apostolus dixit, *Christum Iesum venisse in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorum* (ait) *primus ego sum.* Et alibi; *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hac, &c.* Sic enim vnusquisq; occupare potest vltimum locum, submisse de se sentiendo, vt dignus sit, cui aliquando dicatur: *Amice, ascende superius*, cùm dicit: *Venite benedicti Patris mei possidete paratũ vobis regnum à constitutione mundi.* Tales enim, veri amici sunt Christi, qui in humilitatis & modestiæ virtute progressus magnos faciunt, & veluti plantæ radices profundas agunt, vt possint in altum surgere.

1. *Tim.* 2.

Ephes. 3.

Quomodo vltimũ sibi petat locum occupare valeat quis.

Matth. 25.

Veri amici Christi qui.

11

Et concludit parabolam Dominus: *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Quod sic intellige: Etiamsi nemo sit honoratior inuitatus, superbia tamen illa, qua locus superior in domo alterius occupatur, digna nota est, atque ab his qui id vident, superbus habetur. Sed non hoc tantum respexit Christus, sed ad exaltationem, & tumorem coram Deo, quem sequitur confusio; sicut humiliationem sequitur Dei exaltatio. Sed dices: Quid si postremus locus ab alio priusquam ego venio, occupetur? nunquid pro eo habendo debeo cum alio certare? Respondeo, nequaquam, quia vt ait B. Basilius, non minus ordinem, & pacem perturbat, & ambitiosum est certare pro vltimo loco, atque pro primo. Dices; Quomodo sedebo in vltimo loco iam occupato? Respondeo: Potes corde sedere, te inferiorem, & viliorem cæteris existimando, vt docet Autor operis imperfecti in Matthæum, super illud *Amant primos recubitus in cœnis: Quanti*, inquit, *sunt superbi, qui corpore quidem in nouissimo recumbunt, cordis autem elatione videntur sibi in cornu recumbere? Et quanti sunt humiles in cornu recumbentes, & conscientia se existimant in vltimo esse?* & infrà: *Non tantum curat Deus, vbi corpus hominis iaceat, sed in qua parte mens conscientiæ sit collocata. Ergo quod iubet nobis in vltimo loco Dominus recumbere, non solum sic iubet, vt corpore in nouissimo iaceamus, sed etiam animo, vt nouissimos nos esse omnium iudicemus. Nam sine causa loco se humiliat, qui corde se præfert. Vnde non vituperat eos, qui primo loco recumbunt, sed eos qui amant primos discubitus, ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum.* Hæc ille. Non ergo Deus vbi iaceat corpus, curat, sed quantum animo sibi quisque tribuat, aut tribuendum ab alijs putet: qua ratione possunt omnes, qui mensæ accumbunt, etiam ille, qui primum locum sedendo occupat; vltimum locum tenere, maiorem se in peccato, & minorẽ in sanctitate existimãdo. Quod etiam ipse Rex, & Papa de se, si sapit, cogitare debet: alias Principes laici, vel Ecclesiastici, quos; cæteris decet modestia & humilitas Christiana, numquam hoc Christi præceptum implerent, imò neque implere possent. Propterea debent, qui summos gradus in Ecclesia administrant, (cũ tanto honore eos populus prosequatur, vt etiam pedes eorũ reuerenter osculetur) totum hunc honorem in Christum, cuius locum sustinent, referre, atque refundere; vt ita locum habeat præceptum obtinendi vltimum locum. Quod si qui sint, qui corpore vltimum locum possideãt, animo verò cogitant honorabiliora loca ad se spectare, & se præ omnibus digniores esse primo loco; illi profecto superbi sunt, & vbicunque iaceant corpora, animo tamen occupant primum locum: quemadmodum etiam ille, qui paribus, siue æqualibus non cedit, inferioribus autem verbis cedit, & inuitat ad superiorẽ locũ: quod sciat illos locũ oblatũ non accepturos, profectò superbus est, & primi loci ambitiosus, & tenax. De Aristippo Philosopho scriptũ est, quòd cũ á Dionysio tyranno inuitatus, mẽsæ postremus recũberet, dixerit: Voluisti, ò Rex, honorare vltimũ locũ: quo verbo non obscurè indicauit, alium locũ magis honorificum sibi debitum fuisse.

Frustra loco humiliet se quis.

Vltimũ conuiuij locum quis teneat apud Deum.

Principes Ecclesiastici, clerici & religiosi hoc Domini præceptũ, & sapiẽt, quomodo obseruabunt.

Vltimũ sortiti cõuiuij locum, qui teneant tamen primum.

Exemplũ in Aristippo Philosopho.

Dices,

12

Obijcienti difficultatem habẽdi se inferiorẽ alijs, diuinus quid respondeat Bernardus.

Berna. serm. 37. in Cant. sub finem.

Psal. 17.

Iob. 22.

Eccles. 9.

Animæ nihil obesse quantumlibet sui humiliationẽ, bene tamen vel minimam sui erectionem, exemplo docet eleganti Bernardus.

Psal. 76.

Dices, Videtur durum esse præceptũ, vt me cæteris inferiorem habeam: imò profectò tranquillum est, & suaue. Scribit enim Bernardus in Cantica, *Si in quo nam statu vnumquenque nostrum habeat Deus, liquido cognoscemus, nec supra sanè, nec infra secedere deberemus, veritati in omnibus ac quiescentes. Nunc autẽ quia consilium hoc posuit tenebras latibulum suum, & sermo absconditus est à nobis, ita vt nemo sciat si dignus sit amore, vel odio, iustius, tutiusque profectò iuxta ipsius veritatis consilium nouissimum nobis locum eligimus, de quo postmodum cum honore superius educamur, quàm præsumimus altiorem, vnde cedere mox oporteat cum rubore. Non est ergo periculum; quantumcunque te humilies, quantumcunque reputes minorem quam sis, hoc est, quàm te veritas habeat. Est autem grande malum, horrendumque periculum, si vel modice, plus vero te extollas, si vel vni, videlicet in tua cogitatione, te præferas, quem fortè parem tibi veritas iudicat, aut etiam superiorem. Quemadmodum enim si per ostium transeas, cuius superliminare* (vt ad intelligentiam loquar) *nimium bassum sit, non nocet quantumcunque te inclinaueris, nocet autem, si vel transuersi digiti spatio plusquam ostij patitur mensura, erexeris, ita vt impingas, & capite quassato collidaris: sic in anima non est planè timenda quantalibet humiliatio; horrenda autem, nimiumque pauenda vel minima temeritate præsumpta erectio. Quamobrem noli te, homo, comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid scis enim ô homo, si vnus ille, quem forte omnium vilissimum atque miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam, ac singulariter fœdissimam horres, & propterea illum putas spernendum, non modò præte, qui fortè iam sobriè, & iustè, & piè viuere te confidis, sed etiam præ cæteris omnibus sceleratis, tanquam omnium sceleratissimũ: quid scis, inquam, si melior & te, & illis mutatione dextera Excelsi in se quidem futurus sit, in Deo vero iam sit? Et propterea nõ mediocrem, non vel penultimum, non ipsum saltem inter nouissimos eligere locũ voluit, sed recumbe, inquit, in nouissimo loco, vt solus videlicet omnium nouissimus sedeas, teq; nemini non dico præponas, sed nec comparare præsumas.* Hactenus Bernardus, egregie quidem. Et pulchrè Christus Dominus filios Zebedæi affectãtes prima loca in Regno Dei, repressit, dicendo: *Nescitis quid petatis*, id est, ignoratio vestri ipsorum in causa est huius superbiæ, & temerariæ petitionis: sed instruxit eos, & ad Calicem suum bibendum exhortatus est, in quo potando, experientia discerent prima subsellia Regni Dei non nisi humilibus, & de se submisse sentientibus contingere posse. Et hactenus prosequuti sumus sensum magis communem huius parabolæ. Potest tamen, & ad alias multas nuptias, & conuiuia, ad quæ homines inuitantur, extẽdi. Sunt enim nuptiæ Filij Dei cum natura humana in thalamo Virginis, ad quas credendas omnes qui sunt in Ecclesia militãte vocati sunt: in quibus ille vsurpat primum locum, qui in locũ Petri, qui supremus est in Ecclesia, nõ canonicè, neque per ostium intrat, sed aliunde: hoc est, potestatem pascẽdi verbo Dei Ecclesiam, & sacras Scripturas interpretandi melius quã omnes Pontifices Romani, aut vlli veteres Patres, aut vlla Concilia, etiamsi sint generalia, sibi arroganter vsurpat. Hoc enim proprie est velle occupare primum locum, quod ferè omnes hæresiarchæ faciunt. Qui item illam supremam dignitatem sibi impudenter assumere non sunt veriti, quemadmodum nostro seculo Rex Angliæ se sub Christo immediatum caput Ecclesiæ Anglicanæ profiteri non est veritus. Quicunque etiam sedem B. Petri desiderio ambitioso, vel tantùm cordis sui affectu, vel se cæteris omnibus præstantiores ad illud munus administrandum existimant; profectò inter eos censendi sunt, qui in primum locum conuiuij irruunt: quanquam peiores multo sunt, qui cordis sui affectũ verbis, aut factis exprimere non formidant. Præterea omnes illi, qui ad dignitates, & prælaturas Ecclesiasticas se ipsos cæteris præferunt, & fauore humano, aut pecunia, aut sanguinis ratione ad illas peruenire contendunt,

Matth. 20. Quid est illud ad filios Zebedæi, nescitis quid petatis.

Ad alias nuptias, & conuiuia præsens parabola vt possit accommodari.

Primos in Ecclesia recubitus ambientiũ quatuor genera, *Ioan.* 10.

Secundum exemplũm.

Tertium exemplum.

Quartum exemplum.

& nullum non mouent lapidem, quo ad illas ascendant, profectò ex illis sunt, qui locum primum occupant: quales olim fuerunt Filij Zebedæi, & quales fuerunt Pharisæi, de quibus Dominus: *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis.* Desunt modo in Ecclesia Catholica, qui ambitiosis, & volentibus sedere in primis locis, dicant, *Da huic locum:* & qui humilibus, & minimè se ingerentibus, submisseq; de se sentientibus dicant, *Amice, ascende superiùs:* quanquam olim multi non defuerint, qui hoc officium egregiè præstiterint, & superbis, atque ambitiosis se opposuerint, & humiles, & pios exaltauerint. Ita enim Gregorius Magnus, & Ambrosius Mediolanensis, per vim quodammodo, & nolētes assumpti sunt ad sedes suas, atque adeo Deo per signa indicante probari sibi eorum electionem. Et ita Lyranus hanc parabolam de electione ad dignitatem Ecclesiasticam, ad quam nemo se debet ingerere, verum se alijs inferiorem, minusque idoneum existimare, intelligendam putat: alioquin inuitator Deus, à quo est omnis potestas, deijciet eum à primo loco (est enim in Ecclesia sua primus locus Episcopi) vel deponendo eum à gradu, vel mortē subitā infligendo, vel, quod peius est, sententia æternę gehennę condemnando.

Matth. 20.

Infra 23.

Quibus dictum a Christo: Amice, ascende superius.

Lyranus in Lucam.

Rom. 13.

13 Honoratior in Ecclesia quis.

Honoratior autem est, qui vitæ sanctitate, vel scientia, vel ætate, ac meritorum dignitate præcellit: cui, nisi esset philautia, omnes cedere deberent. Sed modo magna est confusio, & impletur illud quod dicitur in Ecclesiaste: *Est malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie principis* (id est) cuiusuis superioris, siue sit laicus, siue Ecclesiasticus, cuius est nominare, vel constituere Episcopos, vel Ecclesiastica alia officia conferre; *positum stultum in dignitate sublimi, & diuites* (id est, meritis, & sapientia conspicuos) *sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.* Hæc ille, Vocans seruos, eos, qui virtute animi destituti sunt, & serui sunt cupiditatum suarum; & tamen alijs præsunt,

Eccles. 10.

Serui qui in Ecclesia sint, qui principes,

& imperant. Principes vero vocat eos, qui excelso, & generoso animo suis affectibus imperant, & apti sunt, qui aliorum regimini præficiantur, & tamen sedent deorsum, & super terram ambulant, quia nullum publicum munus, sed priuatam tantùm vitam exercent.

14 Ad sacrū Eucharistiæ cōuiuium cum accedimus, cauere à primo loco vti debeamus.

Ad conuiuium etiam Eucharistię vocati, caueamus nobis à primo loco, aut cæteris nos sanctiores existimare, vel quod frequentius, vel cum maiore deuotione sensibili communicamus, sed per omnia indignos nos tanto cibo habeamus, & ex corde dicamus: *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meū.* Qui enim hoc sentit, vt dicit, dignus est fructu tanti cibi: quia *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*: & huic dicetur: *Amice, ascende superiùs.* Hoc enim non solùm digni sumus tanto cibo, quod nos illo indignos agnoscimus, & eo maximè præparatos esse, quo maximè nos imparatos esse nō ignoramus.

1. *Pet.* 5.

15 In orationis conuiuio nouissimus locus quomodo ambiendus.

Est etiam conuiuium precationis: nā dum oramus, Dei bonitatem, sapientiā, & suauia eius mysteria degustamus. Sed in hac precatione fundenda nihil de nobis superbè sapiamus, aut dignos, qui à Deo exaudiamur, nos esse existimemus, sed profunda quadam humilitate, & quasi recumbentes in nouissimo loco, supplicationes nostras Deo offeramus: quia *oratio humiliantis se, nubes penetrabit.* Hinc oratio Publicani, & oculos suos in cœlum eleuare non audentis, exaudita est; Pharisęi vero magnificè de se sentientis, atque alijs se præferētis, & laudes suas prędicātis, reiecta est, atque expulsa. Cùm igitur ad orationē publicā, siue ad officia diuina in Ecclesia conuenimus, quisque studeat sedere in vltimo loco, modestè de se, & ad sobrietatem sapiendo, vt dignus sit qui exaudiatur, neque vlla ratione alijs qui assistunt, se præferat: vel ipse sacerdos in sacrificio celebrando, ne preces eius superbiæ macula infectę à Deo reprobentur.

Eccles. 35. *Luc.* 18.

16

Præterea ad mensam, siue conuiuium sacrarum literarum, de qua mensa dicitur

Primū etiam locū quis tenebit in sacræ scripturę conuiuio.

Psal. 22.

Hæreticorū vnde cæcitas omnis sit orta.

Primū etiam locū quis tenebit in sacræ scripturę conuiuio. Propheta: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me:* inuitati, fugiamus omnem arrogantiā, & nihil nobis plus alijs omnibus tribuamus, quasi acriori ingenio prædītis, aut maiori scientiarum supellectili instructis, melius cæteris omnibus Scripturam intelligere possimus. Hinc enim hæretici omnes magna ex parte excæcati sunt, & quasi ex primo loco, quem sibi tribuebant, in vltimum cum magno rubore sunt deiecti: non tantùm quia eorum dogmata, tanquam hæretica & pestifera à Concilijs generalibus reijciuntur, sed quia ipsi hæretici, nisi resipiscant, in extremum gehennæ locum, qui iure omnibus superbis cū patre eorum diabolo præbetur, iustè detrudentur.

17 Studiū sacrarum literarū quid requirat.

2. *Cor.* 10.

Matth. 11.

Altera conditio.

Psal. 118.

Qui ergo ad sacrarum literarum lectionem accedit; Fide in primis se muniat, qua captiuet intellectum in obsequium Christi, & in vltimo loco per humilitatem sedeat, vt dignus sit, cui reuelentur Scripturarum sensus, & dicatur illi, *Amice, ascende superiùs*: quia Deus abscondit mysteria sua sapientibus, & prudentibus in oculis suis, & reuelat ea paruulis. Debet etiam preces humiles adiungere, quia sacrarum literarum lectionem accepit; & dæmonibus, eum de ingenij magnitudine efferentibus, cum Dauide dicere: *Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.*

18 Ad Deū conuersū, nouissimū conuiuij locū qui tenebunt.

Apertum im perfecti hominis signū.

Furor furorum omniū nouissimus quis.

Eccles 1.

Seruit etiam hæc parabola his, qui conuertuntur à seculari vita ad statum altioris perfectionis, qui continuò se enumerant inter perfectos, cum tamen multum salis comedere illos oporteat, & multas superare tentationes, antequam verè sint perfecti: apertumque est imperfecti hominis signum se se inter perfectos computare, quemadmodùm hæretici noui faciunt, qui Fide apprehendisse iustitiam se iactant, & se prędestinatos agnoscunt, reliquos pro iniustis, & reprobis habent. Sed certè furor est furorum omnium nouissimus, existimare quenquam se, aut prædestinatū, quod ita credat de se ipso. Quod si omnes crederent, vt credere possunt, profectò omnes essent prædestinati, & iusti, cum tamen stultorum, & impiorum infinitus sit numerus, &, vt Dominus dixit, *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Si enim numerus electorum in superna felicitate locandus, soli Deo est cognitus, vt Ecclesia tradit; quis potest vel de se ipso vel de alijs statuere quòd sit in numero electorum? Sed certè tales vt arrogantes sedent in primo loco conuiuij, & ab eo ignominiosè, & cum pudore in vltimum locum detrudētur, vt parabola ista docet.

Matth. 20. *Infra* 22.

19 Ad humilitatem adhortatio.

Demus igitur operam, vt virtutē humilitatis colamus, sine qua cæteræ virtutes Deo non placent, cui nec ipsa virginitas Matris grata extitisset, nisi humilitate ornata fuisset. Nihil nobis procliuius, quam qui pluris sumus, & terra, per modestiam nos reprimere, atque alijs propter Deum subijcere. In hac enim præcipuè eminuit pater Fidei Abraham, qui hospitum transeuntium pedes lauit, & mensæ illorum assistens ministrauit, & ad Deum dixit: *Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis.* Hanc potissimum virtutem Filius Dei consecrauit, illamque suo exemplo, & in vita & in morte nobis imitandam reliquit; sine qua Euangelica doctrina à quoquam percipi, vel opere compleri minimè potest. Propterea vt Dominus, qui tunc dignitate Filius Dei erat, vita inculpatus, doctrina verò sapientissimus, & irreprehensus, sedit tamen nostri gratia in vltimo loco conuiuij: ita & nos, qui homunculi sumus, & instar vermium per terram repentes, vitam vero, præter labem originalem, multis alijs personalibus peccatis inquinatam traducimus, & quod ad sapientiam attinet, magnis tenebris, & rerum salutarium ignoratione inuoluimur, libenter extremum locum accipiamus, quo verè dignos nos agnoscamus, nec ab eo nos facilè diuelli permittamus. Nam qui humilitatis locum deserit, coronam amittit, humilibus tantum præparatam. Hinc Dominus ait cuidā: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronā tuam.* Nisi ergo in humilitate tenuerimus nos instanter, cito subuertetur domus

Gen. 18.

Humilitatis virtutē quam topere Christus adamauerit.

Quam multis rationib. vltimus nobis conuiuij locus debeatur.

Apocal. 3.

Eccle. 22.

Eccle. 22.

Domus nostra humilitate seruanda est.

mus nostra, quam nobis meritis bonorum operum, & obedientia Diuinæ legis comparauimus: & vt eã nobis reddat pro sua immensa bonitate, humilibus, & supplicibus precibus exorandus est nobis atque inuocandus parabolæ huius autor Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto sempiternam ac felicissimam vitam degit, Amen.

TRACTATVS XXIII.

In parabolam illam: Homo quidam fecit cœnam magnum, & vocauit multos. De qua solus Lucas cap. 14.

1 Scopus parabolæ.

QVIS Sit præsentis parabolæ scopus, verba quæ paullò ante præcedunt, & quæ finem parabolæ subsequuntur, planè indicant. Nam, vt à præcedentibus exordiamur, cum Dominus eam, quæ præcedit, parabolam, qua inuitatos docuit, ne de primatu loci in conuiuijs certarent, absoluisset, continuò inuitantem instruere voluit his verbis: *Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Quum facis prandium, aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites; ne fortè te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.* Quibus verbis Dominus gratificari voluit Principi Phariseorum inuitanti, & instruere illum de modo prescindendi cupiditatem, quæ vix quicquam facit nisi oculo mercenario. Diuites enim, dum volunt hospitales videri, non vocant quos reficiant, sed à quibus rursus inuitentur ipsi, aut vnde sibi gloriam aucupentur: atque hæc quidè hospitalitatis virtus non est, sed ambitio, vel auaritia, aut vtrumque. Si enim *Diligitis eos qui vos diligunt*, ait, Christus, *quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt?* Proinde egregiè ethnicus Seneca libro de beneficijs scripsit: *Qui beneficium dedit vt reciperet, non dedit.* Et Ambrosius: *Hospitalem esse remuneraturis, affectus auaritiæ est.*

Auara, & ambitiosa inuitandi ratio, reprehensio, neq; dignissima. *Matth. 5.*

Seneca lib. 4. de Beneficijs.

Ambros. in Lucam, c. 14. tom. 5.

2 Sancti viri amicos suos, & cognatos quinam inuitauerint, teste Scriptura.

Ne verò te conturbet, quod indicauit, amicos, cognatos, & vicinos ad cõuiuia non esse vocandos: hoc enim pruderter intelligendum est: nam & pij viri interdum amicos, & consanguineos ad conuiuia vocauerunt. Nã Patriarcha Abraham grande cõuiuium fecit in die ablactationis filij sui Isaac. Laban traditurus filiam suam Liam Iacob, conuiuium præparauit, vocatis ad hoc multis amicorum turbis. Sic legimus Ioseph instruxisse conuiuium fratribus suis in Aegypto. Sic conuiuium filios Iob in orbem fecisse legimus. Et Tobias mãdat filio suo: *Vade*, inquit, *& adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum.* Tobias quoque iunior, ciuitq; sponsa nuptiale conuiuium cum timore Domini celebrauerunt.

Gene. 21. *Infra 29.* *Infra 42.* *Iob. 1.* *Tob. 2.* *Infra 9.*

3 Quid est quod Christus amicos, & cognatos ad conuiuiũ vocare nos prohibet.

Est igitur hoc Domini verbũ sic accipiendũ, vt intelligamus docere voluisse, vt in benefaciendo, nõ nos ipsos, sed proximorũ necessitates spectemus, nequaquã nos humanos, & benignos arbitrantes, si proximis nostris benefecerimus, & in eos tantùm liberales extiterimus; qui nobis possunt vicem rependere. Non tamen propterea damnauit amicos, vel fratres, vel cognatos, alendæ dilectionis gratia, conuiuijs adhibere. Conuiuia diuitibus exhibita nõ sunt ex genere suo vitæ æternæ meritoria, sicut quæ parantur pauperibus: tamen vt hęc vitiari possunt adiuncta aliqua cõditione, vt si pauperes quis inuitet ostentationis, & gloriæ suæ causſa, aut ob aliquã aliam causſam malam, vel indifferentẽ; ita illa contingit meritoria, & grata esse Deo, si, vt diximus, mutuæ alendæ charitatis gratia fiant, & nõ aliquo fine malo, vel infimo, & indifferenti vitientur. Quare Apostolus rectè dixit. *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam nõ habet, Fidem negauit, & est infideli deterior.*

Conuiuia diuitibus exhibita qua ratione Deo grata esse possint, æternoque præmio digna. *1. Tim. 5.*

Annotauit

4 *Euthym. c. 53. in Lucã.*

Quare Christus non dixerit: Quum nuptias feceris, sed, Cùm prandium feceris, aut cœnam.

Annotauit Euthymius, *Dominum nõ dixisse, Quum nuptias feceris, sed, Cùm prandium feceris, aut cœnam. In nuptijs enim necessarium est, amicos, & fratres, & cognatos, & vicinos diuites inuitare ad honorem nuptiarum.* Hæc ille. Sed tantum ne misericordiam, & gratiam id esse arbitremur, vt putabant Pharisæi: cõtra quos agit Dominus. Hic enim locus non dissimilis est illi, qui habetur apud Matthæum: *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis: nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt?* Vt enim in his verbis non excludit dilectionem amicorum, aut salutationem fratrum, sed tantùm nudam dilectionem, & salutationem amicorum, & fratrum, excluſa dilectione inimicorum, & salutatione alienigenarum: ita hic Dominus non damnat, ad conuiuia nostra amicos accersiri, & cognatos, sed tantum eos, qui putant ad salutem satis esse, etiamsi pauperes, & egentes nunquam accersant, neq; illis vnquam benefaciant.

Qua ratione Dominus diligere nos diligentes, & saltare salutãtes, Christus docuit carere mercede apud Deum.

Matth. 5.

5 Habere in infinitiuo apud Græcos quid significet.

Ideò verbum, *Noli vocare*, consilium potiùs est, quam præceptum, quo suggerit, quomodò maiori cum fructu, & vtilitate nostra præparemus conuiuia, ad quæ communiter vocantur amici, cognati, & diuites aut vicini; ne quando vicissim te reinuitent, & fiat tibi retributio in hac vita, & amittas vitæ æternæ mercedem: sed pauperes voca, qui non habent, id est, nõ possunt retribuere tibi (Habere enim in infinitiuo significat posse apud Græcos) retribuetur enim suo tempore melius, quã à quoquam hic possit vel amico, vel diuite retribui. Quæ doctrina Domini longè diuersa est à mundi sapientia, quæ suadet pauperes negligere, diuites amplecti, & fouere. Quod verò Dominus ait: *Retribuetur tibi in resurrectione iustorum*, non significat, impios in die illo non resurrecturos, cũ apertè asserat Paulus: *Omnes quidem resurgemus*; scilicet à morte corporis, sed loquitur de resurrectione ad vitam æternam, quæ propriè iustorũ resurrectio dicitur, & ab hac excludit impios Dauid, cum dicit: *Non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum.* Et ad hunc sensum dixit quartus fratrum Machabæorum Regi Antiocho: *Tibi resurrectio ad vitam non erit.* Nam cum surgere, sit ad vitã redire, vita autem damnatorũ potius mors sit, quam vita, consequitur, non malè, neque falsò secundum hunc intellectum dici posse impios nõ resurgere. Dominus tamẽ distinctè & apertè inter vtrãq; resurrectionẽ discreuit, cum dixit apud Ioannem: *Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient vocem Filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerint, in resurrectionem iudicij.*

Quorsum id, Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. *1. Cor. 15.*

Psalm. 1. *2. Mach. 7.*

Resurgere quid sit.

Quo sensu dicatur, impios non resurrecturos in iudicio. *Ioan. 5.*

6

Vides hoc loco opera promereri vitã æternam, & mercedem suo tempore à Deo hospitalibus, & bene merentibus retribuendam. Quid ergo hoc loco vel hiscere possunt hæretici bonorum operum contemptores, & soli Fidei innitẽtes: & vt in priori clausula, Diuites iungendũ est ad fratres, amicos, & vicinos, ita in posteriori verbũ Pauperes, ad tres illos extendendũ, id est, debiles, cæcos, & claudos.

Contra hæreticos bonorum operum contemptores, deque Fide sola inaniter gloriantes.

7

Cum igitur quidam ex discũbentibus audisset hanc vocẽ Domini de retributione in resurrectione iustorum, dixit illi: *Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei.* Ecce, in hoc Principis Pharisæorum conuiuio vel hominem vnũ lucrifecit Dominus, vt ipsius prædicatio nõ in totũ fuerit inanis. Apparet enim, hominẽ illum, quisquis tandem ille fuerit, mentẽ mutasse ad sermonẽ Domini, & quasi iam satur esset, & fastidio suo rerũ mundanarum, ad superna illa cœlorum regna suspirasse, & in verba illa prorupisse: *Beatus, qui manducabit panẽ in Regno Dei.* Dominus autẽ cõtinuò subiũxit præsentem parabolã, qua voluit exprobrare Iudæis ex parte sua, & Dei Patris, vllũ impedimentũ nõ extitisse, quo minus manducare possent panẽ in Regno Dei, qui omnes inuitauit ad conuiuium vitæ æternæ, & tempore suo vnũquẽque vocatum admisit, sed ipsi suo vitio venire noluerunt.

Prædicatio. ris Christi fructus in domo Phariſæi.

Contin et

8 Proprius, ac verus huius parabolę sensus exponitur.

Continet ergo parabola hæc triplicem Dei contemptum, quo Synagogã se prius ter spernentem contemplit ad correctionem nostram Deus, & in Iudęorum primorum locum contemptos quosque ex Iudæis, imò ęcos, claudos ad debiles extra ciuitatem, id est, promiscuam Gentium multitudinem alienatam à conuersatione Israel, & testamentorum hospitem, & promissionis spem non habentem, ad conuiuium admisit, vt omnes metu sancto contineamur in officio: namq; hic est legitimus, & verus parabolæ sensus. Atque hæc quidem parabola cum a Christo proposita fuit, potius prophetia erat, atque prædictio: nunc autem historia mera est, sed ita tamen, vt nos aliorum periculo cauti effecti, Euangelicam doctrinã, & cœnam illam magnam, ad quam vocati sumus, non respuamus, quia in fine parabolæ comminatorie concludit: *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnã meã:* & subditur in Græcis codicibus: *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* Quo verbo indicatur, multos ad Euangelium vocatos vocationi suæ non respondisse, & electioni suæ impedimenta præstitisse. Nostrum enim est, bonorũ operum fructibus electionem nostram confirmare, iuxta illud Principis Apostolorum: *Fratres, magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Et hactenus de scopo.

Ephes. 2.

Cur multi sint vocati, pauci verò electi.

2. Petr. 1.

9 Similitudo parabolæ.

Cortex siue similitudo, obscura non est, sed ita contexta, vt facilè percipi, & retineri possit: & vt commodè, ac sine mordacitate de tanta re eruditet, & mirificam delectandi vim haberet, & mouendi, ex collatione notorum cum ignotis, id est, sensibilium cum spiritualibus. In quo se Dominus ostendit habere oculum æternum futura omnia prænoscentem, & modum nouisse aptum docendi, creaturæque ratione præditæ accommodatum.

10 Sensus spiritualis eiusdẽ.

Quantum ad nucleum verò, & spiritum parabolæ, in primis explicandum, quæ sit ista cœna magna: quis sit homo hic illam præparans: qui sint inuitati, & quis seruus missus ad eos vocandos, & quales eorum excusationes, in anesne, & infirmæ, an legitimæ & solidę? Vt igitur a primo exordiamur, per cœnam magnam accipi potest Incarnationis mysterium, in nouissimis diebus, siue in fine seculorum, quasi cœna quędam in salutem omnium paratum: quòd qui Fide viua suscipit, protinus ius habet ad cœnam æternę gloriæ; imò etiã ad cœnam Dominicam Eucharistię, quę omnibus inuitatis præparata est, non minus quam ipsa Filij Dei incarnatio. Sed quanquam hęc parabola ita latè exponi valeat, vt tres illas prędictas cœnas complectatur: tamen quia cœna post laborem diei ad refectionem sumitur tempore nocturno, & illam consequi solet somnus; magis congruit huic loco ad literam, vitam æternam, quę post huius vitę labores loco præmij a Domino retribuitur, & quę cum somno illo, & æterna quiete animi, & corporis coniuncta est, per cœnam intelligere. Nam Incarnationis mysterium, quod iam completum est, & cuius Fide, & meditatione nunc pascimur, prandium potius est quam cœna. Cœna etiam Eucharistię Dominica, etsi a tempore ipso quo instituta est à Domino, cœna dicatur: tamen quia eius vsus post hanc vitam nõ est futurus, potius ientaculũ, vel prandium est, quam cœna: quanquam duplici ratione locum cœnæ habeat: nam æterni illius, & cœlestis conuiuij symbolum est, & memoriam refricat summæ illius charitatis, qua Dominus Iesus se ipsum in cibum animorum nostrorum condiuit, & Patri se pro nobis in Cruce immolatum obtulit, vt nos dũ viuimus, illo ad reficiendas vires nostras spirituales laboribus exhaustas, tanquam cœna nostra vtamur. Quare non grauabor, in gratiam piorum hominum, postremo loco parabolam de Eucharistia enarrare: primo tamen loco de æternæ gloriæ cœna explicanda est: sic enim scribit Euthymius: *Cœnam magnam, ineffabilem Regni Dei fruitionem vocauit, quod finem nesciat.* Sic ille. Et quia ille dixerat, *Beatus qui manducabit panem in Regno Dei:* etiamsi non excludat Incarnationem,

Quæ sit cœna magna quã fecit homo quidam.

Alter intellectus accommodatior.

Sacrum Eucharistiæ conuiuium cœna appellatur duplici ratione.

Euthym. c. 54. in Lucam.

Homo ille quidã quisnã sit, qui fecit cœnam magnam.

Sensus alter.

Beatitudo quid.

Cœlorũ Regnum sensibus quinque comparatur.

Matth. 13.

2. Cor. 12. Eccles. 24. Cant. 1 Ibidem.

Ibidem.

Luc. 22.

Psal. 147.

Regnum cœlorũ cur cœnæ simile esse perhibetur.

nationem. Alioquin per cœnæ horam tempus mortis, aut extremi iudicij videretur intelligendum, quo tẽpore non erit, qui propter terrena negotia se excuset à cœnæ participatione. Quidam ergo homo, Pater est misericors, & qui quatenus iustus est, Leo dicitur, quatenus clemens, & beneficus, homo. Et quia nondum cognitus mundo, atque innominatus est, quidam dicitur; & ita seruus missus erit Christus Dominus. Quanquam alij velint, hominem præparantem esse Christum, qui in fine parabolæ ait: *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Pulchrè autem per cœnam repræsentatur beatitudo, quæ non est aliud, quam Deũ illud bonũ, quod sibi proprium & naturale est, alijs, quibus est supernaturale, communicare. Hoc autem tantum bonum cum sub aspectum non cadat, nec sub alium sensum, quemadmodum nec ipse Deus cõmunicãs, nec ipsa melior hominis pars, cui communicatur, propterea per sensibilia, & naturalia bona, quo magis ad illud trahamur, nobis manifestari voluit. Per visus siquidem sensum, comparatur cœlorum Regnũ margaritę, vel thesauro; per auditũ, musicæ, & suauissimæ harmoniæ, quia Paulus *Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui,* per odorem quoque, *Quasi myrrha,* inquit, *electa dedi suauitatem odoris,* &, *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum:* per tactum, quia dicitur fecisse nuptias filio suo. *Osculetur me,* inquit, *osculo oris sui,* &, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie,* Denique per gustum, vnde Christus ait: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum. vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo:* & rursus, *Adipe frumenti satiat te.* Ita etiam in hac parabola cœnæ magnæ comparatur, & meritò. Primò, vt indicet quod serò, id est, hora nouissima data est: post Christi enim mortem aperta est ianua paradisi, & inuitati ad cœnam admissi. Respectu autẽ huius cœnæ, Lex Naturæ dici potest ientaculum quoddam, Lex verò Moysis, quæ clarius loquebatur de Messia, & vita æterna per eum danda, prandium fuit. Secundò dicitur cœna à verbo Græco κοινὴ, id est, communis: idem enim bonũ gloriæ omnibus ratione vigentibus creaturis proponitur, & omnes beati possident, quisque tamen pro captu suo. Tertiò, est cœna recta, & dubia. Recta quidem, quæ sic dicebatur à Romanis, quod in ea recto ordine quisque discumberet: vnde Martialis:

Promissa est nobis sportula, recta data est:

ita in cœlesti gloria mansiones multæ sunt, & vt ait Apostolus: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: vnusquisque autem in ordine suo.* Dubia verò propterea dicebatur, quod inuitatus, mensa multitudine ferculorum instructa, nesciat in quẽ magis cibum manum suam extendat: ita in cœlo tanta copia, & plenitudo bonorũ ad perfruendum proponitur, vt Prophęta dixerit: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Et si Regina Saba videns omnẽ sapientiam Salomonis, & domum quã ædificauerat, & cibos mẽsæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrãtium. præ admiratione non habebat vltra spiritum: quid putamus beatos facturos, quam primùm spectauerint beatam illam, & gloriosam domum, & ad mensam amplissimam, & opulentam fuerint admissi? Quartò, dicitur cœna magna, non solùm ex inuitante Deo magno, de quo dicitur: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis,* & ex cibo in æternum durante, id est, Deo ipso, qui cibus noster est, & panis vitæ, de quo dicitur: *Ecce, serui mei comedent, & vos esurietis: ecce, serui mei bibent, & vos sitietis: ecce, serui mei latabuntur, & vos confundemini.* Ex loco etiam immenso, & capaci, de quo ait Baruch: *O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius? Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus.* Sed etiam magna dicitur ex dulcedine, quam percipiunt illi, qui accumbunt huic mensæ. Vnde Propheta quidam, qui de micis cadentibus de hac mensa gustauerat, in hãc vocem prorupit: *Quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine,*

Cœna Græcis vnde dicatur.

Cœna recta olim quæ Romanis.

Martial.

Ioan. 14

1. Cor. 15

Cœna eisdẽ quæ dubia dicebatur.

Psal. 35

3. Reg. 10

Cœna magna cur sic dicta

Psal. 47.

Isa. 65.

Baruch. 3.

Psal. 30. Gustus Beatorũ qualis.

Quam abscondisti timentibus te, perfecisti eis qui sperant in te. Est autem hic gustus sine fastidio vllo, quia semper manet eadem proportio edentis ad cibum, ex cuius mutatione cibus, qui aliquando delectat, postea nauseam parit. Sed cibus etiam diuinus non conuertitur in nos, sed nos in illum: & quia Deus est cibus in se & in omnibus communicat suas proprietates edentibus: ac si gemma illustris videnti oculo communicaret suũ esse gemmæ. Est præterea hic esus Dei cũ omni delectatione præsenti coniunctus, ita vt successionem non habeat, aut post vnã alteram partem expectet. Constat præterea magnitudo cœnę ex pretio, quo eius possessio comparata est à Sanctis, & Martyribus, & ex pœna qua cruciantur contemptores huius cœnæ: & ex hoc quod Fides, & omnia dona, quæ illam consequuntur, odor quidam illius cœnæ sunt, & veluti procœmium quoddam tanti boni: & omnia bona corporis suscitati, & mundi renouandi, & societatis Angelorum, & Beatorum pro bellarijs, quæ tantam cœnã ornat, habenda sunt. Estque hæc cœna honestissimum, & vtilissimum opus, nec ad aliud institutum, cum sit vltimus finis noster: nostra verò cœna, quia medium quoddam est, & non finis, mẽsurata esse debet, & ad finem proportionẽ habere necessum est: alioquin pernicioſe magna est, vel tempore, vel quantitate, vel delicijs.

Esus Dei quã dulcis & suauis.

Quale opus Dei cœna cœlestis.

11 Inuitari ad cœnam magnã cur multi & non omnes. *Gal.* 3.

Inuitatos significat cum ait: *Et vocauit multos.* Non ait, omnes, quia hic loquitur de vocatione Iudæorum, præsertim maiorũ, quos Deus erudiebat: qui vocati sunt à tempore Abrahæ, sed præsertim cum educti sunt de AEgypto, & data est eis lex, quæ pedagogus erat perducens ad Messiam, & tempus cœnæ. *Et misit seruum suum hora cœnæ.* Describitur seruus missus ad vocandos inuitatos: est enim in more illud apud nonnullos habitum, vt qui inuitati sunt ad prandium, siue ad cœnam, sub ipsum tempus cœnæ instantis, vel imminentis prandij iterum euocentur. Quod etiam in parabola inuitatorum ad nuptias Regis palam confirmatur. Atque hic non est alius quàm Christus, qui, quantum ad humanitatem, propter hoc assumptum, seruus Dei in Scripturis dicitur: verè fidelis, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam: de quo Apostolus: *Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.* Græcè vero dicitur cum articulo, vt notat Euthymius, *Seruus ille.* Hora autem cœnæ, fuit plenitudo temporis, & nouissima hora, qua populo Israel apparuit, ac ob id opportuno tempore, nempe mundo iam tribulationibus domito, & per Legem, & Prophetas culto, & per Ioannem Baptistam ad posidendam veram terram promissionis preparato: atque ea primo capta & possessa à Christo homine beato manente, & post mortem suam loco cœnæ omnibus credentibus, & iam paradisi ianuis pacificatis aperta: vt verum sit quod dixit Dominus: *A diebus Ioannis Baptistæ Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et primi admissi ad cœnam fuerũt sancti Patres in Limbo detenti, quia ante mortem nemo de cœna gustare potuit, cum scriptum sit: *Non videbit me homo, & viuet.* *Dicere inuitatis vt venirent*, nemo aliùs dicere poterat, quam qui præ omnibus gustauerat cœnam, & inuitabat propterea, vt se sequerentur. *Ego*, inquit, *Sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Et rursus: *Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Et iterum: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: &, Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam, in Regno meo.* Græce dicitur: *Venite*, scilicet per Fidem, *& gustate, quoniam suauis est Dominus & inebriamini ab vberibus consolationis eius: Haurite aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: Parata est in conspectu vestro mensa, & Calix noster inebrians quàm præclarus est?* *Quia iam parata sunt omnia.* Hæc erat prædicatio Domini Iesu inuitantis ad cœnam, ne putarent sibi esse expectandum, quòd nondum essent omnia præparata. Et intellige **omnia præparata ex parte DEI, qui**

Quem seruũ mittit homo ille illos inuitare.

Christus quasi seruus. *Matth.* 24. & *Luc.* 12.

Philip. 2.

Euthy. loco citato.

Galat. 4.

Hora cœnæ qua fuerint inuitati.

Matth. 11.

Hanc ad cœnam qui primi fuerint admissi.

Exod. 33.

Quando seruus inuitatis dixit vt venirent.

Ioan. 8.

Infra 12.

Luc. 22.

Psal. 33.

Isa. 12.

Psal. 22.

Seruus vt dixerit, esse iã omnia parata.

Luc. 1. erudierat per Legem, expectare præceperat per Prophetas, præmiserat Præcursorem, tandem Filium suum miserat, qui paratus erat docere viam & offerre se ipsum pro peccatis, & fores Regni cœlorum aperire, & volentes omnes ducere ad vitam æternã. Omnia etiam mysteria perfecta, Incarnationis, mortis, Resurrectionis, Ascensionis.

12 Ex omnibus qui se excusauerint ne venirent ad cœnam.

Et cœperunt simul omnes excusare. Græcè dicitur similiter, quod magis videtur quàm rarè: nec enim omnes simul se excusabant, sed quisque seperatim. Et quod dicitur, *Omnes*, intellige maiorem partem primorum, & maiorum inter Iudæos, qui beneficijs peculiaribus inuitati sunt. *Primus dixit ei, Villam emi: & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatum.* Aduertendum est, in omnibus his excusationibus nihil adduci, quod sit per se malum, sed honesta tantùm, & licita exercitia: sed homo immoderato affectu ea diligendo, & cœlestibus bonis præferendo, impedimenta ad vitam æternam comparandam sibi constituit. Nec enim vnquam peccamus, quod malum, quatenus malum est, amemus, in quod voluntas, nisi aliqua larua boni vestitum sit, ferri non possit, sed quod parua, & momentanea bona huius mundi immodico affectu consectemur. Habere enim bona mundi huius non impedit, si possidentur, & habentem non possideant: secus si possideant, & non possideantur: res enim licitæ fiunt illicitæ, si Diuinæ vocationi præferantur. Qui ergo has tres excusationes referunt ad illa tria capitalia vitia, Superbiam videlicet, Auaritiam, & Luxuriam, non videntur satis ad rem interpretari: quoniam villam, vel boues emere, vel vxorem ducere, per se peccatum non est, sed illa amore præferre Deo, ac vitæ, & saluti æternæ, vitium est. Hinc Christus statim post hanc parabolam subiunxit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem & vxorem, &c.* quibus testatur, non solùm villam, boues vel vxores posse aliquem remorari ac

Dicẽtis: Villã emi: quod quidem licitum est, quare non recipitur excusatio?

Villã emant qui mystice.

Ecclc. 4.

Propriè quid sit Villa.

Quã ratione per hæc temporaria bona Deum offendamus.

Corruptæ imaginium voluntatis nostræ.

Res licitæ quando fiant illicitæ.

Factorũ vis. *Matth.* 21.

Inepta quorundam de excusationibus sese conuiuio interpretatio reijcitur.

Qui dicant: Necesse habeo exire. *B. Ambros. serm.* 81. *circa med.* 3.

Luc. 14.

Auari miserа conditio.

intuitu Regni cœlorum, sed etiam patrem & matrem, & filios. Ideò fingitur hic villam emisse, vt propterea magis illam diligeret, quam æternis gloriæ bonis prætulit. Omnia regna mundi huius præ cœlestibus parua sunt, & parua videntur auaro: & ideò villa dicuntur omnia, quæ nostris laboribus comparauimus. Hinc Salomon ait: *Considerans reperi & aliam vanitatem sub Sole. Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis?* Villa videbatur mundus Alexandro, & opinio Democriti de infinitis mundis illi satisfaciebat: quo nouos mundos expugnando, ardentem dominandi sitim, & opes possidendi ardorem extingueret. Est autem villa propriè, non pagus, vt quidam putant, sed domus in agro, & Græcè dicitur ἀγρός, vnde ager Latinè dictus est. Subdit: *Et necesse habeo exire.* Voluntas ipsa, quæ voluntaria sunt, necessaria videri facit, & è contrario quæ necessaria sunt, vt obedire Deo vocanti, voluntaria facit apparere. Fertur autem hic primus dixisse, id est, respondisse, non tam verbo, quàm corde, & factis, quæ plusquam verbum affirmant vel negant: vt in alia parabola de duobus filijs missis in vineam, quorum alter dixit se iturũ, & non iit; alter verò dixit se non iturum, & iuit, docuit Dominus, non eum qui promisit se iturum, sed eum, qui re ipsa in vineam venit, fecisse voluntatem patris. Exire etiam amator huius mundi dici potest, quia extra sui cognitionem, & Dei verum amorem egreditur. Nam pulchrè ait Ambrosius de auaro: *Sicut ij, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident: ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurũ semper argentum videt, semper reditus computat, gratius intuetur aurum, quàm Solem videt: ipsa eius oratio & supplicatio ad Deum aurum querit, & vellet atque optaret vt omnia in aurũ conuerterentur.* Hæc ille appositè. Subdit: *Et videre illam.* Hic est fructus diuitiarum, oculos pascere

Fructus diuitiarum quis.

Horat. lib. 1. serm. sat. 1.

Ibidē paullo ante.

los pascere, & vt ille dixit,

& tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Et iterum de sordido quodam Atheniēsi scripsit:

Populus me sibilat: at mihi plaudo.

Eccles. 5.

Ipse domi simulac nummos contemplor in arca.

Amans diuitias, quare fructum non capiet ex eis.

Et Salomon: *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis*: nam ipse tantum vt vnus, cibo, & vestitu vti potest, reliqua verò quæ retinet, frustra possidet: quia fructus dum sparguntur, vt semē in terram, multiplicantur, dum retinētur, putrefiunt.

13

Qualis excusatio dicētis Rogo te, habe me excusatum.

Grego. homil. 36. in Euang. tomo. 2.

Rogo te, habe me excusatum. Rectè hic ait Gregorius Magnus: *Humilitas sonat in voce, superbia in actione, quæ est quasi subscriptio eius quod dicitur. Hinc Dominus: Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Mentitur ergo iussor Euangelij. Rogo*, ait quasi plus veretur seruum, quam Dominum: sed vbi iustitia est, non est locus precibus. Quod si nimis amans sua, damnatur, quid ergo dicendum de eo, qui fraude vsuraria, vel rapina vsurpat aliena? qui vndique congerendis opibus quacunque via, & ratione potest, inhiat? Honor etiam iustus, sed immodicè amatus, in vilia potest intelligi. Neque sat est dicere, Meo labore, & industria comparaui illum: quia non secus atque ex auro: ita quoque ex honore potest homo conficere idōlum: quod colendo grauissimè peccaret. Sed quia non solent homines studio honoris vacantes sese à solenni cōuiuio subducere, ideò melius dicitur quod in duobus prioribus sese excusantibus, diuitiarum, & solicitudinis terrenæ potius impedimenta notari voluerit. *Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum.* In hoc designantur, qui propter negotia iusta, & emolumenta quæ ex illis percipiunt, vitę æternæ iacturam faciunt. Est autem iusta agricultura & naturalis, quia terra parens nostra nos alere debet: neque laceratur, vt in metallis extrahendis: & tamen nimio affectu operibus agriculturæ immergi nedum iniustis, & innaturalibus cœlesti præmio priuat. Ita etiam negotiatio, siue mercatura, etsi hominum vitio multis periculis sit obnoxia, potest tamen rectè exerceri: & tamen si quis in hanc ardentiùs, quam par sit, incumbat, lucri cupiditate inductus, redditur vitiosa, & ab ingressu in regnum nos impedit. Curiositas etiam per quinque sensus internos & externos, tardos, & crassos, quasi boues, scientiam mundi mendicans, & à cœlo impediens recte in emēre quinque iuga boum designatur. Huius curiositatis serui sunt, qui quærunt tantum verba pulchra, etsi non vera, vel qui falsa, & lasciua, vel qui tantùm subtilia, & supra se posita sectantur, vel qui rursus bona quidē quærunt, sed in hunc finem tantum, vt sciant, vel vt lucrentur, vel vt glorientur vane in scientia parta, vel denique vt vitam alienā scrutentur. Vel emit quinque iuga boum, qui laborat, vt satiet quinque insatiabiles sensus, eorum dulcedinem experiendo, qui tantum probare possunt, ar satiare nequaquam, cùm tamen vnicum Christi suaue iugum gratis oblatum præstet probare, & per illud salutē consequi. Sed ad literam hoc loco per emētem quinque iuga boum, intelligendus est negotiator: nam apud Matthæū dicitur: *Illi autem neglexerunt, & abierunt: alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam.*

Mercatura quando illicita sit.

In mente ertiam iuga boum quinque qui designētur.

Matth. 11.

Emēs quinq; iuga boū, hoc loco quis.

Infra. 12.

Et alius dixit, vxorem duxi, & ideo non possum venire. In hoc significantur omnes, qui carnis voluptatem, licet ex genere suo honestam (quia cum vxore legitimo matrimonio coniuncti erant) cœlesti, & spirituali delectationi præferunt. Ardentior enim amator vxoris suæ, adulter est. Innumeri sunt, qui propter vxores suas perierunt, & plurimæ vxores, quæ propter viros in gehennæ supplicium detrusæ sunt. Et inurbanus est voluptati vacans: ideò cæteris peiùs respondens, dixit, *Non possum venire.* Voluptas enim hominē excæcat, ineptumque, & imporentem ad spiritualia reddit. Hinc Oseas, *Fornicatio, & vinū, & ebrietas auferunt cor.* Gregorius ait:

14

Quos referat qui ait: Vxorem duxi, & ideo nō possum venire.

Voluptas carnis qualem reddat hominem.

Ose. 4.

Omnes

Grego. prædicto in loco.

Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles

Alter eius effectus.

Sic ille ferè. Amor namque carnis tenerum, & mollem facit, & tantum per accidens ratione iræ est fortis, præsertim in eos, qui delectationem sibi adimere volunt.

15

Reuersus seruus quando nuntiauit excusationes inuitatorum ad cœnā domino suo.

Matth. 27.

Isa. 10.

Luc. 3.

Infra. 7.

Ioan. 7.

Infra. 17.

Et reuersus seruus nuntiauit hæc Domino suo. Reuersus est Christus ad Patrē per Ascensionem, & nuntiauit Patri per plagas efficaciter loquentes, à maioribus Iudæorum per Gentiles inflictas. Talisque fuit fructus prædicationis Christi apud maiores Iudæorum, de quo prædixerat Isaias: *Excelsi statura confringentur, & sublimes humiliabuntur: & subuertentur condensa saltus eius ferro: & Libanus cum excelsis cadet.* Et Ioannes prædixerat: *Omnis mons, & collis humiliabitur.* Nam, vt testatur Lucas, Pharisæi, & Legis periti spreuerunt consilium Dei in semetipsos, & Pontifices ipsimet & Pharisæi apud Ioannē dixerunt: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum aut ex Pharisæis? sed turba hæc quæ nō nouit legem, maledicti sunt.* Et licet ex principibus aliqui credidissent in eum, tamen propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non ejicerentur. Ob quam causam Christus libenter in Galilæa versabatur, quia cū simplicibus sermocinatio eius. Nuntiauerunt etiam Apostoli hæc Domino in oratione sua, dolentes de tanta duritie, & ingrati animi vitio, quo salutem suā æternam, & Messiam suum Iudæi spreuerunt.

Christus libenter cur in Galilæa versaretur.

Prou. 3.

Qui præterea nūtiauerint.

16

Quare iratus pater familias fuerit in inuitatos ad cœnā venire recusantes.

Rom. 1

Tunc iratus pater familias dixit seruo suo, Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Meritò sane iratus est, quod non tam cœna, quam ipse sperni videretur. Et ira hæc magna est, & de cœlo æternum supplicium contemptoribus decernens, de qua Apostolus: *Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Præcepit autem seruo suo, vt exeat cito in plateas, & vicos ciuitatis.* Exiit Christus in Apostolis suis, quibus dixit: *Eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Et isti in nomine Christi ad cœnā vocabant, quorum vnus dixit: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Cito autem exiit, nempe post decem dies ab ascensione, nā misit Spiritū Sanctū in specie linguæ igneæ, quo constitueret illos idoneos ministros, & prædicatores, qui populos Iudæorum conuocarent ad cœnam. Et dixit, *In plateas, & vicos ciuitatis*, id est, ad vulgus, & minutos quosque Iudæorum: tales enim in plateis ad locandas operas suas conuenire solent; nobiles verò per singulas domos quæruntur. Nā quia vulgus pauperes, & humiles domos, & casas inhabitat, in vicis, & plateis libenter versantur. Lazarus ergo mendicus vocatus est, non diues Epulo; publicani, & meretrices, non Scribæ & Pharisæi, piscatores, & contempti, non Iudæi opibus & sapientia tumidi atque elati. Hinc Paulus dixit: *Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes.* Exprimit autem quatuor genera hominum, pauperes, debiles, cæcos, & claudos: tales enim quia diuitijs, & delicijs destituuntur, malam vitam non habent, & vocati facilè ad Deum conuertuntur. Pauperes sunt, qui se agnoscunt carere auro virtutis, siue charitatis. Debiles sunt, qui peccato non resistunt, & incontinentes se esse existimant, cum intemperatus putet se esse fortem. Cæci sunt, qui ignorantes se ad percipiendas veritates agnoscunt. Claudi vero, qui volunt Deo, & mundo seruire. Et hæc prima irritatio diuitum Iudæorum, scilicet videre præferri sibi turbam suæ gentis. Secunda fuit in eo, quod viderēt præferri sibi Gentes, secundum illud Moysis: *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.* Hinc Iudæi dixerunt: *Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes?* Quanquam per vicos, & plateas

Seruus quomodo exiuit in plateas & vicos ciuitatis.

Act. 1.

In vicos, & plateas quas exiuit.

2. Cor. 13. Cur exiuit cito.

Act. 2.

Qui vocati in plateis, & vicis ad cœnā.

Luc. 16.

Matt. 9.

1. Cor. 1.

Cur pauperes, debiles, cæcos, & claudos vocauerit, & qui nā illi sint.

Duplex Iudæorum aduersus Christum indignatio.

Deut. 32.

Ioan. 2.

Exitus etiam serui in vi-

eos, & plateas quid.

plateas intelligere commodè possimus eos, qui strictiorem, vel laxiorem vitam ducunt. *Et ait seruus, Domine factum est vt imperasti: & adhuc locus est.* Apostoli prædicationis Euangelicæ reti collegerunt omnes bonos viros Iudæos, vt Irenæus docet. Tanta enim erat vis verbi Dei ad persuasionem prædicati, tanta signorum multitudo, vt nullus Iudæus bonus extiterit, qui tanto lumini resistere potuerit. Dixit autem seruus adhuc locum esse: quia Dominus non tantùm dixerat: *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, sed addidit, & in Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Ad hæc, amor charitatis, qui spiritualis est, bonum amatum alijs communicari desiderat. Hinc cum de prophetantibus quibusdam in castris dictū esset Moysi, *Domine mi Moyses, prohibe eos.* At ille, *Quid*, inquit, *æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum?* Ita etiam Apostoli non inuidentes, sed ex charitate communicare cæteris Euangelium volentes, dicunt, *Adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* In sepibus, existimant quidā esse Hebraismum iuxta illud Hieremiæ: *Circumite per sepes*, quod scilicet villæ sepibus, & non muris, vt vrbes, cingantur. Idem alibi ait: *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, & quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris.* Vbi per vias intelligit, propriarum voluntatum cupiditates, quibus vnusquisque in viam suam declinabat. Quod Gentilibus magis quadrat, quā Iudæis, quia vnusquisque suos deos colebant, & suæ voluntatis appetitiones saturabant: Iudæus vero lege cognoscebat quis Deus esset colēdus, & quæ via in operibus iustitiæ ingrediēda. Exierunt ergo Apostoli extra Iudæam ad Gentes, ita enim dixit Paulus: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.*

Irenæ. lib. 2. contra Valen. c. 34.

Quare seruus ille dixit, Domine adhuc locus est. Act. 1.

Propriū charitatis quid.

Num. 11.

Moysi, Apostolorumq; charitas.

Sepes quibus locis congruat. Hiere. 49.

Supra 6.

Matth. 11. Stare super vias, & semitas, quid apud Hieremiam. Isa. 53 Exod. 20.

Seruus etiam quando exiuit in vias, & sepes. Act. 13.

Isa. 49.

Denotat autem per vias, & sepes, Gētes varijs dijs errantes, & varijs ritibus vt sepibus instar ferarū à dæmonibus conclusas. Dæmones enim vt se accommodarent Gentibus, vt varia signa superbiæ plures magistros faciendo ederent, non vnam aliquam, sed infinitas propemodum sectas, atque eas inter se contrarias docuerunt, vt nos plus irriderent; & ne verum putaremus illud vnum tantum, quod Ecclesia docet. Istis autem dicitur vt compellant intrare, vt impleatur domus. Hæc compulsio non est interpretanda ita, vt suauitati Dei repugnet, quæ creaturas à se conditas sic administrat, vt earum proprios motus agere sinat, & *attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter*; nec etiam vt aduersetur naturæ libero arbitrio prædito, qualis est homo, qui coactionis, siue violentiæ capax non est: & si capax esse posset, omnis meriti ratio ab eo adimeretur. Proinde Scriptura se nostrę loquendi consuetudini accommodans, vt nos dicere consueuimus, vi argumētorum & rationum hunc, aut illum nos compulisse vt nostræ sententię acquiescat, quam prius ignorans impugnabat. Ita Apostoli Gentes, quę se prædicationi Euangelicę opponebant, & à principio contradicebant, Diuini tamen verbi efficacia, quod est velut ignis, & quasi malleus conterens petras, corda ipsa penetrante, & admirabilium signorum multitudine, & sancto atq; irreprehensō vitę exemplo Gentes cōpulisse dicuntur, vt abiectis Idolorum simulacris, & cultu Deorum nefario, spōtanei, & volentes Domini Iesu fidē amplecterētur, & ad domum Ecclesię implendam adducerentur. Quanquam hęc vis quę fit à seruo vocante, per flagella, infirmitates, carceres & supplicia intelligi possit, quę non tam sunt nobis expectāda, sed cogitatione preuenienda. Nam ait Gregorius: *Mala quæ nos in hoc mundo premunt, ad Deum nos ire compellunt.* Habēt etiam pastores Ecclesiastici suū cogendi modum, nimirū per censuras Ecclesiasticas, sicut seculares Principes per carceres, gladios, & mortes, rebelles cogunt permanere in officio, & in ordine suo.

Quid via & sepes significent.

Ad cœnam magnam inuitati, quomodo coguntur Sapien. 8.

Exemplum eiusmodi coactionis volūtariæ.

Apostoli vt Gentes ad Christi fidē, cultumq; traduxerint.

Altera compellendi ratio, quā seruus adhibet.

Greg. homil. 36. in Euang.

Ecclesiæ cōpellendi via efficax.

Vnde

2. Cor. 10.

Vnde & Apostolus noster: *Arma*, inquit, *militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionū consilia destruentes &c.*

17

Alter sensus. *Augustin. libr. 2. contra Epistolam Gaudentij. c. 11. tom. 7. ante med.*

Sed certè hic est sermo in parabola de nondum in Christum ingressis compellendis, qui extra Ecclesiam sunt. Negandum tamen non est, Augustinum tractantem hunc locum, intelligendum esse contendisse de hæreticis, & schismaticis compellendis ad vnitatem fidei, & corporis Ecclesię per leges Principum, & vindictas seculares. Proinde libro contra secundam Epistolam Gaudentij ait: *Intelligimus vias, hæreses, schismata, sepes. Via quippe significant hoc loco diuersas opiniones; sepes autem, peruersas opiniones.* Et in Epistola ad Bonifacium inquit: *Si miraculorum terroribus cogendos voluisset intelligi, magis ad eos, qui prius vocati sunt, Diuina miracula multa facta sunt, maximè ad eos, de quibus dictum est: Iudæi signa petunt. In ipsis quoque Gentilibus talia temporibus Apostolorum miracula Euangelium commendauerunt, vt si talibus cogi inhærentur priores, vt dixi, potius coniuncti coacti esse meritò crederentur: Qua propter si potestate, quam per religionem, ac fidem Regum tempore quo debuit, Diuino munere accepit Ecclesia, ij, qui inueniuntur in vijs, & in sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus coguntur intrare, non quia coguntur reprehendat; sed quo coguntur, attendant.* Et serm. de verbis Domini: *Venerunt de plateis, & de vicis Gentes, veniam de sepibus Hæretici: hic inueniunt pacem. Nam qui construunt sepes, diuisiones querunt. Trahantur à sepibus, euellantur à spinis. In sepibus hæserunt, cogi nolunt: voluntate, inquiunt, nostra intremus. Non hoc Dominus imperauit? Coge, inquit intrare. Foris inueniatur necessitas, nascitur intus voluntas.* Sic ille tantus Pater hunc locum sæpè interpretatus est. *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Loquitur Dominus in persona sua, applicando sibi parabolā, vt alias sæpè facere solet. Interminatur Deus summum malum, quod in priuatione Diuinę visionis consistit. Quod

Idem Epistola 50 circa med tom. 2. 1. Cor. 1.

Idem serm. 32. de verb. Domini, in fine. to. 10.

Summū malū in quo sit.

etsi modò non admodùm magnū mallum nobis esse videatur: tamen vbi tantum bonū detegetur. & infinitus summi boni appetitus, qui in nobis modo tanquam absconditus delitescit, excitatus fuerit, tunc experimento quisque cognoscet, quantum malum sit tantę cœnę Domini iacturam feciſſe, & sine fine de adeptione huius cœnę desperabunt. Etiamsi, vt in alia parabola dicitur, Virgines fatuæ à nuptijs, & cœna exclusæ veniant dicentes, *Domine, domine, aperi nobis*, explicantes immensum naturæ humanæ ad beatitudinē habendam ardorem, & appetitum: sed frustra clamabunt, quibus dicetur, *Nescio vos.* Et ita animi, qui Deum spreuerūt, spernentur & ipsi à Christo, secundum illud Isaiæ: *Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris?* Grauissimum enim delictū est, Deū non ad pœnas, sed ad summum naturæ humanæ bonum vocantem spernere. Proinde tales gustabunt cœnā dæmonis, qui suos hospites proprias linguas edere coget, & amarissimas lachrymas bibere, & prę fame dentibus stridere. Atque hęc est tertia irrisio eorum, qui vocati, venire noluerunt. Vnde rectè Gregorius ait: *Nemo contemnat, ne dum vocatus excusat, cum voluerit, intrare non valeat.* Sic ille. Caueant ergo vocati ex Gentibus, quia eorum nobiles initio venire recusarunt: & nunc afflictis, & pauperibus venientibus, periculum est, ne omnino deserantur à Domino, & infideles vocētur. Pastores etiam animarū, siue Episcopi, & Reges, & Principes laici, videntur negligere quæ Dei sunt, & Christū erubescere: & propterea Deus ad verū, & Sacramentorum ministeriū pauperes quosdam, & exiguos Religiosos, siue presbyteros euocat. Idcircò Indiarum Occidentalium habitatores tot retro seculis incognitos cœpit ad fidem vocare, vt videatur Dominus illud ipsum, quod cum primoribus Iudęorū fecit, cum maioribus Gentium facere velle.

His verbis virgines fatuæ: Domine Domine, aperi nobis, quid exprimant. Matth. 25. Isa. 33.

Dominicæ cœnæ cōtēptores quā pœnam subibunt. Apoc. 16. Matt. 8. & Infra 22. Greg. hom. 36. in Euan. post medium tom. 2.

Ex Gentibus conuersi, animarumq; pastores quid cauere debeant.

18

Hic est sensus literalis huius parabolæ, quæ ad cœnam Eucharistiæ, ad quam vocati sunt omnes, pauci tamen ad eam frequentandam accedunt, ex-

Hæc cœna magna, ad mensam En-

tendi

Charitatis suauiter accommodatur.

tendi potest. Hanc cœnam Dominicam instituit Dominus Iesus, qui singulariter homo est: nam ita homo est, vt sit Deus, & ita Deus, vt sit homo, & ita homo, vt omnis peccati suapte natura sit expers, & ad extinguēda omnia peccata tanquam agnus innocentissimus ad nos destinatus fuerit. Hanc cœnam præsumpsit Dominus ante somnum mortis, & nobis morituris pro viatico reliquit. Est autem recta cœna, quod non nisi recto ordine discumbentibus Principes exhibebant: vt modò ordine seruato in Ecclesia hæc cœna distribuitur. Nam primo sacerdos, deinde ministri participant, postea viri, atque illi nō sine ordine, postremo loco mulieres. Est alius ordo charitatis; vt qua quis magis fide, & charitate flagrans ad hanc cœnam accesserit, eo maiorem fructum percipiet. Est autem magna cœna, ob magnum, & excellentissimum cibum, id est, Agnum Dei tollentem peccata mundi: qui optimum est cœli, & terræ. Optimum enim cœli, Deitas est: & optimum terræ, humanitas. Proinde hic panis vitæ instar Mannæ omne delectamentum, & gratiam, & virtutem in se continet, vt merito dicatur Eucharistia. Magna etiam est ob instituentis maximam charitatem: nam *cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*, maiora charitatis suæ argumenta ostendendo. Magna etiam est temporis duratione: quia ex quo instituta est, vsq; ad finem seculi omnibus hęc mensa parata est, & cibus non minus recens & integer ac ipsa nocte fuit, qua Apostoli primum de illo gustarunt. Est etiam magna ex populorum multitudine, & frequentia, qui hunc cibum perpetuò edunt, nec consumere possunt. Magna postremò à figurarum antiquitate, varietate & significatione: quia in sacrificio panis, & vini oblato à Melchisedech præfigurata est, sicut & in Manna, & in agno paschali, & in panibus Propositionis, & simila, pane, & oleo, quæ iugiter offerebatur, & in pane subcineritio Heliæ, & in permultis alijs. Adde etiam significatione, quæ varia fuit. Primò enim præcessit tota figura sine re, vt in prædictis omnibus ostensum est: deinde successit figura cum ipsa re: nam modo sub speciebus panis, & vini quasi figuris quibusdam delitescit ipse Christus: tandem exclusa omni figura, res ipsa nuda in cœlesti gloria ad edendum proponetur, vbi satiabimur adipe frumenti.

Recta cœna vt sit Eucharistica.

Eucharistia cœna cur magna. *Ioan.* 1

Optimū cœli quid.

Secunda ratio ab institutore. *Ioan.* 13.

Tertia ratio, à diuturnitate.

Quarta ratio, a figuris, & typis Eucharistiæ. *Gen.* 14. *Exo.* 16. *Supra.* 12. *Exo.* 29 *Leuit.* 8. 3. *Reg.* 19.

Quinta ratio ab significatione.

Psal. 147. 19

Ad hanc cœnam omnes vocati sunt, quotquot Christum profitentur. Seruus missus ad vocandum, cœtus est Apostolorum eandem fidem huius sacramenti, & fructum prædicantium. Hora cœnæ fuit post Christi ascensionem: & tota vita præsens hora est nouissima, in qua edendum est de isto agno: quem solum filij edunt: *Non est bonum*, inquit, *sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Canes, sunt detractores, & Hæretici omnes, siue infideles, qui dicunt: *Durus est hic sermo*, & qui ex mensa diuina, ac cibo diuino Christo extorre humanam fecerunt: nam apud Hæreticos cœna Dominica purum tantum panem continet. Sed illi indigni erant, qui huius mensæ efficerentur participes, de quibus: *Nolite dare sanctum canibus.* Dicere, *Omnia parata sunt*, significat, nihil deesse huic conuiuio: nam & cibus ipse sanctus conditus est sub accidentibus vt edi possit. Locus, Ecclesia sancta Dei: ministri, sacerdotes: Sacramentum Pœnitentiæ præcedens & præparans ad illum, in lotione pedum à Domino designatum. Est etiam præceptum Domini ad edendum inuitans: *Nisi manducaueritis*, inquit, *carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Denique omnia parata, præter te, qui solus non te præparas, neque vt decet, cum veste nuptiali charitatis, & cum esurie profectum faciēdi accedis.

Hora cœnæ Eucharistiæ quænam sit.

Matth. 15. Canes mysticè qui.

Ioan. 6. Qualis cœna hæreticorum tātummodo.

Matt. 7. Cœnæ Eucharistiæ apparatus.

Ioan 13. Cœnādi obligatio Diuina.

Supra. 6. Quare omnia parata sint in cœna Dominica.

Matth. 22.

20

Sed homines inuitati cœperunt simul omnes excusare, obtendentes legitima impedimenta: quæ tamen futilia sunt, & inania. Quidam enim allegant exercitia agriculturę, aut artium quibus vacant; alij verò negotiandi, & mercandi industriam; alij rursus opera coniugij, & procreandæ sobolis, quasi hęc vitiosa essent, aut rectè fieri nequeant, vt propterea

Ad sacrā Eucharistiæ cœnam non accedendi impedimēta excusationesq; refelluntur.

propterea à participatione Eucharistiæ necessariò abstinere debeant. Multi enim etiam nunc his friuolis excusationibus vtuntur, quo minus cōmunicent, nos aduertētes, primitiuam Ecclesiam, quæ quotidianæ participationi Eucharistiæ vacabat, nonnullos habuisse qui colerent terram, & alios qui negotiarentur, & permultos, qui filiorum procreationi incumberent: ita vt liceat hodie videre plurimos diuites, & qui potentia, & sapientia, & opibus cæteros præcellunt, minus de mensa Dominica curare, & vix semel in anno, nisi compulsos lege Ecclesiastica, ad mensam hanc Diuinam accedere; cùm tamē ipsi suo vitio opes auarè possideant, & illis irretiantur, & vxorum adiutorio ad voluptatem captandam, carnis cupiditates satiandas abutantur. Propterea mittūtur prædicatores ad paganos, & ad Saracenos destinantur, vt plebem à Deo electam ad Fidem conuocent, quæ Domini mensam impleat: irridentibus interim maioribus, & nobilioribus Christianorum, ad quos primos spectabat exemplo suo alios ad conuiuium Domini inuitare.

Act. 2. Ecclesiæ pristinus erga Dominicam cœnam pietatis ardor.

Quid est quod concionatores ad barbaras nationes destinantur à Domino.

21

Sed audi comminationem: *Nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Fit enim iusto Dei iudicio, vt tales instante morte Eucharistiā velint percipere, nec tamen suppetat tempus, & non percepta cœna Dominica decedant: vel si percipiunt, non cū fructu, neque ad salutem: nam sic etiam dum semel in anno accedunt, suo vitio imparati, & sine fructu cōmunicabant, vt perinde sit illos communicare, ac si non communicarent, imò deterius: *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* Propterea Ecclesia hoc Euangelium legit infra Octauā Solennitatis Corporis Christi, vt iudicet, Eucharistiam esse cœnam Dominicam, quam quidam putant non necessariam, & quasi sine ea contingat piè viuere posse, negligunt. Alij rogant haberi se excusatos, quòd negotijs alijs intendant. Alij verò compelluntur semel in anno, vt habeant in capite; *Omnis enim utriusque sexus, [illegible]*

Qui salubrē frequenter communicādi vsum in vita negligūt in morte quid assequantur.

1. *Cor.* 11. Hoc Euangelium cur infra Octauam Corporis Christi in Ecclesia legi consueuerit.

Possumus item non absurdè cogitare, quod cùm Dominus exhortaretur vt conuiuia fierent pauperibus, vt in resurrectione iustorum haberetur remuneratio, & quidam dixisset: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*: Dominus continuo hanc parabolam subiunxit, indicans per eleemosynas esse viam ad perueniendum vt panis manducetur in regno Dei: & multos esse qui se excusant, non quia nolint aliquando peruenire ad eam cœnam, cùm nemo sit qui saluus esse nolit, sed interim procrastinant, id est, ab eleemosynis faciendis abstinent, quia necesse habent expendere in suis negotijs. Sed non excusantur, cùm parata sint omnia, id est, immineat mors, quàm longè adhuc abesse putant; vel cùm vocantur ad veniendū, & subleuandas necessitates pauperum: *Rom.* 21. nā quia ipsi pauperibus aures suas clausērunt, fit vt obdurentur, &, quod pejus est, non exaudiantur. Pauperes autem & claudi cùm iniuitantur ad eleemosynas, non procrastinant, sed faciūt quod possunt: vt qui experti mala, dicerint aliis succurrere. Alij verò cōpelluntur, & cum affliguntur, porrigūt eleemosynas, vt pro ipsis oretur. Et quod de eleemosynis dicimus, idem de alijs bonis operibus censendum. Cùm enim mihi dicis; Habeo negotia licita, habe me excusatum; aio, Non sunt licita; cùm per ea vocationem Dei non sequeris. Dices; Non sun. dignus, nec habeo meritum. Sed vocatio Dei sit tibi pro merito. Est item dies festus, quo vocaris ad Missam, ad verbum Dei, ad Sacramentum sumendum, quęris excusationes: at interim amittis bonū, quod tū Deus dispensat, & in locum tuū alij sufficiunt. Et quāta Dei misericordia est priuari villa, aut amittere boues, aut perdere vxorem, ne propterea saluti tuę impedimentum præstare valeas.

22 Altera huius parabolæ interpretatio proponitur.

Exeuntes se ab eleemosynis faciendis, quā nulla sint excusatione digni.

Pauperū studium & diligentia.

Negotia quæ fiant illicita.

Soluitur obiectio proponentis indignitatē suam ad cœnā Dominicam.

Est ergo siccus, & medulla huius parabolæ, quæ his duobus versibus claudit̄r. *Vxor, villa, boues, cœnam claudere vocatis. Mundus, cura, caro, cœlum clausēre rogatis.*

23 Huius medulla parabolæ districho comprehensa.

Discamus igitur vocanti Deo assen-

sum præstare, & ad cœnam accedere, siue Eucharistiæ, siue audiendi verbi Dei, siue eleemosynæ, siue aliorum bonorum operum, quæ qui præstat, cœnat cum Deo, & Deus cum illo, iuxta illud: *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum*; vt ita ad æternę gloriæ cœnam peruenire valeamus, præstante Domino nostro, cui cū Patre, & Spiritu sancto reddatur ab omni creatura honor, gloria, imperium, & gratiarum actio, per infinita seculorum secula. Amen.

Cœnet cum Deo quis, Deus q; cum illo. *Apoc. 3.*

TRACTATVS XXIIII.

In parabolam volentis turrim ædificare, non priùs computatis sumptibus necessarijs: Et Regis ituri ad committendū bellum aduersus alium Regē, & non priùs serio cogitantis an posit illi occurrere, &c. Et de sale; quæ habetur apud Lucam tantummodo Cap. 14.

1 Quorsum hæc parabola à Christo sit instituta.

AD harum parabolarum intelligentiā expedit explicare quæ præcedunt: nam ex illis finis, atque scopus, quò Dominus iaculatus est in his parabolis, perspicuè ostenditur. Ait igitur Lucas: *Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.* Hęc ad literam obscura non sunt: nam multæ turbę solitę erant Dominum consequi, vt audirent eum, & miraculorum eius spectatores fierēt. Sed Dominus præscius quòd multi illorum amicitię vinculis ad huiusmodi personas retinerentur, & aliquando à sua sequela deficerent amore parentum, vt consanguineorum retenti, propterea doctrinam salutarem exhibuit, vt quisque sibi à parentibus, & consanguineis, & domesticis caueat.

Quod verò ait, odio habēdos esse parentes, consanguineos, & domesticos, non solùm rationi, sed ipsi Scripturæ contrarium videtur: præcipitur enim vt honoremus patrem, & matrem: & Paulus de vxore *Viri*, inquit, *diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea*. Et de alijs cognatis idem testatur: *Si quis suorum & maximè domesticorum curam nō habet, fidem negauit, & est infideli deterior*: & rursus de anima sua: *Nemo vnquā carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam*.

2 Quomodo Christus parentes odio habere nos iubet, quos alibi præcipit honorare.

Exod. 2. *Deut. 5.* *Ephes. 5.* *1 Tim. 5.* *Ephes. 5.*

Quod si carnem mortalem, & fragilem, multo magis animam immortalem, & pretiosam diligere debemus. Respōdemus verbum odio habendi, plerunque metaphoricè in Scripturis accipi. Dicimur enim odio habere illud, quod minus diligimus, & cuius stimulos, & incitamenta non sequimur: vt enim de re odio habita curam non habemus, sic eius desideria perficimus, imò reprimimus potius, & continemus; ita parentū, vel consanguineorum voces, quæ nos à sequela Christi, vel à pietate impediunt, negligere debemus, & veluti eorū, qui odio habendi sunt, opera, defraudare debemus: cum tamentalis compressio, & cupiditatum frænatio, quæ à sensu, & carnalibus iudicatur odium, sincerissimus sit, & verissimus amor. Vnde Dominus dixit: *Qui inuenit animam suam, perdet illam, & qui perdiderit animam suam propter me*: id est, qui eius motibus, & affectibus aduersantur, quod odio habentis esse videtur, *inueniet eam*. Hoc sanctum odium gessisse videtur Christus erga fratres suos, ad quos aperioribus verbis vsus est, & ad Matrem sanctissimam, quam propter exemplū nobis exhibendum in responsis quibusdam ad eam datis, eam honorasse, aut magnipendisse non videtur. Hoc odio plane Euangelico Paulus refertus, vbi reuelationem Euangelij accepisset, *Cōtinuò*, inquit, *non acquieui carni & sanguini.*

Odio quis habet aliquē multis modis more Scripturæ.

Quæ minimè curemus.

Matth. 10. Quid est, perdere animā suā propter Christum.

Christi in Apostolos, Matremque charissimam odij sanctitas.

Luc. 2. *Ioan. 2.* *Galat. 1.*

Matth. 10. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus; & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.* Et in alio loco: *Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te, &c. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te, &c.* Nam his hyperbolicis loquutionibus nil aliud voluit Christus docere, quam charissima & coniunctissima quæque gratia Euangelij postponēda esse: alioquin neminem ad beatitudinem pertingere posse. Hinc Propheta Michæas longè ante præcinuit: *Nolite credere amico: & nolite confidere in duce. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius.* Multi enim, qui rationem parentum suorum, aut filiorum plusquā par est, habendam esse ducunt, proculdubio pereunt.

Infra 18. Manum vel pedem, oculosve scandalizātes abscindat quis, & proijciat à se, vt Christus iubet.

Mich. 4. 7. Quibus minimè habendum, teste Propheta, & quare.

Matth. 10.

3 Crux quæ magna, Christi tamen amore tolerāda.

Rursus subdit: *Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, nō potest meus esse discipulus.* Quia enim durum est valde, & crux magna, renuntiare parentibus, filijs, & consanguineis, & maximè cupiditatibus carnis suæ; docet hāc crucem vnicuique portandam esse, & fortiter propter Christū tolerandā, ne nomen discipuli Christi amittat. Atque ita nomine crucis noli hoc loco intelligere trabē transuersam, sed metaphoricè tentationes, tribulationes, & persequutiones, quæ tū à carne propria, tū à consanguineis oriuntur, & molestiam ingentē, & cruciatum, adde etiā mētis perplexitatem, secum afferunt. Hæc autem crux baiulanda est post Christū, quando eius solius caussa portatur: quādo verò vitio nostro, aut peccatis in corpori, & animę discrimina incidimus, tunc non post Christum, sed post Satanam crucem baiulamus. Quoniam verò sequela Christi, siue discipulatus duplex est: & vnus quidē communis omnium Christianorum præcepta Dei obseruantium, & in communi paupertate possidentiū quasi non possidentium, & in vnius vxoris casti-

Baiulare crucem suam, quid.

Crucem post Christū quando baiulemus.

Crucem post Satanā quando oportemus.

Sequela seu discipulatus Christi duplex.

1. Cor. 9.

tatem, & ad superiores suos obedientia. aliùs verò strictior, & perfectior, eorum videlicet, qui perfectionis Christianæ, aut acquirendæ, aut diffundēdæ statum profitētur, & votis quibusdam ad illum seruandum obligantur: ostendit Dominus, non satis esse si quis bene incipiat, & postea vbi cœperit, à sequela deficiat, vel retrocedat.

4 Theophylactus in Lucam.

Atque ita scopus præsentis parabolæ breuiter his verbis a Theophylacto cōprehensus est: *Per parabolā*, inquit, *turris docet nos Dominus, vt hi qui semel delegerint se sequi, ne solum iaciant fundamentum, hoc est, ne incipiant tantùm sequi, & postea finem non imponant, vt ij qui non habent sufficientem alacritatis præparationem. Tales fuerunt hi, de quibus Euangelista Ioannes dicit, Multi igitur ex discipulis eius abierunt retrorsum.* Hæc ille. Christus etiam ipse hoc loco voluit nobis apertioribus verbis ostendere, cur hospites illi vocati ad magnam cœnam non peruenerint: quia scilicet amauerunt prædia, iumenta, & vxores suas plusquam Christum. Et hactenus de scopo.

Ioan. 6.

5 Parabolæ seu historicus, seu literalis exponitur.

In cortice literæ nihil aliud ocurrit adnotandum, nisi quod Dominus ad perseuerantiam in sequela suā exhortaturus, duas proponit similitudines, alteram de ædificante turrim, alteram de ineundo prælio cum aduersario Rege. In ædificando enim, & militando, magnis opus est expensis, & numerosa pecunia, & semper duplo, aut triplo maiores fiunt sumptus ab hominibus, quam antea præmeditati erant: vt iam palatium magnum construere non sit nisi ditissimi, & opulenti, & qui honoris sui gratia nolit imperfectum opus relinquere. Ad bellum vero gerendum, quanta pecunia opus sit, illud ostendit quod dici solet, *Nervus belli est pecunia.* Testatur etiam M. Crassus Romanorum opulentissimus, ac ditissimus, qui nullum diuitem habendum dicebat, nisi illum tantum, qui exercitum alere posset.

Ædificandi, belligerandique difficultates.

6 Applicatio huius parabolæ.

Applicatio huius parabolæ ad sensum principalem difficilis quibusdam visa est, nec opus esse, vt singulas partes discu-

bolæ, sensusque principalis vnde nō nullis admodum difficilis apparcat.

discutiamus: videlicet quid sit turris, quid sedere, qui sumptus, quid computare, quod fundamentum, qui denique illusores: sed satis esse, neminem inconsultò debere sese in seruitium Christi dedere, sed prius semetipsos discutere, atque interiora sua explorare, num possint durissima quæque pro Christo pati, & charissima quæque pro eodem relinquere. Sic Sapiens admonet: *Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem:* & filijs Zebedæi petentibus honoratiorem locum in regno Dei, respondit Dominus, Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?

Eccle. 2.

Matt. 20.

7 Vtraque hęc parabola, de turris videlicet ædificio, & de bello, ad duplicem statum perfectionis Euangelicæ vt valeat accommodari.

Sed nihilominus, vt à principio diximus, si hæc omnia, quæ in parabolis inducuntur, commodè possunt applicari ab aliquo, non est illi inuidendum, nec quod cum ratione dicatur, refpuēdum. Vtraque enim parabola & de ædificio, & de bello, ad literam est de statu perfectionis explicanda, siue status perfectionis sumatur pro perfectione Christianæ vitæ, ad quam omnes seruandam lege Christi obstringuntur, quia status perfectionis est, si conferatur ad statum legis Moysis imperfectum. Et hac ratione potest ad populum, & viam communem præceptorum profitentes accōmodari. In quo statu turris construenda, charitas est seruans præcepta. Potest etiam applicari ad statum perfectionis Euangelicæ, siue cōparandæ, vt in omnibus probatis regulis plerique vtriusq; sexus ad illam contendunt; siue sit perfectionis iam comparatę, & in alios diffundendæ, & communicandæ, quales sunt omnes animarum regimini deputati, siue Episcopi, siue alio quocunque nomine appellentur.

8 Alter status.

Secundus autem status supra primum prædictum consilia Euangelica arctioris paupertatis, cœlibatus, & Obedientiæ complectitur. Et cum Religiones peculiares aliæ quidem actioni, aliæ verò contemplationi, & aliæ mixtim vtrique vacare dignoscantur, Prælatos etiā ouium curæ præpositos, vt fructum maturum, & perfectum edant, in vtraq; vita, & actiua, & contemplatiua exercitatos esse oportet: meritò duas parabolas producit, alteram de turri ædificanda, quæ vitæ contemplatiuæ est symbolum, nā turris longè speculatur, alteram verò de ineundo bello contra aduersariū Regem, quæ actiuæ vitæ typū gerit. Certare enim cum aduersarijs, & pugnare contra proprias cupiditates, & vitia, eorū est, qui tyrones sunt in via Dei, & vitæ perfectæ quasi prima elementa versant.

Turris mystice quid.

Propriis cupiditatibus obsistere, quorum sit.

9

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare. Circa hanc parabolam multa egregia docet Augustinus epistola. 38. ad Lætum. Ab interrogatione exorditur, vt significet raros esse, qui culmen perfectionis appetant. Et per voluntatem ædificandi, propositum intelligit: propositum enim boni, conducit ad boni operis inchoationem, & inchoatio ad consummationem. Turris à tuendo dicitur, altaque est, & super alia communia ædificia eleuata: in eaque solent exploratores manere, vt annuntient de aduentu hostium, vel vt fures & latrones prodant ad exterminandam vineam ingredientes. Vnde alibi in medio vineę turris construitur, quæ & fructus collectos seruet, & ab inuasoribus, dum pendent ex vitibus, custodiat. In turrim etiā se recipiunt homines tempore belli, vt ibi tuti permaneant. Babylonij turrim condiderunt, qua ab aquarū inundatione se defenderent. Est etiam turris ornamentum ciuitatis: vnde Propheta celebrat ciuitatem Hierusalem à turribus, cum ait: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* Hæc turris primò significat charitatem, *qua vinculum est perfectionis*, teste Apostolo, & supereminens omnibus alijs virtutibus, tanquam ædificijs, vt meritò idem Paulus dicat: *Maior autem horum est charitas.* Tueturque ab hostibus, & fructus bonorum operum seruat: atque in ea virtute collocati longè speculamur, vt vineam corporis, & animæ nostræ custodiamus. Hanc turrim per bonorum operum studium fabricamus: merentur autem opera bona incrementum charitatis. Est quemadmodum Noë prius construxit arcam, deinde in ea inclusus

Boni propositum quid conferat.

Turris vnde dicatur: eius conditiones, & vsus.

Isa. 5.

Matt. 22.

Psal. 121.

Charitas cur turri comparatur.

Coloss. 3.

1. Cor. 13.

Turris charitatis ex quibus construitur.

Gen. 6. & seq.

à diluuio

Infra 7. Ad charitatis turrim ædificandam duo necessario requiruntur.

à diluuio seruatus est, ita virtutem charitatis, per quam vnam salui efficimur, construimus. Ad hanc autem fabricandam, oportet priùs sedentem computare sumptus, qui necessarij sunt ad eius perfectionem: vt videlicet quisque diligenter consideret nihil se habere in bonis, nisi de cœlo sumptus suppeditentur, & agnoscat naturam pauperem, & imbecillam ad tantæ fabricę erectionem, quæ in Diuinæ legis obseruantia consistit, ex qua Charitas tanquam turris exurgit. Duo ergo maximè necessaria sunt ad hanc turrim fabricandam: alterum, cognitio paupertatis propriæ, & cognitio bonitatis & opulentię Diuinę; alterum est, de proprijs viribus diffidentia, & fiducia in Deum potentē, & misericordem. Qui autem se ipsos diuites, tantumque in bonis se habere existimant, ac proinde naturę suę viribus fidunt, & sapientiæ suę tantum tribuunt, vt hanc turrim fabricare se posse confidant, profectò pernicioſe falluntur, vt Pelagiani fallebantur. Necessumque est tale charitatis ædificium minimè surgere posse, & necessariò iste incurret in illusores, qui dicent: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare:* &, *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine diuitiarum suarum, & prævalvit in vanitate sua.* Secundò, est turris perfectionis acquirendę, quę peculiaris quędam, & probata est Religio, in qua secundùm regularem obseruantiam viuitur. Hæc autem omnes suos filios tuetur nō solum à peccatis, sed etiam à peccandi occasionibus. Supereminet cæteris ædificijs turris Religionis: quia præter præcepta, seruat etiam consilia. Sunt etiam Religiones ornamentum magnum Ecclesię Dei, propter earum varietatem: nam sunt quę fœminis deseruiunt, sunt quę viris, & inter viros quę actioni, sunt quę contemplationi vacant. Et in actione, alię militię, alię hospitalitati, alię doctrinę, alię captiuorum redemptioni intentę sunt, & vt turres protegunt ędificia sibi proximasita Religiosi munimentum præstant laicis, & in vita communi degentibus, quia illis partim exemplo, partim precibus, & sacrificijs opitulantur. De hac turri intelligi potest verbum in libro Canticorum, *Sicut turris Dauid collum tuum quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Dauid turris dicitur, id est, Christi, interpretatur enim Dauid, manu fortis, & dilectus. Et Christus ad vitam actiuam fortis est, ad contemplationem dilectus, & aspectu delectabilis. Habet Religio propugnacula sua precationum, & sacrificiorum: habet clypeos, id est, doctrinam, exemplum contemptus mundi, silentium, solitudinem, castitatem, paupertatem, & obedientiam: habet armaturam fortium, id est, exempla omnium Sanctorum Patrum, qui magna ex parte perfectionem monasticam coluerunt. An non tales cernimus Basilium, Antonium, Hieronymum, Augustinum, Benedictum, & Bernardum? an non multos insignes Martyres, fortes Confessores, & illustres Virgines? Ad hanc turrim fabricandam nemo temere accedere debet, nisi prius sederit, & computauerit sumptus, qui necessarij sunt, explorando proprias vires, & periculū faciendo, an tantum habeat in bonis, vt perseuerare possit vsque in finem. Propterea sanctè institutum est, vt annus vnus saltem probationis in fauorem tyronis Religiosi, & Religionis cōcessus, præcedat solennem votorum emissionem. In hac autem meditatione, non tantùm homo respicere debet ad ea virtutum merita, quæ habet, vel ad naturā, vel proprias vires, sed ad Dei bonitatē, & Christi gratiam, quā amplè omnibus volentibus offert: plusque nobis polliceri possumus de eius liberalitate, & clementia, quam metuere de nostra inconstantia. Sed vbi homo nō potest sibi tantum polliceri, consultius est ante professionē, sine aliorū offensione, & proprio scrupulo exire, quam post emissa vota, vnde perpetuò cum angustia & apostasiæ criminis suspicione, atq; cum aliorū scandalo vitam degat. Nam de illo tunc verè dicetur, *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare*; siue verius, noluit consummare.

Quanti sibi arrogarent Pelagiani.

Eorum illusores.

Psal. 51.

Ordines Religiosi quas ob causas turres nominentur.

Matt. 19.

Religionum varietas in Ecclesia Dei admirabilis.

Cant. 4. Ordines Religiosorum vt sint Turris Dauid.

Mille clypei quinam sint pendentes ex ea.

Quæ verò omnis armatura fortis.

Eam turrim Religionis cōstruere volentes, sedendo quomodo sumptus necessarios cōputabunt, ad perficiendum.

Sumptus illi, quales erūt.

Proinde

10 In eos, qui pueros & puellas necdum discernendi perfectam habentes ætatem ad vouendū compellunt,

Proinde magnopere reprehendendi veniunt, qui pueros, & puellas vix annos perfectæ discretionis, & vsum rationis habentes, ad inconsideratè vouēdum & promittendum inducunt. Nam etsi cœlibatus præstantior sit matrimonio, & vita Religiosa, quam vita communis: hæc tamen talia, & tanta onera nullus nisi sponte sua & vltro propter Deum subire debet. Grauissimè etiam peccant parentes, qui filios suos, & filias per vim detrudūt in monasteria, & blanditijs ad profitendam Religionem, quam non intelligunt, compellunt: ex quo multa scandala in Religionibus oriuntur. Et cùm id quod promittunt, postea non præstant, in causſa est vt Hæretici insaniant, & doceant fieri nō posſe, quæ in professione promittūtur. Sed profectò, ex eo nō rectè colligitur, propterea factu esſe impoſsibile, quod multi non faciunt: quin potius rectius ratiocinamur: Hæc quæ promiſſa sunt, nonnulli faciunt, ergo poſsibilia factu esſe deprehenduntur. Fundamentū eius turris ponitur per solennium votorum emiſsionem.

Qui parētes etiam filios, & filias ad Religionem profitendam compellunt, quāto se scelere obstringant.

Quām ineptè Hæretici colligant, ideo quod Euangelica consilia pleriq; non præstant, impoſsibilia esſe propterea.

11 Religiosæ vitæ turrim inceptā non consummantes, quos patiantur illusores.

Incipiunt illudere dæmones, qui omnes noſtros actus obſeruant, & de noſtris malis gratulātur: & illudunt etiam per alios homines, quos suſcitant, & dicunt, *Hic homo cœpit ædificare*: quaſi dicant, debuit se agnoſcere hominem, & non tentantem opera supra vires suas. Turris enim ædificium inchoatum, nec dum perfectum, inhabitari nō valet, nec ad quicquam est vtile, niſi vt sit spectaculum prætereuntibus, & argumentum deriſionis. Perficietur autem hæc illuſio in inferno, vt Propheta sperans se euaſurum eiuſmodi deriſionem, dicat: *Deus meus, in te confido, non erubeſcam. Neque irrideant me inimici mei.* Hæc est turris illa Siloë, quæ cecidit super illos decem & octo viros, & compreſsit eos, vel potiùs ipſi, qui de turri decidentes, interitum æternum, & illuſionē incurrunt.

Eiuſmodi homines perfectè illudentur quando.

Luc. 13. *Pſal.* 24.

12 Episcopatus turri comparatur multis de cauſis.

Tertia turris perfectionis iam comparatæ, & in alios effundendæ est, cura paſtoralis, siue Episcopatus: atque hæc repræſentata est in turri in medio vineæ conſtructa. Quid enim aliud est Episcopus, aut domus paſtoris, quàm aſylum quoddam, & ciuitas refugij, ad quam se recipiant omnes, qui ignoratione doctrinæ Dei tenentur, aut peccatorum onere grauantur, aut paupertate ſpirituali, aut temporali premuntur? Paſtoris est se turrim agnoſcere, & patrocinium, & tutelam omnibus exhibere. Debet altitudine charitatis, & ſanctitatis reliquos præcellere, & in ea, quaſi in turri ſpeculari qui veniant, & qui egrediantur, Debet arcere lupos, & alias beſtias ad deuaſtandam vineam ingredientes, id est, Hæreticos, & falſa dogmata diſſeminantes, ne dici de illo poſsit: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineā meā non cuſtodiui.* In libro Canticorum collum, naſus, & vbera Sponſæ, turri comparantur: *Collum*, inquit, *tuum, ſicut turris eburnea.* Prælatus enim collum est: quia vt collum cætera membra cum capite coniungit, ita fideles, qui membra sunt Chriſti, per Paſtorem suum, quem iubentur audire, coniunguntur Chriſto. Et comparatur turri eburneæ, ob candorem, & fortitudinem caſtitatis internæ, & externæ. Rurſus ibidem dicitur: *Naſus tuus, ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum*: quia paſtor debet vim habere diſcernendi fœtidum, & tetrum odorem hæreſis, & peccati, à suaui, & odorifero Fidei, & virtutis. Et debet esſe turris Libani, quæ interpretatur thus; siue incenſi, quia debet fortis esſe in oratione, quæ sicut incenſum dirigitur in conſpectu Dei. Debet reſpicere contra Damaſcum, quę interpretatur ſanguinis ſaccus, siue poculum; id est, contra dæmones, & eorū præcipuos miniſtros, præſertim hæreticos, qui ſanguinem animarum sitiunt, & ſanguinē Chriſti, quo empti sunt, perdere molluntur. Rurſus dicitur: *Vbera mea ſicut turris*: quia paſtores non debent carere lacte conſolationis quod filiolis præbeant, inſtar Pauli, qui dicebat: *Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam.* Debet autem duo vbera habere Episcopus, & quiuis paſtor: alterū quidem, quo preſenti remiſſione peccatorum, & gratia Dei filios conſoletur, alterum,

In Lupis qui ſignentur.

Cant. 1. *Infra* 7. Episcopus, & quiuis paſtor quare collum ſit.

Turrim epiſcopatus, paſtoratusve eccleſiaſtici ædificantes, quemadmodum ſedeant ad ſumptus computādos ad ſic inceſſuros, *Iſai.* 19. *Heb.* 6, *Num.* 17.

idem vt ſit turris eburnea, & turris Libani.

Turris Libani quid ſonet. *Pſal.* 140.

Damaſcus enim quid, & reſpectus turris Libani contra Damaſcum. *Cant.* 8.

Epiſcopi qui ſimiles Phaëtonti.

Vbera Epiſcopi cur ſint ſicut turris. 1. *Cor.* 3.

Quid Epiſcopi promittant in conſecratione ſua.

Paſtoris ſiue Epiſcopi vbera duo quænam ſint.

13 Turrim non Dominicam, ſed Babylonicam Epiſcopi, & paſtores qui cōſtituant.

alterum, quo ſpe vitæ æternæ eos alat. Et vtrumque vber debet esſe vt turris, quæ cœlum pertingat: quia Diuina gratia, & vitæ æternæ gloria de cœlo sunt, & fortiſſimos quoſque illa dona habētes reddunt.

Episcopi verò in aulis Principum neglecto grege habitantes, conuiuijs, crapulæ, aleæ, & venationi vacantes; vel fructus Epiſcopatus ad ditandos, & illuſtrandos conſanguineos conuertentes, pauperibus Chriſti, quibus verè debebantur, defraudatis, profectò turrim, non Dominicam, ſed Babylonicam cōſtituunt, qua confuſionem æternam ſibi ipſis atque suis pariunt. Ad hanc turrim fabricandam debet quiſque ſedēs computare ſumptus neceſſarios, antequam tanto oneri humeros ſupponat: niſi enim ſingularem ſacrarum literarū cognitionem quis nactus ſit, & virtutum habitus profundè radicatos, ſanctitatemq; vitæ, & oratorij donum poſſideat, periculo manifeſto ſe exponit. Nec hæc quidem ſatis sunt, niſi adſit legitima, & Diuina vocatio, vt per oſtium ingrediatur, & non aliund: *Nem. enim ſibi aſſumit hunc honorem, neque ſe illo dignū arbitrari debet, niſi qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Propterea diligenter animaduertant, qui ad altiores gradus Eccleſiæ conſcendunt, ne philautia in ſuis viribus ponderandis decipiantur, ne vbi ſemel Episcopatū acceptauerint, gubernationis animarum ignari, inſtar cuiuſdam Phaëtontis currum paternū regere neſcientis, ſe & oues ſuas præcipitent, ac perdant. Agnoſcāt præterea quid in cōſecratione promittant, quòd ad prædicandum populo ſuo mittantur, & ad reſidentiam fructuoſam in Eccleſijs ſuis ſeruandam lege teneantur: denique ad omnia officia boni paſtoris ouibus ſuis præſtanda obſtringantur: &, quod faſtigium est, ſibi ſaluē conſtare non poſſe, niſi alios, quantum in ſe est, ſaluos fecerint: quemadmodū neque nauta ſaluus fieri poteſt, niſi nauim tempeſtatibus agitatā, quā regit, induſtria ſua, & fortitudine ſeruauerit. Quiſq, ergo prius ſedēs ſumptus computet, partes boni Epiſcopo neceſſarias, an ſibi inſint, meditando, ne poſtquam poſuerit fundamētum, officium paſtoris amplectendo, & conſecrationem acceptando, deprehendat se poſtea imperitum, & ad regendas habenas ineptum: ita vt turrim cœptam perficere non valens, vel gradu per vim deijciatur, vt ille, cui Dominus comminatur: *Venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris*; aut ipſe ſponte, & conſcientia ſtimulante, Eccleſiam ſuam deſerat, & ludibrio, & vocibus aliorum ſe exponat, qui illudentes dicant, *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.* Væ ergo promouentibus pueros, qui vix nouerunt ſe ipſos regere, aut ſacrarum rerum imperitos, aut hæreſis crimine, vel alijs ſcandaloſis flagitijs contaminatos. Et hæc ſatis de prima parabola.

Apoc. 2.

1. *Tim.* 3.

Sequitur ſecunda: *Aut quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium Regē, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt.* Admonent quidam, Dominum has parabolas dixiſſe, vt priùs homines explorent vires ſuas, quā munus ædificandi alios ſuſcipiant, vt ſacerdotij, & Episcopatus, & videant an, poſſint reſiſtere hoſtibus, tam domeſticis, quam externis, tam proprijs, quam eorum quos ſuſceperint defendendos, & inſtituendos. Quas parabolas rectè, & immediate ſequitur illa ſalis, quam Doctoribus, & Episcopis nouimus conuenire. Vt ergo prior parabola ad contemplationis perfectionem; ita hæc poſterior Regis euntis in bellum, ad actionis excellentiam ſpectat. Nam vt olim Iudæi ſimul muros Hieruſalem altera manu conſtruebant, & altera gladium ad pugnam tenebant, ita fideles omnes, ſed præcipuè qui perfectionis artem profitentur, ſic debent virtutum opera ædificare, vt ſibi ſciant esſe certandum cum internis vitiorum affectibus, & interdum cum externis aliorum peccatis reſecandis: ita vt magna ratione has duas parabolas, ædificantis, & bellantis, Chriſtus coniunxerit. Duplex autem poteſt esſe huius parabolæ ſenſus.

14 Parabola Regis volentis committere bellum cum alio Rege, quorſum rem dat ſecundō aliquos.

2. *Eſd.* 4. Iudæi olim muros Hieruſalem vna manu ædificantes, & altera gladium tenētes quid præfigurārēt.

Huius parabolæ Regi

Bestiantis primus sensus de mundo.

sus. Primus, vt Rex veniens cum viginti millibus, mundus sit cum eius principe Satana, qui duplicata potentia vrget hominem statum perfectioris iustitiæ profiteri volentem, vt non solum datam in professione consiliorum fidem perfringat, verum etiam alia quæ communiter cunctis sunt interdicta, transgrediatur. Debet ergo Rex ille, qui habet decem millia (quisque enim natura Regulus est, gratia verò Rex, & vt violentus regnum cœlorum capere debet) sobriè & quietè expendere, an possit illi cum illo numero occurrere: & si non potest, rogat pacem, consentiens ex parte cum mundo, nec se obligare ad consilia, sed tantum admittere præcepta communia. Et ita Cassianus libro de spiritu Phylargyriæ interpretatur. Hic cum decem millibus, ille cum viginti millibus describitur: quia amplior vitiorum nos impugnantium numerus est, quam virtutum pro nobis dimicantium. Rursus duplicato exercitu aggreditur Satanas Episcopatus, siue pastoris officium acceptantem, vt non solum salutem eius periculo exponat, sed etiam totius populi sibi commissi iacturam faciat. Iam prudentis viri est diligenter explorare, antequam ad pastoratum se assumi permittat, an possit fortiter Satanæ, & mundo resistere; & se ipsum cum suo grege saluum facere. Sin verò in bonis tantum non habeat, nec tanta fortitudine præstet, legationem mittit, humiliter deprecans eos qui eius promotionem vrgent, vt excusatum habeant onus subire detrectantem: & satius esse ducit pacificè viuere, & se ipsum seruare, quàm se cũ Ecclesia commissa perdere.

Matt. 11.

Cass. libr. 7. De spiritu phylargyriæ, c. 15.

15 Alter sensus congruentior de Christo.

Alter sensus accommodatior videtur, vt Rex veniens cum viginti millibus, sit Dominus Iesus, verus Rex Israël, & Rex Iudeorum, qui cum pro nobis posuerit animam, ac propterea viginti millia expenderit, debitores nos constituit tantundem pendendi. Qui ob id dicitur contra nos venire, exposcens à nobis, vt parem gratiam, & perfectionem vitam aggrediamur, qui status est decem millium: nec enim possumus habere viginti millia, sicut ipse. Omnis enim nostra perfectio minor est tua: nã omnia nostra tua sunt: & habet præterea quædam propria, in quibus partem non habemus. Iterum duplicato numero venit, qui omnia fecit ex charitate Patris, & in charitatem hominis, & nihil nobis debebat, nos autem omnia debemus, & non solùm ex charitate, sed ex debito facere obstringimur. Debemus ergo prius pensare, an valeamus statum perfectionis aggredi, quem gratus animus postularet. Quod si non valemus, sapienter rogabimus pacem, legationem mittentes, vt dimittat nos permanere in statu communi: & ipse faciet, aut si non fecerit, præstabit vires ad perficiendum, quod ipse voluerit.

Christus quare cõtra nos venit, & cum decem millibus.

Idem cum viginti millibus ad nos venit quando.

Non valetes resistere ei, quomodo rogant ea quæ pacis sunt.

16 Et concludit Dominus: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Epiparabola est, siue prædictarum parabolarum fructus. Et applicatio obscura videtur, quoniam id quod dicitur in parabolis faciendum volentis ædificare, vel exire in pugnam, nempe supputare sumptus, non conueniat, vel similitudinem habeat cum eo quod concludit, id est, renuntiare omnibus quæ possidet: præsertim cum à principio proposuerit odium parentum, & amicorum, & crucem baiulandam, & voluerit probare illa per parabolas adductas. Quomodò ergo nunc infert renũtiationem omnium bonorum, quæ quisque possidet? Sed dicendum, illud, Sic, significare non solum parabolarum applicationem, sed etiam illius odij amicorum, & baiulandæ crucis explicationem. Satis enim se ostendit odisse amicos, & animam suam, qui renuntiat omnibus quæ possidet, & cum Petro dicit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Ille ergo non potest esse verus discipulus Christi, quod est turrim ædificare, & occurrere Regi venienti contra nos, nisi cum actu, vel saltem affectu omnibus quæ possidet, renuntiauerit: quod est parare expensas turris erigendæ, & habere decem millia, quibus occurrat Regi contra se venienti:

Et hoc

Luc. 14.

Matth. 19.

Renũtiat omnibus quæ possidet, vere quia.

Matth. 7. Duobus dominis seruire, quid.

Et hoc est, quia *nemo potest duobus dominis seruire*, hoc est, diuitijs, amicis, & cõsanguineis, & Christo, in aliquo perfectionis acquisitæ, vel acquirendæ statu. Nam requirit totum hominem, & indiuisum cura pastoralis, secũdum illud, 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.* Vita etiam regularis, & perfecta hominem nudum, non tantum parentibus, & diuitijs, sed etiam omnibus carnis, & seculi huius affectibus renuntiantem requirit.

2. Tim. 2.

17 Vvicleffi & apostatæ Iuliani in hunc locũ de abdicatione rerum, duo inter se contraria dogmata confutantur

Aduerte autem, ex his verbis prauè intellectis Vvicleffum hæreticum voluisse, vt omnes sacerdotes & clerici, omnibus bonis renuntiarent, & in summa paupertate viuerent: at Imperator Iulianus ex his verbis colligebat, omnes vtriusque sexus fideles, actu, & re ipsa ad paupertatem colendam obstringi, vt insinuat Gregorius Nazianzenus oratione 1. inuectiua in Iulianum: & sessione 8. Concilij Constantiensis damnatur hic decimus articulus Ioan. Vvicleffi: Contra Scripturam sacram est, quòd viri Ecclesiastici habeant possessiones. Sed vtrumque falsum est, & à Fide Catholica alienum dogma. Nam clericos, & sacerdotes, siue Episcopos, non decet mendicorum sordidam vitam agere, & Episcopos ad pauperes alendos, & Ecclesiam suam honestè gubernandam decet esse diuites administros, & dispensatores: soli religiosi ad paupertatem quam promittunt seruandam, voti lege tenentur. Quòd si producas testimonium Chrysostomi in Matthæum, dicentis, *Veniat in mentem vobis, octo millia Leuitarum Iudæos alere solitos fuisse, & cum his viduas, & parentibus orbos, præterea muneribus, & tributis subiectos, militiæ quoque operam dedisse: nunc autem agros, domos, locationes, vehicula, equos, mulos, multaq; alia huiusmodi propter vos, & vestram crudelitatem Ecclesia possidet. Oportebat enim hunc Ecclesiæ thesaurum vos retinere, ac Ecclesiam non paruos ex vestra deuotione consequi fructus. Modo autem duo quædam mala committuntur. Nam & vos quasi nihil dare debebatis, nihil confertis; & Dei sacerdotes à sacerdotio aliena pertractant. An non poterant etiã tempore Apostolorum domus, & agri ab Ecclesia possideri? Cuius igitur rei gratia vendentes pecuniam offerebant? Quia id multo melius erat profecto.* Et infrà: *Illud Euangelicum: Vade, ac vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. opportunè nunc ad Ecclesiæ præsides, propter latas Ecclesiarum possessiones. & meritò dici potest. Non enim sequi Christum aliter possumus, nisi omnis secularis curæ simus expertes. Nunc verò, proh dolor, vindemiæ, ac messi, Dei sacerdotes, & venditioni, ac emptioni fructuum assistunt, &c.* In priorem ad Timotheum: *Oportet*, inquit, *Doctoribus necessarium fructum affatim ministrari, ne deficiant, neque soluantur, neque nimis occupati, magnis seipsos, atque alios priuent, vt spiritalia operentur, nullam secularium habentes rationem.* Et infrà: *Ego Ecclesia præsules, audenter dixerim, nihil præter victum, ac vestitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio.* Sed certè Chrysostomus his verbis non damnat in clericis diuitiarum possessiones, sed causam potius, ob quam Episcopi diuitias administrare cogerentur, quæ erat diuitum inclementia, & crudelitas, qui vt se subducerent à molesta cura prouidendi, & distribuendi necessaria quotidianis vsibus clericorum, constituerant præsidibus certa prædia, ac villas, eosque adegerant, vt ex eis sibi ipsis, & pauperibus prospicerent: quod merito reprehendit hic Doctor, quia clerici compellebantur ob curam temporalium spirituales, & sacerdotales functiones dimittere: sicut etiam olim Apostoli cõquesti sunt: *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Secundò, non obstat Hieronymus in libello de vita clericorum, & sacerdotũ ad Nepotianum, sub initium dicens: *Clericus qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros Græcè, sors Latinè appellatur: propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse*

Matth. 19.

Idem homil. 15. in priorẽ ad Timothe. aliquanto ante medium tom. 4.

Quæ sit mẽs Chrysostomi, in clericis diuitiarum possessiones dãnantis.

Act. 6.

B. Hieronym. tom. 1.

Clericus quid sonet teste Hieronymo.

Chryso. homil. 50. in Matth. post med. aliquanto, tom. 2. Iudei quot millia Leuitarum alerent præter laicos.

Ab illis qui degenerauerant tempore B Chrysostomi.

Dominus sors, id est, pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit, Dominus pars hereditatis meæ, nihil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus, Dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hereditatis eius: nec accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi Leuita, & Sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor: habens victum & vestitum his contentus ero, & nudam Crucem nudus sequar. Hactenus Hieronymus. Cui respondet B. Thomas, Hieronymum non hæc pronuntiasse aduersus clericos, qui diuitiarum possessione rectè vtuntur, sed contra eos, qui illa abutuntur, ita diuitijs inhærendo, vt pietatis studium, ac Dei cultum negligant, cùm spiritualiũ cura prior, ac potior esse deberet in Episcopis. Sunt etiam qui Hieronymum putant illis verbis non præceptum, sed consiliũ clericis exhibuisse, & conatum clericos in eam partem inflectere, vt nil possiderent, quo saltem in medio consisterent, more eorum, qui extrema exigũt, vt mediocria impetrent: & sequens eorum exemplum, qui arborem in læuam partem inflexam in dexteram violenter detorquent, vt ipsa sponte sua ad medium, id est, ad rectam spiritus proceritatem reuertatur.

Psal. 15. *Deut.* 32. 1. *Cor.* 9. 1. *Tim.* 6. *B. Thom.* 2. 2. *q.* 85. *tom.* 11. *p.* 2. Quibus clericis Hieronymus dixerit, debere esse sola decimarũ oblatione contentos. Alter sensus verborũ Hieronymi.

12 *Matth.* 5. Ad quid similitudinẽ quoque salis inducta.

Subdit autem Dominus tertiam parabolã: *Bonum est sal: si autem sal quoque euanuerit, in quo condietur? neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.* Adiunxit Dominus hanc coronidem de sale, cuius vsus est communis & familiaris, vt per eam intelligamus, sermonẽ habuisse de Doctoribus, & Episcopis, de quibus alibi dixit: *Vos estis sal terræ, &c.* Et ne de sale ipso tantum putarent esse sermonẽ, adiecit: *Qui habet aures audiendi, audiat*, id est, intelligat me metaphoricè de sale spirituali, hoc est, de profitentibus perfectioris iustitiæ statum sermonem habere. Illi enim quasi sal quidam sunt, omnem doctrinæ Christianæ cibum, & Sacramentorum, atque adeò insulsos & insipientes condiens, & putredinem omnem, siue fœtorem peccatorum suo exemplo resecans, atque perstringens.

Ibidem. Quid est: Qui habet aures audiendi, audiat.

19 Bonum sal quando. *Matth.* 5.

Bonum est sal: id est, bona res, & vtilis est sal, si vigorem habeat: quod si euanuerit, vigorem suum saliendi amittendo, perditum, nec recuperare vim suam valet, nec vllius vsus sit, nec in terram, nec in sterquilinium vtile sit proijci, in quod tamen omnia corrupta proijciuntur, vt tantùm superfit ab hominibus conculcandum. Quod si fortè hic sal spiritualis ab acrimonia sua excidat, & a virtute saliendi, cùm superiores non habeant à quibus condiantur, vel si habent, non sinant se condiri: tales profectò neque terræ, neque sterquilinio sunt vtiles: id est, neque bonis, neque malis adiumentum adferũt: atque adeo neque sibi ipsis vtiles sunt, sed digni qui mittantur foras, id est, priuentur officio quod administrant, vel Religionem deserant quam profitentur: & tanquam apostatæ digito ostendantur, & voce Euangelica illudantur, *Hic homo cæpit ædificare, & non potuit consummare*. Rursus, vt vtrique retrocedentes, & ad bona seculi quæ dimiserant, aspicientes, & aspirantes, cum vxore Loth in statuam salis conuertantur, & deplorandum sui casus omnibus videntibus spectaculum reddant. Omnes igitur constanter viam Dei, quã ingressi sumus, perficere cõtendamus, & ad destinatum brauium supernæ vocationis consummandum Christi gratia, & fauore nitentes, perseueranter aspiremus, scientes, solos perseueran-

Sal spiritualis quando neque terræ neque sterquilinio vtilis existat.

Idem sal vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus.

Gen. 19.

Philip. 3.

tes coronari à Domino Iesu, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honor, gloria, & imperium in perpetuis seculis, Amen.

Perseuerantia sola coronatur.

TRACTA-

TRACTATVS. XXV.

In parabolam pastoris habentis centum oues, & vnius ex illis perditæ. Et habetur Mat. 18. & Luc. 15.

QVIS ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam?

1 Christi mos. *Luc.* 19.

Primo loco præmittere oportet, bis à Domino fuisse propositam hanc parabolam, semel apud discipulos Matth. 18. cum tractaret de non contemnendis pusillis, quorum Angeli semper vident faciem Patris, qui in cœlis est. Venit enim Filius hominis saluare, quod perierat. Et tunc subdit: *Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, &c.* Deinde verò coram Pharisæis de eius misericordia murmurantibus, quod cum peccatoribus manducaret, & biberet, eandem replicauit: sed nouum non est, vnam & eandem veritatem pluribus locis, & diuersis negotijs patrocinari: sed Apostolis quidem illam protulit, vt ostenderet, quanto studio, & amoris magnitudine salutem hominum sitiret; hic verò vt Pharisæorum obtrectantium ora comprimeret. Et volui hoc loco magis eam edisserere, quam in priori Matthæi, quia tractata hic simul cum alijs duabus ad eundem scopum dictis magis illustrabitur. Quod vt magis intelligamus, & scopum, quo tendat, coniectemus, prælibanda sunt quæ paullò ante illam beatus Lucas enarrat. *Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens, Quis ex vobis homo, &c.* Continet ergo hoc Euangelium morem quendam Domini Iesu, qui non tantum ei secundùm humanitatem, sed etiam secũdum Diuinitatem maximè conuenit, videlicet benignè, & clementer excipiendi peccatores ad se redeuntes: quem cùm Pharisæi, & Scribæ non intelligerent, & propterea reprehenderent, ostendit Dominus cum ratione & iustitia esse coniunctum tribus propositis parabolis, quæ omnes vno cursu, & sine interruptione à Domino pronuntiatæ fuerunt: nempe pastoris habentis centum oues, & vnius amissæ; mulieris sapientis habentis decem drachmas, & vnius ex illis perditæ; & parentis habentis duos filios, quorum iunior abiens in regionem longinquam, & tamẽ rediens ad parentem magno cum gaudio exceptus est.

Christi, tum Dei, tum hominis proprium quid.

Duo autem dubia circa hæc verba occurrunt. Alterum est, quomodò peccatores ad Iesum appropinquent, cũ scriptum sit: *Longè a peccatoribus salus: &, Non accedet ad te malum, & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo?* Secundo, quomodo veniebant vt audirent eum, cum non satis sit audire, & Paulus asserat: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabũtur.* Ad primum dicendum, quod etsi peccator, vt peccator est, possit adire Iesum eo animo vt capiat eum in sermone, vel vt delectetur sermone suo, & signis quæ edebat, vel vt vtilitatem aliquam corpoream accipiat, vt panem, & corporis salutem, & similia: cæterũ bene ad Iesum accedere, non est peccatoris, vt talis est, quemadmodũ nec tenebrarum est accedere ad lumẽ, vel frigoris ad calorem, vel infirmitatis ad salutem, sed potius peccatoris est ad similẽ sibi peccatorem tendere. Quod ergo peccatores venirent ad Iesum, Dei trahentis erat, qui bonam naturam, & à se conditam, per spiritualẽ quandam suauitatem, & internã dulcedinem, iuuantibus Angelis, & ipsa lenocinãte humanitate ad Iesũ inuitabat. Appropinquabãt ergo peccatores Deo per pœnitentiã, & Christus eis appropinquabat per gratiã, secũdũ illud: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*: & rursus: *Pœnitentiam*

2 Duplex difficultas proponitur. *Psal.* 118. *Psal.* 90. *Rom.* 2.

Cum longè sit a peccatoribus salus, quomodo peccatores appropinquabant ad Iesum.

Quare peccatores venirent ad Iesum, & quomodo.

Isa. 4. *Matth.* 4.

nitentiã agite, appropinquabit enim Regnum cælorum: quia pœnitentibus offertur gratia Regni cœlorũ: quemadmodum si accesseris ad imaginem speculo repræsentatam, eo magis ad te accedit imago, si recesseris, elongatur. Est enim Deus speculum sine macula. Ad hæc, vt nauis quo magis accedit ad littus, eo magis littus nauí appropinquat: ita peccator per pœnitentiam ad Deum accedit, & eo Deus fit illi propinquior. Appropinquat autem peccator ad Deum, per similitudinem quandam cognitionis, & amoris impressam. Vt enim ferrũ quãdiu est frigidum, cum alio calido ferro vniri non potest, nec ad id appropinquare valet, ita vt fiat vnum: cum autem vtrumq; calidum est, facilè ex duobus fit vnum: ita homo per peccatum frigidus, cum Deo vniri non potest: at si per pœnitentiam peccatorum, quæ dilectionem continet, incalescat, facilè Deo coniungetur, iuxta illud: *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est*, cum eo scilicet. Atque in hunc modum scribit Augustinus in Psalmos: *Neque enim, fratres, Deo qui vbique est, & nullo continetur loco, aut per loca propinquamus, vt per loca ab eo remouemur. Propinquare illi, est similem illi fieri: recedere ab illo, dissimilem illi fieri. Nonne cum vides duas res prope similes, dicis, Propinquat hæc illi. & quando tibi dissimilia demonstrantur, quamuis vno loco, & plerunque vna manu teneantur, dicis, Longè est hæc species ab illa.* Hactenus Augustinus.

Primum exẽplum peccatoris Deo appropinquantis.

Sap 7.

Secundum.

Tertium.

Qua ratione homo peccator cũ Deo possit coniungi.

1. Cor. 6.

Augusti. in Psal. 34. *concione* 2. *tomo* 8.

Deo appropinquare quid & recedere ab eo.

3 Cũ factores legis, non auditores iusti sint apud Deũ, cur isti ad Iesum audiendũ dicũtur appropinquasse.

Rom. 2.

Matth. 22.

Supra 9.

Luc. 19.

Supra 7.

Ad secundum, dicendum, peccatores venisse ad audiendum Iesum, non ob curiositatem alendam, vt multi, nec ob malitiam, vt caperent eum in sermone, quemadmodum Pharisæi, sed vt audirent ad salutem, & in necessarijs obedirent, vt exemplum Matthæi, Zachæi, peccatricis, & aliorum ostendit. Nam Zachæus ex rapinis, & vsuris viuebat; & pauperum sanguinem auidus hauriebat; tamen cognito Christo, dimidium bonorum suorum tradidit pauperibus, & defraudatis quadruplum. Matthæus ex publicano Apostolus factus est, & Euangelista: nam recto animo audiendi verbum Dei recedebant, & propterea verbum Dei in illis fructum edebat. Quemadmodum enim vagina proportionem, & mensuram habere debet ad gladium quem vestit, ita ad gladium spiritus, quod est verbum Dei, quod rectum est, vaginam animæ, rectamque intentionem afferre oportet: & vt gladius rectus non intrat in curuam vaginam, *Sic in maleuolam animam non introibit sapientia.* Et quanquam non satis sit ad salutem verbum Dei audire, quia scriptum est: *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*: tamen initium salutis est audire: ex quo Fides, vt docet Apostolus, concipitur. *Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ.* Ex inuidia proficiscebatur hæc murmuratio: inuidorum enim est bonis detrahere, dum putant se solos saluos, & alios omnes peccatores. Et à ratione alienũ est, medico indignari infirmos, quos sanauerat suscipienti. Murmurabant ergo reprehendentes in eo, quod summè erat laudandum, & prædicandum. Deinde considera morem falsæ iustitiæ, quæ, vt tradit Magnus Gregorius, dedignationem habet aduersus peccatorem, non compassionem: contra quam ait Dominus per Prophetam: *Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat non quæsistis. Dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Vetus est hæc querela, nam apud Ezechielem dicitur: *Non est æqua via Domini.* Quasi Messias esset venturus ad profligandos peccatores: & tamen Dominus ostendit vias illorũ prauas esse, suam autem viam rectam esse, qua recipit peccatores resipiscentes, vt hic fecit. Quod si obijcias: Hac ipse lactari peccatores, peccata peccatis adijcient. Sed nondum cum exercitu veniebat Dominus vt vlturus rebelles, vt secundò veniet ad iudicium, sed vt nuntius Regis denuntiantis vindictam, nisi infra certum tempus pœnitentiam ageret. Hanc calumniam Pharisæorum describunt Matthæus, Marcus, ac Lucas. Cæterum videtur quòd iusta esset querela.

Quo animo isti peccatores ad Iesum audiendum accesserint.

Marc. 5.

Qualis meat esse debeat verbum Dei audituri.

Ephes. 6.

Sap. 1.

Qua ratione in malenolã animam non introeat sapientia,

Luc. 11.

Rom. 10.

Pharisæi vnde, & Scribæ murmuauerint, quòd Christus reciperet peccatores, & quã inique.

Grego. hom. 34. *super Euangelia. tom.* 2.

Falsæ iustitiæ ingenij, ex Gregorio,

Ezech. 34.

Supra 18.

Scribarum, & Pharisæorum qualis hæc querela de Christo:

Quia hic peccatores recipit, & mãducat cum illis.

Cum indulgentia vitiorũ soleat esse fomẽtum cur peccatores recipiebat Dominus

Matth. 9.

Marc. 2.

Luc. 5.

querela. Quemadmodum si Rex relictis sapientibus, & illustribus viris, cum cõtemptilibus rusticis, vel cum imperitis, & criminosis conuersaretur: cum tamẽ *melior sit vnus timens Deum, quam milia filij impij*: & Paulus ait: *Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini cum fornicarijs, &c.* Respondemus, communicare cum peccatore, vt eum in peccato foueat, & sustineat, vel vt vtatur peccato eius, & ad vitium trahatur, pessimum est: quẽadmodum fouere ægritudinem ægri, vel eam incautè contrahere, vel sinere se trahi ab existente in fossa, vel cum scandalo, & specie mali cum alijs versari. Cum autem talis quis est vt non polluatur macula aliena sed potius id agit, vt alterum à macula contracta purget, & sine scandalo, vel aliqua mali specie cum eo conuiuit, profecto bene facit, & charitatem Euangelicam profitetur.

Eccl. 16.

1. Cor. 5.

2. Thess. 3. Cõmunicare cum peccatore quando vitiosum sit, & quãdo laudabile.

Hierem. 15.

Christus autem peccata non fouebat, sed naturam bonam contra ea muniebat, quemadmodum Medicus naturam in morbum firmat: sed nec peccare poterat, sicut nec Sol sordibus nostris contaminatur. Ad hęc, de tanto & tali Propheta non poterat esse suspicio scandali ob eius cum peccatoribus consuetudinem. Contra Pharisæi naturam dedignabantur, nec si in vitio esset aliquo, curabant. Nec tantum Christus, quatenus homo est, fouet peccatores vt resipiscat, verùm etiam dulcedine spiritus, & blanditijs quibusdam allicit interdũ plusquam quosdam iustos, vt constat in Peccatrice, in Samaritana, in Adultera, in iuniore filio Prodigo, cui reuertenti splendidum conuiuium exhibetur: ita vt videatur Christus diligere odio habentes se, & odio habere diligentes se. Non ergo cum peccatoribus versari debet, nisi qui in bono, & virtute fortior est, quam alij in peccato, & malo sint fortes: nam à virtute maioris proportionis fit actio, vt tradunt Philosophi. Ita enim mali bonos non inficiunt: imò boni aliquid bonitatis imprimunt in malis, vt Dominus Iesus faciebat. Quod si ex officio suo homo debet errantes quærere, vt eos in viam reducat, ad hoc vt confirmatior sit in bono ad id præstandum, precibus, & fiducia in Deo præmunire se ipsum debet, *vt vincat in bono malum*; iuxta illud Prophetæ dictum: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum.* Et Hieremias: *Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem, & bellabunt aduersum te, & non prævalebunt.*

Rom. 12.

Ezech. 3.

Cum autem Dominus pluries sit accusatus quod apud peccatores diuerteret, varijs modis se excusauit; semel enim dixit, quod male habentes medico egent, & miseri misericordia, quæ præferenda est sacrificio, cui vacabant Pharisæi, & quod ad id peculiariter missus fuerat: propterea dixit, *Non veni vocare iustos*, id est, eos qui verè iusti sunt, vel vos qui non estis verè iusti, & sani, vt ironicè vocauerit eos iustos. Sed nunc alia ratione se nititur excusare tribus similitudinibus, vt dixi: quarum duæ partes concludere videntur per locum siue argumentum ductum à fortiori. Quia si ouicula perdita, & drachma amissa, datur opera vt inueniatur: ergo multo magis pro homine miserè perdito soliciti esse debemus. Quemadmodum & alibi argumentatus est: Si asinus, aut bos in Sabbato à fouea, vel puteo extrahitur: ergo multo magis curandus est homo. Patet igitur ex his omnibus, scopum harum parabolarum esse, docere nos benignitatẽ Dei, & blanditias, quibus peccatores ad se redeuntes excipere solet.

5 Quam sæpe Christus de receptu peccatorum & consuetudine cum illis esse purgauerit.

Matth. 9.

Ose. 6.

Christus quos non venerit vocare iustos.

Luc. 14.

Et si autem quidam interpretentur, in prima hac parabola explicari quomodò se habeat Dominus ad homines, & ad Angelos: ita enim docet B. Ambrosius, qui ait: *Dives pastor, cuius omnes nos centesima portio sumus, habet Angelorum, habet Archangelorum, Dominationum, Potestatum, Thronorum, aliorumq; innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit.* Hæc ille. Idem tradit Theophylactus, naturam nimirum humanam in pro-

6 De ouibus 99 & vna perdita, quid senserint Patres qui sequuntur.

B. Ambros. li. 7. *in Lucã c.* 22. *to.* 5.

Theophyl.

Homo homini quid debeat.

Christum & potuisse, & debuisse peccatores recipere, & manducare cum illis.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Luc. 7.

Ioan. 4. & *seq.*

Infra 8.

Luc. 15. & *seq.*

Versari cum peccatoribus tantũ debeat quis.

Actio vnde fiat secundũ Philosophos.

in proportione numeri ad Angelicam, se habere vt vnum ad nonaginta nouem. Nouenarius etiam numerus proprius Angelorum esse videtur: numerantur enim nouem ordines, seu Chori in tribus Hierarchijs constituti. Nec mirum tantum numerum cœlestium spirituum designari per nonaginta nouem; vt vnitas tantum supersit, ad denotandum genus humanum, quod in vnica tantum specie constitutum est. Angelorum verò species innumeræ sunt, & indiuiduorum numerus penè infinitus, vt ait Dionysius. Tamen etsi hæc doctè, & acutè dicantur; minus tamen huic loco quadrare videntur, vbi tantum fit comparatio iustorum ad peccatores, cum quibus, & non cum iustis videbatur Christus conuersari. Atque ita si quis per nonaginta nouem exponeret Angelos, anagogicum potius esset, quam literæ consonum; scopus enim Domini est, iustos cum peccatoribus conferre. Quod primò apertè constat ex parabola duorum filiorū, senioris, & iunioris, in qua sermo est ad literam de iustis, & iniustis. Secundò idem colligitur ex eo quòd in vtraque parabola congratulatio pastoris de inuenta oue, & mulieris de inuēta drachma cum vicinis, & amicis, proculdubio intelligenda est cum cœlestibus illis spiritibus siue Angelis: & ideò per nonaginta nouem oues, vel nouē drachmas non possunt intelligi. Tertiò, quia manifestè Dominus in epiparabola per nonaginta nouem explicat se loqui de iustis, qui non indigent pœnitentia, & nō de Angelis. Quartò, Angelus, & homo non sunt eiusdem speciei, sed longè diuersæ, vt non possimus simul oues, & drachmæ cū illis connumerari. Proinde his rationibus, vt euictum, & exploratū relinquo, ad anagogiam potius, quā ad literam spectare, quod quidam ex Patribus per nonaginta nouem oues, & per nouem drachmas Angelos intellexerunt.

Bonagenarius numerus our Angelis attribuitur.

Dionys. Areopag. li. de cœle. Hier. c. 14.

Sum sensum esse anagogicum, non literalem, ex multis ostenditur.

Luc. 15. & seq.

Secundum argumētum.

Tertiū argumentum.

Quartum argumentum.

7 Sensus literalis, seu cortex parabolæ pastoris propositæ.

Ad literam, siue corticem perpende, quod similitudo ponitur de pastore habente centum oues, quarum vna perijt. Si fuissent tantum decem, non esset tantus amor pro decima, sicut pro centesima. Fingitur pastor dimittere nonaginta nouem oues sub custode, ne illæ pereant: & ouis potest errare, & potest imponi super humeros: & magnum est pastorem gaudere de vna: quod de viginti, vel de decem non esset adeo mirandum.

Iam sensum præcipuum expendamus. Homo iste Christum significat, viribus fortem, & sapientia prudentem, & pro ouibus suis laborantem, vt mores habeant suæ naturę consonos, id est, ouibus conformes. Per centum oues, homines iusti, & peccatores ob numerum perfectum designantur: de quibus Propheta, *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis, & ego Dominus Deus vester.* Et Dauid, *Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.* Per vnam ouem amissam intellige peccatores, qui in oculis Dei parum sunt: & in auersione peccati conueniunt, etiamsi in conuersione ad bona huius seculi, & mutatione obnoxia discernantur. Nonaginta nouem verò, iustos significant, siue fictè iustos, qui per ironiam iusti dicuntur. Sed quia hi ficti pauci sunt, & plus perditi, quam alij, nec de eis est verum, *Fili, tu semper mecum es,* ideo sincerior videtur expositio, vt per nonaginta nouem intelligamus veros iustos, sed mediocres, & non ita spiritu dulci, affectos, quia cum non admiserint crimina, vel delicta, suæ iustitiæ sorte contenti, non amplius esuriunt aut sitiunt iustitiam: nam vasis plenis stat oleum Diuinæ misericordiæ, de quibus Paulus ait: *Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis: & vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.* Tales enim quia opera perfectionis, aut supererogationis non edunt, meritò priuilegijs carent, *Et si perdiderit vnam ex illis.* Aduerte, quod ouis, etsi perdita sit, non tamen ex negligentia vigilantissimi pastoris: *Non enim dormitabit neque dormiet qui custodit Israël:* sed ex culpa propria ouis perditio oritur iuxta illud: *Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit.* Et Psaltes, *Erraui sicut ouis quæ perijt: quære seruum*

8 Quis ille pastor sit.

Per centum oues qui significentur.

Ezech. 34. Psal. 94.

Ouis vna quę perdita, quæ verò nonaginta nouē in deserto relictæ.

Luc. 15.

Alter sensus probabilior de ouib. 99. in deserto relictis.

1. Cor. 4.

Ouis à quo sit illa vna perdita.

Psal. 120.

Isa. 53.

Psal. 118.

num tuum. Rursus, *Perditio tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum.* Et potius homo Deum amisisse dici potest: cui infinitum est damnum. Ille autē etsi nos omnes pereamus, nihil perdit. Pastor tamen hic adeo bonus est, vt celet iniquitates ouis, & in se eius culpas transferat. Vt enim pater de filio quem summè diligit (non sua culpa interfecto, vel mortuo) ait, Perdidi filium: ita ex charitate Christus dicitur perdidisse. Sed sibi imputat Dominus, quia ac si perdidisset, luit pœnas: *Quæ non rapui,* inquit, *tunc exoluebam:* & rursus, *Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex ijs perijt, nisi filius perditionis,* & postea cum comprehensus est Dominus, & Apostoli seruati, refert Euangelista impletum verbum Domini: *Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.*

Oseæ 13.

Christus vt perdiderit ouem.

Psal. 68.

Ioan 17.

Infra 18.

9 Quid est. Christum dimittere oues 99. in deserto.

Dimittit nonaginta nouem in deserto. Dicitur iustos dimittere, quia non præstat gustum, & alacritatem spiritus dictis iustis, sed feruentibus tantum, & à licitis etiam se abstinentibus. Et quia præfert pœnitentem peccatorem istis quantum ad gustum; non possunt intelligi Angeli, qui summa beatitudine perfruuntur. Qui verò de Angelis hoc exponunt, dicunt reliquisse nonaginta nouem in deserto: quia *Angelis peccantibus non pepercit*, quemadmodum hominis misertus est, & reliquit naturam Angelicam, quam non assumpsit: *Nusquam enim Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit.* Et Angelos dicitur reliquisse in deserto, id est, in abysso deitatis deserto à dæmonibus, & à malis hominibus pro nihilo habentibus terram desiderabilem. Quod si propter hominem peccatorem reliquit Angelos, quid mirum si dictos iustos etiam relinquat? *Ei vadit ad illam quæ perierat.* Profectionem instituit homo factus tanquam viator, quantum ad meritum & per se, & per suos, quantum ad meriti applicationem. Et quia ouis perierat, opus fuit illam reficere, ac reparare: quod hìc per verbum, Inuenire, expressit, innuens nomen beneficij. *Donec inueniat eam.* Quid opus est, vt quærat errantem ouem, aut drachmam perditam, cū omnia sint in oculis eius aperta? Respondeo: Deus peccatores oculis amoris non videt: nam peccata inter nos, & ipsum diuidunt, vt testatur Propheta, & iniquis dicit, *Non noui vos.* Quærit ergo nos, cum afflictionibus, vel prædicationibus, vel blanditijs, hoc agit, vt à peccatis, quibus tegebamur, faciat nos discedere, vt ita alacer, & placatus videat nos. Sed quid faciet ouis quæ quæritur à pastore? Potest extollere vocem, si putat se à pastore audiri: vt ille, qui dicebat: *Erraui sicut ouis quæ perijt: quære seruum tuum;* vel audita pastoris responsione, & in viam illam exurgere, vbi sit. Potest item inuenta non refugere, & sinere se humeris pastoris imponi. Significatur autem his verbis perseuerantia quærendi. Et diuersas oues varijs in locis quæsiuit: superbos in montibus altissimis saltitantes: auaros, ingrediens per spinas & sentes: voluptati carnis vacantes, in lutum, & aquas opus fuit intrare, vt eos recuperaret. Præterea pro ouibus opus fuit pugnare cum lupis inferni aduersantibus, & oues in faucibus ad deuorandum habentibus: quemadmodum Dauid in figura Christi dicebat: *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum.* Et Amos Propheta: *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ; sic eruentur filij Israël qui habitant in Samaria.* Duo crura videntur intellectus veritatis, & affectus bonitatis: extremum auriculæ, auditus est obedientiæ, qua Deum vt pastorem oportet audire. Et vt illa tria testantur quale pecus sit deuoratum à lupo: ita per hæc cognoscitur quales animas Satanas deuoret, & quanto affectu bonus pastor Iesus eas de ore eius eripiat. Et ita inuenit ouem errantem in arbore Crucis, quod attinet ad meritum; iuxta applicationem verò, dum iustificat. Cum enim homo seipsum inuenerit, & ad cor redierit, pastor dicitur eum inuenire.

2. Pet. 2.

Heb. 2.

In quo deserto relictæ sint oues nonaginta nouem Angelicæ.

Psal. 105.

Quomodo Christus venerit ad perditam ouem.

Cùm omnia sint nuda & aperta oculis

Dei, qua ratione Christus ouem amissam, aut drachmam inquirit?

Heb. 4.

Isa. 59.

Matth. 7.

Quærat nos Deus quando.

Oues quæsita à pastore quid faciet.

Psal. 118.

Pastor ille quæ & quāta pro oue inuenienda pertulerit.

1. Reg. 17.

Amos 3.

Duo crura apud Prophetam mystice quid.

Ioan. 10

Quādo Christus inuenerit ouem ex-

Et cum

10 Idem in quos imposuit humeros ouem errantem. *Isa.* 9.

Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens. Eguimus ad redemptionem Deitate simul, & humanitate, quasi humeris. Etsi enim dicatur in singulari: *Factus est principatus super humerum eius*, quia sola humanitas crucem sustulit: per humerum tamen interpretari possumus Deitatem, quæ tanquam humerus quidam, supposito tamē panno, siue veste humanitatis, onera peccatorum nostrorum portauit. Et rectè dicitur factus principatus super humerum eius, Isaia teste, cùm aliorum potestas sit innixa in humero alieno: *Non est enim potestas nisi à Deo*, & vis eius, ac robur in exercitu situm est. Et vt in alia parabola Samaritanus hominem in via semiuiuum relictum imposuit iumento suo, ita in hac pastor ouem errantem. Quod sub alia metaphora dixerat Isaias, loquens de Messia: *Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit; fœtus ipse portabit.* Gratia præueniens designatur in brachio congregante: gratia spiritualis consolationis, in sinu quo fouet: gratia subleuans, & mitigans tentationem, in portatione. Et in alio loco: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas: & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Et iterum alius Propheta: *Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & nescierunt quod curarem eos.* Vides igitur quot modis in Scriptura hoc portationis beneficium nobis describatur? vt nos aliquando discamus vicissim ferre Dominum, & seruare præceptum Apostoli: *Empti estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Et vt humeris gestamus torques aureos in ornamentum; ita Christus nos super humeros gestat, vt tanta præda ditatus, & ornatus appareat coram Patre. Et naturam quidem nostram imposuit super deitatem, & hypostasin Verbi in incarnatione; graue autem, & onerosum eius, id est, peccata, quod ad caussam generalem, & meritū attinet; in corpore suo super lignum Crucis expiandā portauit: *Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Vbi præ grauitate oneris caput inclinauit. *Verè enim languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Circa effectum verò præsentem, tunc portat, quando consolatione sua nos subleuat, & quasi magnes ad se trahit: vt dicamus, *In tribulatione dilatasti mihi.* Et rursus, *Omnia possum in eo, qui me confortat*: & iterum, *Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Et ipse dicit, *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Portat autem oues actu, sicut caput membra, fundamentum lapides, & vitis palmites; dum influit gratiam, & gloriam. Sed imperfectiùs portat peccatores, perfectius iustos, multo adhuc perfectius animas beatitudine iā remuneratas, perfectissimè verò animas beatas corporibus suis per resurrectionem ad vitam coniunctas. Et vide quāta sit dignitas esse super humeros Iesu portantis omnia verbo virtutis suæ, & quanta sit exaltatio. Qui autem non sinit se capi, timens dolorem ex comprehensione pastoris, hoc est, modicum laborem propter Christum, erit scabellum pedum eius, & de inimicis, quos conculcabit: capietur que in æternum cruciandus ab iniquo illo pastore, seu lupo, id est, Lucifero, qui noluit pascua gloriæ. Et quantus, & quam lamentabilis casus est nolentis in humeris Christi permanere, sed inde se præcipitantis: necessum enim est, vt hic sibi crura, & caput confringat. Et tandem euadere Dei iustitiam erit impossibile.

Quod verò dicitur, gaudens, non repugnat his quæ ipse dixit instante morte: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*: &, *Transeat à me calix iste*: & rursus, *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.* Nam etsi passio pœnam, & molestiam sensui attulerit, tamen secundum portionem superiorem considerantem Dei gloriam, fructum animarum, & exaltationem sui nominis, voluntaria, & delectabilis fuit. Hinc dictum est: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et Apostolus: *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem,*

Isa. 53. & *Matth.* 8.

Psal. 4. *Philip.* 4. *Rom.* 8.

Psal. 90.

Aliter portat Christus iustos, aliter peccatores.

Heb. 1.

A Christo pastore quæ ouis non vult capi, quē lupum non effugiet. *Psal.* 109.

11 Christus si imposuit in humeros suos gaudens oue cr. antē, cur dixit, Tristis est anima mea vsq; ad mortem? *Matth.* 26. *Ibidem.* *Psal.* 68.

Qua ratione Christi passio ei iocunda & delectabilis extiterit. *Isa.* 53. *Heb.* 12.

confusione contempta.

12 In quam domum veniēs pastor cum oue perdita, inuitat amicos ad congratulandū sibi. *Psal.* 67. *Ephes.* 1. Alter sensus.

Et veniens domum, conuocat amicos, & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Domus hæc, cœlum est Empyreum, in quod per Ascensionem Christus peruenit, prædam sanctorum Patrum secū aduehens: nam eius merito in cœlum ascenderunt, iuxta illud: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Est etiam Ecclesia militans domus eius, in qua Christus ouem errantem adducit, vt introducat in ouile, & tradat eam pastoribus suis gubernandam, vt in ea exuat scabiem peccati, & exuat mores lupinos, & per sacramenta applicentur sibi Christi merita.

13 Amicos, & vicinos quos conuocet pastor ille. *Psal.* 8. & *Heb.* 2.

Conuocat autem amicos & vicinos, id est, Angelos Christi amicos, quia habent idem velle, & nolle cum eo. Vicini verò dicuntur, ob naturam Angelicam, quæ propinquior est Deo, quam humana: vt propterea dictum sit: *Minuisti eum paullò minus ab Angelis.* Angeli enim ante incarnationem, erant & ipsi oues Dei, & longè ab eo distantes: post incarnationem verò sunt amici, & vicini: licet non domestici Christi, quia sunt alterius speciei. Si autem per domum intelligamus Ecclesiam præsentem; per amicos & vicinos intelligendi sunt perfecti viri, & pastores, qui locum Christi sustinent: quibus cara esse debet peccatorum reductio, & tam ipsa, quam Angeli curare debent, & promouere reductarum ouium salutem. *Dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat* Græcè est, Congaudete. Vbi annotandum est, Deum singulari dilectione nobis adeò esse affectum, vt bona nostra sua esse existimet: quemadmodum malum perditionis nostræ in se transtulit. Et meritò, vt sibi congaudeant amici, postulat: malus est enim gaudiū Christo pro iniuria Dei per peccatorem inflicta, sed iam ablata, & pro Dei honore recuperato, quàm pro vtilitate ouis, quanto maior est culpa, quàm pœna. Docet etiam, pastoris esse, & non ouis laudē, si inueniatur. Ouis enim nullis suis meritis præcedentibus inueniri potest.

Sensus alter de amicis, & vicinis congratulantibus de oue perdita.

Qualem erga nos Deus gerat dilectionis affectū.

Congratulari sibi amicos ob ouem perditam inuentam cur Dominus velit.

Cùm enim inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē Filij eius. Hoc gaudium ouium errantium, & in caulas redeuntium, quod Christo, & Angelis, & pastoribus Ecclesiæ commune est, describit Isaias his verbis: *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe: sicut exultant victores capta præda, quando diuidūt spolia* Solet enim magna, ineffabilisque lætitia hominum consequi ad messem copiosam, & ad distribuenda spolia post partam victoriam. Hæc est congratulatio Apostolorum coram Christo, qui messores sunt, & duces militiæ Christianæ, de mundo ad Fidem reducto.

Rom. 5. Quale gaudiū illud sit teste Propheta. *Isa.* 9.

14 Quem finem cur vocat Dominus.

Et ait, *Ouem meam*, quia semper habet ius ad illam: fugiens enim illa Dei misericordiam, incidit in iustitiam. Meā ergo duplici iure, tum quia conditam, tùm quia labore meo, & meorum quæsitam, & inuentam. *Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigēt pœnitentia.* Explicatio est, & applicatio, siue fructus, & conclusio parabolæ. Et ait, *Dico vobis*, scilicēt Pharisæis murmurantibus: nec enim locus est detrahendi, & murmurandi de opere, propter quod Angeli lætantur. Quod verò ait, *Ita gaudium*: intelligendum est positiuum pro comparatiuo, vt sit sensus, Maius gaudium erit in cœlo. Quemadmodum Matthæus concluserat, ait enim: *Dico vobis quia gaudet super eam magis, quàm super nonaginta nouem, quæ non erranerunt.* Est enim Hebraismus peculiaris; positiuum ponere pro comparatiuo: vt, *Bonum* (pro melius) *est confidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus*: &, *Beati qui non viderunt, & crediderunt*, id est, Beatiores, quàm qui viderunt, & crediderunt. Hic tria occurrunt dubia expendenda. Primum est, quare de bono nostro lætentur Angeli. Sed hoc facilè est expedire. Agnoscunt enim Dominum suum de reparatione hominis maximè gaudere: lucrantur etiam in Dei laudibus in æternum decantandis socios, & conseruos:

Opere de quo minime Pharisæi murmurare debuerant.

Matth. 18.

Frequens Hebraismus.

Psal. 117. *Ioan.* 20.

Quare de bono nostro lętentur Angeli.

Psal. 109. reparantur eorum ruinæ, & eorum vacuæ sedes per salutem hominum implentur: cognoscunt peccatores ad Christum conuersos victoriam obtinere super principes tenebrarũ, qui hostes sunt capitales Angelorum. Sic enim lætari solet exercitus, si milites alterius exercitus contrarij ad sese recipiant. Denique Angeli ministerij sui fructum consequuntur, cùm peccatores ad Christũ redeunt; non secus atque prædicator de fructu in animabus auditorum eius gaudere solet. *Sunt enim Angeli omnes administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.*

Heb. 1.

15 Qui sint iusti qui non indigent pœnitentia. *Eccle.* 7. & *alibi passim.* *Matth.* 6.

Alterum dubium est, qui sunt isti, qui non indigent pœnitentia; cùm Scriptura dicat, non esse iustum in terra qui non peccet, & qui precari non debeat? *Dimitte*, inquit *nobis debita nostra.* Respondemus, Dominum loqui de his, qui in Scripturis dicuntur, & sunt iusti. Et dicuntur non indigere pœnitentia, quia in statu salutis constituti, non egent status mutatione, quam tamen nomen pœnitentiæ includit, nec tali egent pœnitentia, quali illi qui ex professo sunt peccatores: Deus enim iustorum, non posuit pœnitentiam iustis Abrahã, Isaac, & Iacob, vt docet Manasses Rex in oratione sua.

Quare non egeant pœnitentia.

2. *Paral.* 36.

16 Quomodo verũ sit maius esse gaudium de vno peccatore, quam de 99. iustis. Secunda ratio.

Postremum dubium est, quomodò verum sit, maius esse gaudium de vno peccatore, quàm de nonaginta nouem iustis? Nam quia sancti Angeli nec errare, nec falli possunt, de maiori bono magis gaudent: & bonum innocentiæ præstantius est & melius quàm pœnitentiæ. Ad hæc, nonaginta nouem iusti maiorem gaudij præbent materiã, quã peccator vnus conuersus. Nec euadere potest quis, exponendo de vno peccatore verè cõuerso maius esse gaudium, quàm de nonaginta nouem iustis æstimatione sua: quia, si verum amamus, isti non sunt verè iusti, & tales potius indigent pœnitentia. Neq; videtur fieri cõparatio calidi cum frigidis, ita vt maius sit gaudium de vno feruẽter cõuerso, quam de nonaginta nouem tepidis, & frigidè cõuersis, iuxta illud Salomonis: *Melior est canis viuus Leone mortuo*, hoc est, peccator pœnitentia & vigilantia feruens, quàm iustus otiosus & tepidus. Sed videtur quòd sermo Iesu veros iustos, & iustitiæ cultores conferat cum peccatore.

Ineptæ solutiones quorũdã reijciuntur quæstionis propositæ.

Eccle. 9. illud: Melior est canis viuus Leone mortuo, quid significet.

Dicendum ergo est, duplex esse gaudium beatorum, siue Angelorum: alterum essentiale, quod in visione Dei, & fruitione consistit: quod semper est æquale, nec augeri potest, aut minui. Aliud gaudium est, quod Theologi vocant accidentarium, quod est de bono creato, atque hoc adesse, & abesse, intendi & remitti potest. Cum enim beati prædili sint charitate erga proximos, inconueniens videtur, si non gauderent, cùm bona nos operari cernerẽt, vel cum animas in cœlum ascendentes conspicerent.

17 Angelorum siue beatorũ gaudiũ duplex, internũ, & externum secundum Theologos.

Deinde præmittendum, quòd status innocentiæ simpliciter excellentior est statu pœnitentiæ: nam status ille entis est perfectissimi, id est, Dei, cuius impollutæ viæ, & Christi innocentissimi, qui peccatum non fecit, & sanctissimæ Matris eius, quæ immaculata permansit: personæ tamen quæ in illis statibus inueniuntur, habent se vt excedentes, & excessæ. Nam quemadmodum, etsi virginitas præstet matrimonio, multi tamen coniugati quibusdam virginibus sunt sanctiores: ita quamuis innocentia excellat pœnitentiæ statum, quidam tamen pœnitentes multos innocẽtes, etiã ipsum Iob, qui peccatum lethale nunquam admisisse a quibusdam existimatur, vincunt etiam pueros innocentes, & plurimos Angelos.

18 Innocentiæ status per se cui excedat statum pœnitentiæ. *Isa* 53. 1. *Petr.* 2.

Mira Iob innocentia.

His præmissis, ad propositum dubium dicendum, in primis maius esse gaudium apud Angelos de reparatione hominis post lapsum, quàm de conseruatione totius multitudinis Angelicæ: quia opus reparationis maiorem arguit Dei virtutem, & potentiam, quia maius est impium iustificare, quàm piũ seruare. Maiorem etiam ostendit sapientiam, & misericordiam Dei, incarnatio Christi, & passio: natura enim humana elevata est: d vnionẽ hypostaticam, quod nõ habet Angelica. Quiuis etiam

19 Explicatur superius propositæ solutio difficultatis de maiori gaudio de vno peccatore, quam de 99. iustis.

etiam peccator, vt saluus fiat, & reparetur, tota Christi incarnatione, & morte indiguit.

20 Secunda solutio.

Secundò dici potest, quod maius sit gaudium Dei erga iustos, & innocentes: quia maior Dei bonitas in pluribus iustis, quam in vno apparet. Veruntamen in peccatoris conuersione accidit noui gaudij materia, quę nõ est in priori: & amissum recuperare, gaudium nouum deputat. Vnde in parabola parentis habẽtis duos filios, dicit pater seniori, *Fili, tu semper mecũ es, & omnia mea, tua sunt* (id est, nõ indiges conuiuio, nec noui gaudij materiam præstas. *Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & revixit, perierat, & inuentus est.*

Luc. 15.

21 *Aug. lib.* 8. *confess. c.* 3. *initio tom.* 1. *prope initium.* Quod sit maius gaudiũ, de salutene desperatæ animæ, an de ea, cuius fuit aliqua spes, teste Augustino.

B. Augustinus libro Confessionum interrogat, quod sit maius gaudium, de salute desperatæ animæ, an de ea, cuius fuit aliqua spes? Et respondet quod proculdubio de ea, cuius nulla fuit spes. Quemadmodum Imperator triumphans, tanto plus gaudet, quanto fuit in maiori periculo: & nauta post magnam tempestatem maius gaudium concipit, quo plus timuit: ægrotus, & ad sanitatem restitutus magis gaudet, quam nunquam infirmatus. Edendi, & bibendi voluptas nulla est, nisi præcedat esuriendi, & sitiendi molestia. Pactæ quoque sponsæ non statim viris suis traduntur, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatam. Et vbique maius gaudiũ molestia maior præcedit. In hunc sensum ille.

22 Prima ratio cur Deus, Angelique plus gaudeant de vno peccatore, quàm de 99. iustis, qui non indigẽt pœnitentia. Secunda ratio.

Non ergo Deus plus diligit vnam ouem recuperatam, quam nonaginta nouem saluas, sed quod homo id quod saluum habet, non deputat tanquam lucrum, nec habet quicquam noui quo excitetur in gaudium: at qui perditum inuenit, gaudet, quia denuo sibi lucrari videtur. Ad hæc, ille labor, quo res perdita inuenitur, chariorem, & pretiosiorem apud inuenientem illam reddidit, quoniam magno constitit laboranti vsque ad sudorem, & sanguinem: & hoc est quod ille considerat, & nos ingrati obliuiscimur. Adde, quod difficilius est & rarius peccatorẽ in bonum conuerti, quam bonum in virtute seruari, sicut difficilius est pauperem ditari, & infirmum sanari, quam in semel partis diuitijs, & sanitate habita conseruari. Non ergo est amor maior, sed maius gaudium de re inuenta, quam de re non perdita: quia illam præcessit dolor. Præfertur siquidem miles è bello primò quidem turpiter fugiens, postea vero ad se rediens occurrit inimicis, eisque vulnera infligens, militi nec fugienti, nec ferienti: & terra producens primum spinas, & postea triticum, quam ager neutrum producens: vt docet in homilia huius Euangelij B. Gregorius. Satagamus ergo, vt tanquam oues nos comprehendi à pastore festinamus, nec amplius audiamus fictam vocem Lupi, sed potius intra caulas Ecclesiæ, & vigilantia tanti pastoris custodiri nos permittamus, vt humeris pastoris nostri Christi vecti, in domũ æternæ gloriæ ingredi promereamur, præstante eodẽ Domino nostro Iesu Christo, cuĩ cum Patre & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Tertia ratio.

Gregor. hom. 34. *in Euangelia tom.* 2.

TRACTATVS XXVI.

In parabolam mulieris decem drachmas habentis, & vnam illarum amissam inuenientis: quæ habetur tãtum apud Lucam Cap. 15.

1 Finis huius parabolæ quis.

AVT *Quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernã, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? &c.*

Non est quod diu immoremur in scopo declarando, cum in præcedenti parabola à nobis explicatus sit. Contendit enim, peccatores benignè & blandè esse excipiendos, & fauoribus quibusdam peculiaribus adiuuandos, vt cum

Deo reconcilientur, quos iustis dare nō solet. Nomine enim ouis, siue drachmæ perditæ, iustus baptizatus, & in peccatū prolapsus significatur: tum quia si ouis perdita est, intra ouile Ecclesiæ prius erat: infidelis autem, & nondum baptizatus extra est: tum quia ait, si perdiderit vnam ex illis: ergo pastor illam prius habuit in bonis suis, & per baptismum possederat. Est ergo sermo de iustis, qui à gratia exciderunt, & postea per Ecclesiam reconciliantur: ita tamen, quod aliquid plus patiantur in hoc pacto recōciliationis, quam cum primo per Baptismum inserti sunt in Christum. Nouatiani enim Baptismi stipulationem, & Dei iustitiam considerantes, lapso reconciliationis gratiam negandam esse asseruerunt. Alij autem per contrarium tempore Cypriani agentes, & nostro seculo Lutherani, hominis fragilitatē, & procliuitatem ad malum, Deique misericordiam, & Christi sanguinē inspicientes, parem prorsus, & eandē gratiam, & eodem modo communicari in pœnitentia, sicut in Baptismo, opinati sunt. Sed regia via incedit Ecclesia, & veritatem hanc, vt conspicuam & illustrem tradit, homini à gratia Dei in peccatum prolapso, locum esse pœnitētiæ, non solum in Veteri Testamento, vt Dauidis, & Manassis Regis exempla docent, & verba Ezechielis expresse tradunt, sed etiam in Nouo; quemadmodū exempla Peccatricis, Zachæi publicani, Petri negantis, & Pauli persequentis historiæ demonstrant, & parabolæ multæ apertissimè euincunt, sed præsertim præcedēti tractatu exposita, & præsens hęc, & quæ hanc consequetur de Filio iuniori ex longinqua regione redeunti. Hoc enim ingens nostra fragilitas postulat, & immensa Dei misericordia, atque clementia exigere videtur. Deterius tamen contingit, & strictiori porta eget, qui per pœnitentiam reuertitur, quam qui per Baptismum primum ingressus est, quemadmodum tabula accepta, in littus enatare difficilius est, quā naui ad illud peruenire. Propterea Dominus peccatoribus ad se venientibus de vitulo consolationis prospexit. Et hæc sint satis de scopo.

Nomine ouis, siue drachmę perditæ quid significetur.

Baptismi, & Pœnitentiæ diuersa conditio.

Nouatianorum olim, & nunc Lutheranorum de pœnitentia dogmata inter se pugnātia.

Lapsis post Baptismū, locum esse pœnitentiæ, ostenditur Diuina Scriptura.
2. *Reg.* 12.
2. *Para.* 26.
Ezech. 18.
Infra 33.
Luc. 7.
Infra 19.
Supra 18.
Matth. 26.
1. *Timot.* 1.
& 1. *Cor.* 15

Qualis Pœnitentię, qualis verò sit status Baptismi.

In cortice literæ aduerte, drachmam, vt alibi annotauimus, vocem esse Græcam, & continet paullò minus quam quod apud Romanos denarius. Porrò denarius dictus est à decem libris, siue assibus, siue pondo æris, & respondet monetę nostri seculi Iulio Romano, aut Caroleno Neapolitano, qui cōtinet decem baiocos, siue decem grana. Erat autem drachma, siue denarius, moneta argentea, quæ decima pars erat drachmæ aureæ, id est, ducati, siue scuti monetæ consuetæ: vnde decem drachmæ, quemadmodum decem Iulij, siue Caroleni, seu rum, siue ducatum aureū nostrum efficiunt.

2 *Lib.* 6. Drachma quæ vox sit, eius pretiū. Denarius vnde dictus.

Drachma quid.

Deinde fingitur mulier perdidisse drachmam vnam. Mulier enim ob sexus fœminei imbecillitatem, & animū lucri cupidum, & laborem, & studium, quod in acquirendo ponit, pecuniæ, vel paruæ & exiguæ iacturam grauiter persentiscit, & pecuniam diligit, & dilectam conseruat: quemadmodum pastor ouem, & pater filium diligit. Et fingitur accensa candela omnia loca obscura domus verrendo, illam inquisiuisse, vt sonum ederet metallum scopis agitatum. Additur & congratulatio vicinarum, & amicarum: quia crescit gaudiū, cum communicatur: quemadmodum decrescit tristitia, cum alijs exposita est. Et iam nouerant amicæ & vicinæ amissionem drachmæ, vt sunt natura sua loquaces mulieres, & secreta sua facilè in alias effundentes. Et hæc de cortice.

3 Quare mulier potius quam vir fingitur drachmam perdidisse.

Eadem vicinas & amicas cur conuocet ad congratulandū ubi de illa inuenta. Mulieris ingenium.

Vt medullam & spiritum parabolæ assequamur, primò constituendū, quòd mulier hæc, non propriè videtur Dei prouidentia, sed potius Christi Humanitas. Etsi enim Christus ad nos compositus caput nostrum sit, & pastor, & spōsus, & Pater futuri seculi, & vir, iuxta illud: *Ecce vir oriens nomen eius*: tamen hoc loco potius videtur Christi Humanitas: quæ ob tenerum amorem, quo cū peccatoribus conuersata est, & dolorē, quem de perditis animabus pertulit, & quia patiendo nos parturiuit pro nobis debilitata, & infirmata, rectè mulieri assimilari

4 Mulier habens drachmas decem, &c. quæ mystice.

Isa. 9.
Zacha. 6.

Baruch. 3.

similari valet. Quatenus enim Verbo æterno coniuncta est, sponsa eius est, & mater nostra: alliciens etiam sua pulchritudine, & gratia, secundum illud: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis vitæ, & veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis.* Ac ob id signata in Rachele, quæ erat pulchra facie, & venusto aspectu: erat etiam fœcūda filijs, adumbrata in Lia.

Eccl. 24.

Eadē in quibus mulieribus adūbrata fuerit.
Genes. 29.
Infra 30.

Deinde aduerte, per nouem drachmas quosdam intelligere nouem Angelorum ordines, quorum nullus integer perijt; per decimam verò drachmā, naturam Humanā, quæ tota perijt. Sed vt in superiori parabola admonuimus, non possunt intelligi, nec per nonaginta nouem oues, nec per nouē drachmas Angeli: quia cum eis est gratulatio, & non sunt eiusdem speciei nobiscum: & homo, & Angelus nō sunt filius iunior, & senior: quia in his tribus parabolis idem intelligendū est per drachmas decem, & centum oues, quod per filium iuniorem, id est, peccatorem, & filium seniorem, id est, iustum: vnde de hominibus peccatoribus & iustis erat sermo, de quibus & non de Angelis, explicauit in conclusione parabolam præcedentem.

5 De drachmis nouē, vnaq; amissa, quorundam opinio minus apposita.

Luc. 15. & *seq.*

Et ait: *Si perdiderit drachmam vnam.* Non quod mulieris negligentia pereat. Sed non perit sibi, cuius nō est, sed mulieri, cuius est, id est, Christo: sicut miles in bello plus perit Duci, quā sibi. *Nonne accendit lucernam.* Per quam possumus intelligere, vel Ioannem Baptistam, de quo Propheta, *Parauí Lucernam Christo meo*; & Dominus, *Ille erat lucerna ardens, & lucens: hic enim in testimonium venit, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum:* & consequenter in eo intelliguntur omnes ministri Noui Testamenti, quibus illud verbum quadrat: *Vos estis lux mundi.* Vel per lucernā accensam ipsum Christum, cuius anima, ellychnium est, corpus, testa, siue vitrum; gratia, oleum; ignis autem, verbum æternum; vel verbū prædicatum à Christo, igne Spiritus inflammatum. *Et euertit domum.* Intellige domum Israël, ad cuius oues curandas fuit missus: sicut per Apostolos mundum commouit. Euertit autem per se & per suos, commouendo domum etiam conscientiæ, incusso timore seruili, vt docet Gregorius; vt ita per timorem ad dilectionem Dei præparetur. Græcè legitur Καρὶ τὴν οἰκίαν; id est, verrit totam domum. Verrere proprium est fœminarum: & pecunia minuta, cum amissa est, ita solet inueniri. Prædicatio Euangelica, dicitur sagena Græcè, & significat verriculum, quia verrit quicquid inuenit, & secum trahit. Erat enim verbū Dei, seu prædicatio Euangelij, verrere quoddam spirituale, quo domus conscientiæ purgabantur. Hinc Dominus dixit: *Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis.* Et vt scopa ex multis arbustis colligatis constat, ita prædicatio

7 Mulier illa quam accendit lucernā vt inueniat drachmam perditam:

Psal. 131.
Ioan. 5.
Supra 1.

Matt. 5.

Alter sensus.

Tertius.

Infra 15.

Quā euertit totam domū, & quomodo.

Greg. Hom. 34. *in Euang.* lib. 2.

Sagena quid.

Ioan. 15.

Alter sensus cōgruentior.

Iusti in drachma descriptio.

Hierem. 32.

Hominis iusti pretium.

Iustus ergo drachma non perdita est, non purè aurea, vt Angelus, sed inferioris metallo admixta: est enim, quod ad spiritum spectat, aurum, & alterius metalli, quod ad corpus attinet. Hæc verò sanguine Christi, exuta veterem hominem, vt ait quidam Pater, & eius doctrina imbuta, cuneum quasi nouum recepit: in quo ferrum est Humanitas, imago, & similitudo naturæ, Verbum: inscriptio, gratia est, secundum illud: *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Quæ imago, & inscriptio quasi malleo crucis cuditur: nam merita passionis hoc modo nobis applicantur. Rotunditas vero drachmę, æternitas est animæ immortalis, & corporis suscitati. Et ita optima moneta euadit, qua Deus emit omnia, quia per iustum Dominus alios trahit: estque reponenda in cœlesti thesauro. Et tales

Qualis Euangelij prædicatio: eius effectus.

prædicatio verbi Euangelici ex multis sententijs simul iunctis cor ipsum tangentibus, vt scopæ tollunt immunditias. Similiter verbum Dei falsas opiniones de Deo, & eius prouidentia, de animarum immortalitate, de fine nostro, & via ad illum consequendum tenenda, de honore, de diuitijs, & delitijs radicitus euellit. *Et quærit diligenter, donec inueniat eam?* Perseuerantia in quærendo designatur. Inuenit autem; quando verbo Dei cor tangẽte sonat drachma, erumpunt lachrymæ, fit publica Christi confessio, & apparet vitæ prioris commutatio. Cum ergo inuenit, perducit ad fidem, & ad iustitiam. Etsi autem homo vocationi Dei assentiat; tamen quia nullis præcedentibus meritis ad donum reconciliationis venire potuit, propterea gloria Dei est quod peccator ad Deum redeat. Quando autem drachmam inuenit: & inuentam apprehendit, opus est manu terram tangere: Nam & tunc *Verbum caro factum est*, & nunc digito iterum scribit in terra, dum legem charitatis infundit. Purgatur ergo drachma, & reponitur cum gaudio in sinu, ita vt amplius terram non tangat. *Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quã perdideram.* Angeli qui pro nobis viriliter ministrant, amici dicuntur: tenerè autem amantes, intelligentiæ amicæ sunt & per amicitiam Christi, & gratiam seruatæ, vt quidam sentiunt: quemadmodum dæmon odio habens Christum, fuit perditus. Et ait, Congratulamini, siue congaudete mihi. Commune est gaudium beatorum omnium, & quiuis càpit pro captu suo. Et drachmam inuenit, quantum ad meritum in resurrectione, & ascensione Domini; peculiariter verò applicatio fit quotidie in conuersione peccatoris, de quo est nouum & speciale gaudium. Et concludit: *Ita, dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* Adaptatio est parabolæ, & positiuum, vt supra monuimus, accipiendum est pro comparatiuo. Est autem gaudium coram Angelis, quia vident Patrem æternum gaudere, dum videt filium suum concipi contritione, partu edi in lucem confessione, lactari sanctæ vitæ conuersatione. Gaudet Dominus Iesus de reformata imagine, de recuperato fratre, de membro sanato, de fructu suæ passionis, & mortis. Gaudet Spiritus sanctus de reædificato templo, expulso inde idolo Dagõ, de domo mundata, de vase suo purgato. Gaudent Angeli de Dei gloria illustrata, de reparata sua ruina, de fructu ministerij, & custodiæ suæ, de consortio in glorificando Deo in perpetuũ. Gaudent beati homines de fratribus recuperatis, de fructu orationum suarum, de Christi gloria dilatata. Gaudẽt boni viatores de regno Christi amplificato, & de charitate communi, de qua dicitur: *Particeps ego sum omnium timentium te; & custodientiũ mandata tua*: de fructu prædicandi, exhortandi, & sacrificãdi. Gaudet denique omnis creatura de gaudio, & laude Creatoris, de mundi ordine restituto, ac dæmonum confusione. Et sicut gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente magis quã super nonaginta nouem iustis; ita maius gaudium est Angelis diaboli super vno iusto, vel perfecto peccante, & a iustitia elabente, quam super nonaginta nouẽ peccatoribus, qui nunquam fuerunt in iustitia. Hinc Spiritus sanctus ait: *Si præcesserit animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* & rursus, *Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero.* In conuersione autem peccatoris, & Angeli, & Sancti in cœlo, & pij, & iusti in terra celebrant multa festa spiritualia: primum quidem Natiuitatis, quia per contritionem nascitur Christus in corde peccatoris, vel quia peccator nascitur filius adoptionis per gratiam. Deinde festum Circumcisionis, quia cum dolore pœnitens resecat omnia superflua, & omnes prauas cupiditates amputat. Tertiò, festum Præsentationis, quia per iustificationem homo Deo offertur, atque præsentatur, qui per peccatum ab eo longè aberat, iuxta illud: *Longe à peccatoribus salus*. Quartò, festum Transfigurationis, quia

Drachmam Christus perdità inuenerit quando.

Ioan. 1.

Amici & vicini qui congratulentur mulieri de drachma quã perdiderat inuenta.

Dæmonis vn de perditio.

Quare sit gaudium coram Angelis Dei

super vno peccatore pœnitẽtiam agente.

1. Cor. 6.

1. Reg. 5. & infra.

Psal. 109.

Psal. 118.

Quodgaudiũ sit angelis diaboli.

Eccle. 18.

Psal. 12.

Angeli, & Beati omnes; de cõuersione peccatoris quos agitent lætitiæ dies.

Psal. 118.

quia peccatoris facies splendet intus per iustitiã, & foras per vestimentũ bonæ conuersationis, & totus mutatur in virum alterum, vt possimus dicere, *Hæc mutatio dexteræ Excelsi?* Quinto commemoratur festum Paschæ quia Dominus transit ad contritum corde, parcens naturæ bonæ, & AEgyptios peccatorum in eo percutiens, & submergens. Rursus, festum Resurrectionis, quia à morte peccati ad vitam iustitiæ peccator virtute Dei excitatur, & exurgit ad vitam immortalem, cum firma animi deliberatione amplius non peccãdi: *Sicut Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* De hac resurrectione ait Paulus: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus.* Ad hæc, celebratur festum Ascensionis: nam per pœnitentiam ascendit peccator de profundo vitiorum barathro, quasi ab inferis, in sublime gratiæ, & virtutum, quasi in cœlum quoddam, siue in cœlorum regnum, quod Ecclesia est. Postremò fit festũ Pentecostes, propter receptionem Spiritus sancti, quæ septem operationes donorũ spiritus in eo qui pœnitentiam agit, operatur, quæ sunt quasi septem otcirationes, quas puer suscitatus ab Hælisæo fecit: & significantur in septima hora, qua filium Reguli reliquit febris.

Latronis ratio quadruplex, & quare illarum magis celebretur. *B. Gregor. hom. 34. in Euang. sua.*

Psal. 76.

Exod. 14.

Rom. 6.

Ephes. 5.

4. Reg. 4. Ioan. 4.

8

Vt sit maius gaudium in cœlo de vno peccatore pœnitentiã agente, quã de multis iustis non egẽtibus pœnitentia.

Quo modo illud gaudium maius videri etiam possit.

Quomodò autem maius sit gaudium super vno peccatore, quam super multis iustis, superius explicatum est. Non enim loquitur hic de amore, ita vt dicat, Maior est amor, sed de gaudio, quod de re perdita, & inuenta maius esse solet, quam de nũquam perdita. Et vt mulier habens decem filios, quorum vnus infirmatur ad mortem, de vita illius magis redditur solicita, quam de sanitate aliorum nouem: & si contingat illum cõualescere, & sanitatem recuperare, maius quoddam, & nouum gaudium percipit, quod de alijs nouẽ non percipit; ita intelligenda est hæc maior Angelorũ lætitia de conuersione peccatoris, quam de alijs iustis.

9

Prædict. col

Cum igitur quatuor modis possit intelligi hæc comparatio: vt prima sit, hominis ad Angelos, vt quidam volunt; vel peccatoris feruentis ad iustũ, fictum tamen, sed non verum iustum, nisi tantum in oculis suis, vt alij exponunt, vel peccatoris cum feruore conuersi ad iustum tepidum, vt B. Gregorius interpretatur; vel deniq; peccatoris conuersi ad iustos, qui veram iustitiam possident, & progressus in ea faciunt: inde colligere possumus præsentis parabolæ quatuor sensus: præstat tamen meo iudicio vltima comparatio, & vltimus sensus.

10

Quid ouis errans, quid drachma amissa elegantèr significent.

Luc. 15.

Rursus aduerte, quod etsi in oue, & drachma, & filio iuniori abeunte in regionem longinquam, peccatores designentur: tamen quia ouis, & drachma nihil habent, quo per se reuertantur, propterea eos significant, qui nunquam eidem suæ electionis habuerunt. Et filius iunior, qui consilio abijt in regionẽ longinquam, & aliquando se filium fatuè, & domum paternã agnouit, desiuit per se reuerti, licèt à patre illi occurrente adiumentum aliquod acceperit. In oue ergo errante significatur is, qui per fragilitatem, vel stolidiratem offendit: in drachma verò, quæ suo pondere cadit, videtur peccati originalis grauitas designari, quod suo pondere ad terrena inclinat, secundum illud: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ad hæc, prætiosa quæque expolita sunt furto, & dæmon fur est, qui fraudulenter egit cũ primo homine: *fur enim non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat.* Propterea rectè in drachma perdita adumbrantur animæ prætiosæ, sed à dæmone seductæ, & quodammodò furto a Domino sublatæ.

Rom. 7.

Gen. 3.

Ioan. 10.

11

Magna ergo, & incomprehensa est Dei bonitas, & munificentia, tanto studio, & diligentia peccatores, vt ad viam reuertantur iustitiæ, vrgens, atque solicitans, & per Christum ad nos quærendos destinatum, quam charam habeat, & quam prætiosam salutem nostram, ostendens. Quam rem vt ego accommodata quadam similitudine exprimã, attẽde: Si quis, verbi gratia, in magna silua, amissa via, erraret, illeque esset paupertate, & febri, vel lepra oppressus, & nocte

Eleganti similitudine Diuinæ erga nos charitatis magnitudo demonstratur.

nocte præoccupatus cogeretur nocte illa in nemore permanere, vbi certissimum sibi periculum, nō solum à fame, frigore, & infirmitatibus, quibus premitur, sed etiam à latronibus, & feris bestijs, quibus ille locus scatet, imminere cognosceret, in quantis ille animi angustijs versaretur? quam se miserum, & infelicem clamaret? quos non gemitus, & lachrymas effunderet, diuinam opem implorans? Iam cogita, virum aliquem pietate & viribus insignem, magnam quandam facem manu gestantem, quæ tenebras longè propelleret, illi misero, & infelici assistere, atque illi dicere, Veni, & sequere me, ego noui viam, ego te saluum, & incolumem educam, & in hospitium meum, vbi lauta, & splendida cœna mihi præparata est, te recipiā; proinde veni mecum, ego tibi face præibo, ne vel ad lapidem lutum, spinasve impingere valeas. Quod si infirmus respōderet. Et vnde mihi constare poterit, quod tu hanc viam noueris? ille verò apertis rationibus comprobaret, viam illam sibi esse notissimam. Quod si adhuc ille non acquiesceret, & replicaret, Etiamsi tu viam noueris, quomodò sciam te viribus tantum posse, vt me saluum in hospitium perducas, cum hæc silua, & latronibus, & feris rabidis, quæ homines deuorare solent, referta sit: difficileque sit te vnum hominem tot latronibus, aut feris posse resistere? profecto stultissimi, inconsiderati atque inciuilis hominis esset hæc interrogatio. Naim qui præsens periculum, in quo solus versatur, negligit, & pericula futura, quæ imminere possunt, in comitatu alterius lumine, & armis muniti atque instructi cogitaret, & propterea respōsat, stultus planè est, & rationis vsu destitutus. Ponamus tamen, virum illum fortem, qui cum face apparuit, tāta bonitate esse præditum, vt argumētis certis comprobaret se id facilè consequuturum, & sibi vires adesse, quibus etiam maiora possit efficere, si opus sit. Constituamus tertio, infirmum excusationes obtendere à magnitudine febris qua opprimitur, & à lepra qua afflictatur: virtamen fortis salutem illius pauperis, & infirmi sitiens, promittat se eum breui tempore ab omni morbo liberaturum, modo illum sequi velit. Ponamus quarto, respōsare infirmum, se pedibus consistere non posse, & se malle potius ibi perire, quam in illius comitatu iter, quod in silua est, absoluere. Si iam vir fortis tantæ bonitatis, & charitatis esset, vt offerat se illum humeris suis gestaturum, & ex nemoris periculo erepturum: postremò infirmus in respōsando pergat, & dicat nequaquam quod à se petitur, præstiturum, nisi mille auri talenta sibi enumerentur: quis hìc se contineat à risu? iure enim debebat infirmus mille aurea talenta (si tantum in bonis habuisset) illi pendere, vt eum vel comitem viæ haberet, & tutum deduceret. Verum fingamus ita se rem habuisse, vt vir ille bonus eam summā certò numerandum polliceatur, atque ita tandem illa cedens, & insidens collo, & humeris eius, & lepræ contagio illum inficiens, gestari se permittat ab eo, qui tandem illum saluum, & incolumē in hospitiū perduceret, vbi curata omni infirmitate ad cœnam lautam reciperetur, & promissam auri summam acciperet: quis non hìc exclamaret, & laudibus celebraret, atque commendaret viri illius fortis charitatem, incomprehēsamque & inauditam liberalitatem, & benignitatem non in cœlum vsque eueheret? Sed hæc parua sunt, si ad ea, quæ in his repræsentantur, cōferre velimus. Quis est enim hic infirmus, & miser, & in hyeme & in nemore media nocte errans, nisi quiuis nostrum? qui Adæ peccato à via iustitiæ aberrauimus, & peccatis personalibus morbos incurabiles contraximus, paupertatem summā incurrimus, & ingenti cæcitate percussi in densissimis salutis nostræ tenebris versamur, vnde venimus, vbi consistamus, quo pergere debeamus, prorsus ignorantes, in periculo certissimò constituti, vt à lupis inferni deuoremur, vt illis in perpetuum præda fiamus, & in ludibrium & contemptum illi simus. Ad nos igitur, tanquam in huius mundi silua aberrantes, Filius Dei, diuinis viribus, & sapientia præditus, magno cum

Stultus meritò quis haberetur.

Hominis post Adæ peccatum misera & infelix cōdit o describitur.

cum lumine venit: ita vt populus qui ambulabat in tenebris, viderit lucē magnam, & ambulantibus in regione vmbræ mortis, lux orta fuerit eis. Cœpit igitur Filius Dei cum lumine verbi Dei ad nos venire, & inuitare nos ad sui tutissimam sequelam: *Ego sum*, inquit, *lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Cœptum est dubitari, num ille verus esset Messias & certò viam nosset, qua à peccato, & dæmonis tyrannide eripere posset, & ad beatitudinem certam viam agnoscere: sed ille magnis argumentis, & Scripturarum testimonijs se verum Messiam, & viæ ducentis ad vitam cognitionem habere demonstrauit. Deinde dubitatum est, an ille tantum posset, vt peccata remittere, & hominem iustificare, atque æterna beatitudine remunerare valeret. Sed ille hanc potestatē sibi inesse, innumeris atque admirandis signis comprobauit, multos infirmos, quorum salus deplorata erat, sanando, vt se posse animas à peccato sanare ostenderet: mortuos nonnullos ad vitam reuocando, quo se omnium corpora in die postremo suscitaturum ostenderet. Tertiò, sanitatem à contractis morbis spiritualibus, omnibus ad se veniētibus offerebat: *Venite ad me*, inquit, *omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Exemplo etiam peccatorum vitam in melius per pœnitentiam mutantium idem indicauit, vt Peccatricis, Publicani, & aliorum. Quartò obtulit se tanquam iumentum Samaritani ad gestanda onera peccatorum nostrorum quibus illū leprosum reddidimus, iuxta illud: *Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum:* & gratia sua, & virtute Paracleti nobis donati efficit, vt grauem peccatorum sarcinam, quæ prius conscientiam opprimebat, non sentiamus, & onera tētationum, siue à carne, siue à mundo, siue à diabolo ingruentium facilè superemus, facentes cum tentatione prouentum. Denique recipit nos in hospitium Ecclesiæ suæ ad lautam mensam verbi Dei, & ad cœnam Dominicam Eucharistiæ. Et in cumulum tantorū donorum addidit certissimā vitæ æternæ promissionem, atque spem, & Spiritum sanctum donauit in pignus & arrabonem vitæ æternæ: in quam aliquādo recepti, tanquam talentis aucti in æternū ditemur, & perfruamur. Propter quæ omnia nobis meritò est exclamandum, & in perpetua gratiarum actione manendum, & cum Dauide dicendū: *Misericordias Domini in æternum cantabo:* & rursus, *Benedic anima mea Domino; & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius, &c. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Faciens misericordias Dominus.* Quas gratiarum actiones vt agnoscere, & pendere valeamus, præstet Dominus Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium in sæcula sæculorum.

Isa. 9.
Matth. 4.
Ioan. 8.
Matth. 9.
Luc. 7.
Matth. 9.
Luc. 7.
Ioan. 11.
Luc. 7.
Infra 19.
Supra 18.
Supra 10.
Isa. 53.
1. Cor. 10.
2. Cor. 1.
Psal. 88.
Psal. 102.

TRACTATVS XXVII.

In parabolam hominis habentis duos filios, quorum iunior suæ substantiæ portione à patre petita, & accepta, abijt in regionem longinquam, &c. De qua solus Lucas, cap. 15.

AIT autem, Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis Patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, cōgregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. 1

Qualis sit hæc parabola.

Elegantissima est, & efficax ad nos permouendos, & in alios viros permutandos hæc parabola, quòd hominis in

peccata prolabentis rationem, & modū præscribat: deinde peccati statum miserabilem ante oculos ponit: postremò, quòd peccatoris ad Deum reditum graphicè, & suis coloribus depingat, atque blanditias, & fauores, quibus à peccato resipiscentes Deus excipere solet, pulchrè enarrat.

2 Quò rendat hæc parabola.

In primis igitur, quod ad scopum attinet, ignorandū nō est, extitisse quosdam, qui hanc parabolam de Angelo, vt filio seniori, & de homine, vt filio iuniore, exponerent: & quidem minus aptè exponunt, & reprehendit eos Chrysostomus homil. de patre, & duobus filijs. Alij verò, de Iudæis, & Gentibus, vt plures annotant interpretes. Tertiò Chrysost. in quadam homilia, ad sacerdotes, siue clericos, & ad laicos docet esse referendam. Postremò alij acutiùs rem considerantes, & quod in præcedentibus parabolis dictum sit, expendentes, tradunt deiustis, & peccatoribus esse explicandā, vt Athanasius in Quæstionibus (si eius tamen sit ille liber) & Chrysostomus homilia quadam de hac parabola, & Theophylactus docent, neque habere hāc parabolam distinctū scopum à duabus præcedentibus, sed vnum & eundem cum illis, nimirum vt ostendat, Christū peccatoribus resipiscē tibus propitium esse & blandum, & sine caussa illos murmurare, qui hac benignitate, & clementia Christi offenduntur. Addit tamen aliquid hęc parabola præcedentibus: nam in illis cōmendatur nobis præueniens Dei gratia, qua peccatores ipse requirit errātes, hac verò tertia commōstrat necesse etiam esse, vt peccatores Dei gratiam quærant, & ambiant. In illis fit exemplorum cōparatio ad rem, ad quam declarandam assumuntur; hęc citra aliquam comparationem certi hominis factum proponit, veluti rem gestam: quę propterea allegoricè aptè exponi potest, vt similes aliæ parabolæ de homine qui incidit in latrones, & de eo, qui fecit cœnam magnam, & de eo, qui habuit villicum iniquitatis, & de duobus, qui ascenderunt in templum orare, Pharisæo scilicet & Publicano, & de homine nobili qui abijt in regionem lōginquam accipere sibi regnum, & reuerti. Quibus similes sunt duę illę parabolę Dauidi propositę, altera à Nathan propheta de rapta oue pauperis à diuite, altera à muliere Thecuhitide de duobus filijs, quorum vnus alterū occiderat. Talis est & præsens: & parabolę tales magis sunt ęnigmata, & obscurę allegoriæ, quàm nudę parabolę. Ita ergo de iustis & peccatoribus ad literam hanc parabolam interpretandam esse ducimus, vt non excludamus allegoricū sensum de Iudeis & Gentibus, vel de clericis, siue Religiosis, & laicis: nam hos, & similes sensus sine violatione literę, vel textus capere potest, vt docet Hieronymus de explicatione huius parabolę in epistola ad Damasum. Et hactenus de scopo.

Quis differat hæc parabola à duabus præcedentibus.

Quæ parabolæ simul cum proposita, allegoricum recipere possint intellectum.

Luc. 10.

Infra 14.

Infra 16.

Infra 18.

2. Reg. 12.

Infra 14. *& seq.*

Hieron. to. 3.

3

In cortice literę primum aduerte, fingi duos filios fuisse vnius parentis, quorum neuter erat emancipatus, sed tantū vt filij familiæ domi sustentationem & alimenta habebant, hęreditatemque paternam expectabāt, in obedientia patris permanētes. Filius verò iunior, horrens tanto tempore patris regimine gubernari, aut fraternę gratię prærogatiua deprimi, fręni impatiens, libertatem affectabat: vnde emancipari volens, patrem rogauit, vt daret illi partem substantiæ, quæ illum contingebat, siue illi obueniebat. Fingitur pater, ne contristaret filium quem diligebat, & quia rē iustam, saltem non iniquam, petere videbatur, & ne inuitum penes se retineret, postquam non potuit persuadere, vt domi apud se hæreret, portionem substantię illi distribuisse. Ille verò, vbi primùm vniuersa sua bona congregasset, & in summam pecunię redegisset, deliberauit, more mercatoris, in regionem longinquam abire, vt ibi negotiando pecuniam multiplicaret. Fingitur etiam per viam non fuisse spoliatus, nec naufragium fecisse, nec infirmatum bona sua in medicos erogasse, deniq; nihil tristo ei accidisse: vt verum sit, quòd in regione illa dissipauit omnia bona sua. Sed cum esset ignarus, & parū expertus cœpit splendidè viuere, & sumptus magnos facere in mēsa, vestibus, alea, venatione,

Sensus huius parabolæ literalis.

tione, & maximè cum meretricibus. Hac enim ratione multi adolescentes breuiter dilapidarunt omnes facultates suas, & ad summam paupertatem deuenerunt. Et vt liberiùs sine vllo pudore, qui exillis, qui nos agnoscunt, consurgere solet, delinquere posset, & obscœnis carnis voluptatibus operam daret, artificiosè fingitur in regionem longinquam abijsse, quod in proxima regione vix fecisset. Sed postquam ille ad aliquod tempus lautè, & delicioſe viuens, omnia bona sua dissipasset, fingitur in extremam inopiam redactus, ita vt adhæserit vni ciuium regionis illius, ipso fortè improbitate sua ciuem illum quasi compellente, vt se in seruum acciperet. Tempore siquidem famis non solemus conducere plures famulos, sed ad parcendum sumptibus nos ipsi ad famulorum descendimus classem. Non narratur in parabola, quod aliquis eorum, cum quibus suas opes expenderat, & cum quo lautè vixerat, eum egētem domi exceperit, aut eius inopiæ succurrerit: quia *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis*. Ideò consulit Ecclesiastes: *Mitte panem tuum super transeuntes aquas* (id est, pauperes peregrinantes) *quia post tempora multa inuenies illum*. Erogauerat bona sua in meretrices, parasitos, lusores, & scortatores. Non legimus quod conductus fuerit, aut si quid mercedis accipiendæ cum Domino pepigerit; neque quod ciuili alicui labori, aut seruitio applicitus fuerit, quod fortasse nullum artificium, quale in ciuitatibus exerceri solet, didicisset, sed tantum, quod in villam, id est, domum in agro positā, profectus, vt se alere posset, porcos pascere fuerit compulsus: vbi dum vilissimum ministerium apud omnes homines, sed maximè apud Iudæos suillam carnem abominantes, exerceret, cumque implere cuperet ventrem suum; non solum frumento, nec tantum ipsis leguminibus, quibus pauperes in magna egestate vesci solent, sed etiam siliquis (quibus legumina includuntur) quas porci edebant, ipse vel illis ad saturitatem vesci non posset, ipsisque proinde porcis infelicior erat, quibus potius seruiebat, quam imperabat. Cumque in lacu quodam, prope quē fortasse porcos pascebat, faciem suam spectasset, pallidā, languidam & semimortuam; vestē pannosam, detritam, atq; lacerā, sordidas manus, vngues deformes, & oblongos, in cogitationē prioris vitę, quam in domo patris sui agebat, deuenit, & prioris vitæ felicitatem cū indignitate & vilitate præsentis cœpit componere, & de reditu in paternam domū cogitare atq; deliberare. Fingit præterea, dū pœnitentiā ad patrē adornaret, & iam rediret, patrem de filij sui salute solicitum, pluries in campum extra ciuitatem prodisse, vt inspiceret, num filius suus ex longa peregrinatione cū duplicatis facultatibus rediret. Sed vbi longè eū vidisset, & agnouisset squalore, & pedore obsitum, & magna victus, & vestitus inopia oppressum ad se reuersum, ne filius appropinquans seruos, & mercenarios patris, ipsum quoq; patrem horresceret, fingitur pater ei de vestimentis prospexisse, & magno gaudio, & festiuis epulis illū excepisse, vitulumq; saginatum, quem pro eius prospero reditu aluerat, occidi præcepisse. Solent enim parentes, vel amici vitulos quosdā domi alere in filiorū, vel amicorum absentia, vt à peregrinatione suscepta redeuntibus, in epulū festiuum illis apponant. Vnde & Horatius in epistola quadam ad Iulium ait:

Ecclı. 6.

Eccles. 11. Quid illud Ecclesiastes, Mitte panē tuum super aquas.

Horat. lib. epist. 1.

Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca.

Et lib. Carminum alloquens Augustū, ode quadam sic ait:

Idem libr. 4. *Car. Ode* 2.

Te decem tauri, totidemq; vaccæ,
Me tener soluit vitulus relicta
Matre, qui largis iuuenescit herbis
In mea vota.

Etiamsi hic sit sermo de vitulo in sacrificium gratiarum actionis offerendo pro felici reditu Augusti: sed non repugnat aliquid in sacrificium oblatum etiam edi, vt erat olim paschale, & nunc Eucharistiæ sacrificium est, & illi edi non repugnat. Mulier quoque illa, quæ Sauli suscitauit Samuelem mortuum, fertur habuisse vitulum pinguem, vel paschalem domi, quem Regi

Leuit. 11. *Deut.* 14.

2. Reg. 28.

Sauli occisum, & coctum edendū proposuit. Erat enim caro tenera, & delicata. De quo vitulo mentionem fecit Salomon in Prouerbijs: *Melius est*, inquit, *vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio*. Est enim vitulus saginatus, cibus delicatus, & in pretio. Fingitur postremò, fratrem natu grandiorem, cognito fratris aduentu, & conuiuio, & lætitia, qua à patre exceptus est, præinuidia eius reditum grauiter ac molestè tulisse: adeò, vt opus fuerit patrem è domo egredi, & rogare illum, vt domum ingressus boni consulat festiuam lætitiam, & gaudij publici signa, quę de reditu fratris eius ediderat, nā illum, quem pro mortuo, & perdito habuerat, recuperauerat. Ideò tantę rei inexpectatum, & repentinum gaudiū cōuiuij epulo, symphonia, & chorea dignum extitisse, vt & ipse frater senior disceret, quanto gaudio fratris reditū celebrare debuisset. Et hæc de cortice similitudinis.

Prou 15.

4 Hominis cuiusdam habētis duos filios mysterium exponitur.

Explicandus est iam corticis nucleus, & mysteria in sensibili parabola delitescentia aperienda. Iste igitur homo qui duos habuit filios, Deus est, quia nihil est inter eas quas oculis spectamus creaturas, homine præstantius, aut nobilius: vnde natura ferè omnes homines cogitarunt Deum esse corporeum, & humanæ effigiei similem vt tradit Cicero. Deinde, vt docet Aristoteles in Politicis, homo, est animal natura sociale, & ciuile, mansuetum, & pium: propterea Deus homo dicitur: quia vt homo se nobis attemperat, & per pacta sua, quibus se obstrinxit, homini se accommodat, & humani à se nihil alienum putat. Quidam autem dicitur, quia ob sui eminentiam cognosci nequit, & ob nostrā socordiam parum nobis est cognitus: quem si filius iunior cognouisset, nunquam à domo eius discessisset. Secundò, duo filij qui sint, explicatum est in scopo: tantum frater maior, vel senior, iustus dicitur, quia prior est innocentia, & iustitia, quam peccatum, & pœnitentia: prior sapientia quam error, vt docet Theophylact. Per iuniorem autem fratrem peccator intelligitur, qui minor est sensu: & adolescentia, stultitia, & instabilitate sua ad malū prona est, & de qua ait Apostolus, *Nolite pueri effici sensibus*. Nec sine caussa oblata est Christo puero myrrha à Magis, nisi vt discamus pueritiam mortificatione, & disciplina indigere: quia illa ætas mollis facilè vt virga flectitur in quamcunq; velis partem, si adsit pædagogus; senectus verò frigida est ad vitia, & ætate erudita, vt ab illicitis abstineat.

Cicero de Natura deorum, lib. 1. *Arist. lib.* 1. *Ethic. cap.* 12. Deus, homo cur dicitur.

Senior filius quare dicatur.

Theophyl. Iunior frater quis ille.

Genes. 8. 1. *Cor.* 14. *Matth.* 2.

Pueri quare maximè indigent.

5 Variæ quæstiones soluendæ.

Et dixit adolescentior ex illis patri, Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Plures hic quæstiones oriuntur. Prior est, Quæ sit illa portio substantiæ, quę adolescentiorem contingebat. Secūda quæstio, Quomodò petiuit portionē suam, an verbo, an facto? quia difficilis videtur hęc postulatio. Tertia quæstio, Quomodo Deus in pueri, vel adolescentis manibus pretiosam substantiæ portionem gubernandam credat: nec enim videtur boni parentis esse, temerariæ adolescentis libidini consentire, sed potius duris verbis, & durioribus verberibus eum petacem, & insolentem corrigere. Nam, vt testatur Sapiens, *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam*. Et rursus; *Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum*. Et tamen dicitur quod diuisit illis substantiam, vnicuique partem suam tribuendo. Substantia autem, dicitur facultas, quæ datur in hoc ipsum, vt substantia hominis subsistat. Vnde in Prouerbijs dicitur, *Honora Dominum de tua substantia*: & in Iob dicitur; *Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substantiam eius per circuitum, &c.* Et de illa dixit, *Quæ me contingit*, quia iure naturali sicut filius egreditur cum parte substantiæ paternæ de corpore patris per generationem, ita cum parte facultatis de domo paterna emitti debet.

Prou. 22. *Eccle.* 7.

Subsistantia vnde suū nomē accipiat.

Prou. 3. *Iob.* 1.

6 Quæ sit illa portio substātiæ, quæ filiū iuniorem cōtingebat.

Ad primam igitur quæstionem dicēdum est, portionem substantiæ, quam Deus superstes filijs suis distribuit (nec enim Deus morti obnoxius est, vt post mortem possint filij eius hæreditatem adire) bipartitam esse: & alteram quidē in futura

Hereditas hominis duplex.

in futura vita possideri, quæ in æternis vitæ bonis consistit, & qua nemo potest malè vti, & ad quam non post mortem patris, qui non moritur, vt diximus, sed post filiorum mortem, ad eam datur illis aditus: de qua hoc loco non est sermo, sed alibi ait, *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnū à constitutione mundi*; & rursus: *Si filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*. Altera portio substantiæ, quam in hac vita filij Dei possident; duplex, est; quarum vna in bonis naturalibus, altera in gratuitis, & naturam excedentibus consistit. Quanquā enim, quicquid Deus creauit, non propter se, sed propter hominem condiderit, ita vt cuncta creata patrimoniū hominis dici possint, tamen vti libero arbitrio, & se ipsum voluntate sua regere, & non imperantis necessitate, ita est proprium, & essentiale homini, & peculiaris substantiæ eius portio, vt in familia mundi huius inferioris solum hominem contingat. Est autem præclara portio in se ipsa, quia similitudo quædam Dei ipsius, & Angelorum est, & per eam homo & distinguitur ab omnibus alijs, & eminet cunctis animantibus. Præclara etiā est, quando ponitur in manibus Dei, & illi dicitur, *Portio mea, Domine, dixi, custodire legem tuam*: id est sit mea portio, nequaquam à te separari, vel à tuis pedibus recedere. Etsi enim anima mea in manibus meis sit semper, & reliqueris me in manu consilij mei, vt ad quodcunque velim, porrigam manum meā, eo quod liberum me condidisti: quia tamen legem tuam non sum oblitus, quam adeò excelsam noui, vt ad eius obseruantiam tuis manibus egeam; proinde *In manus tuas Domine commendo spiritum, & animam meam*. Quemadmodum filius senior, etsi portionem suam accipisset, hæsit tamen prudenter apud patrem, & in obedientia paterna illam conseruauit. Præclara etiam est portio liberum arbitrium, quando ponitur in manibus Prælati locum Dei tenentis, atque illius voluntati vitam nostram accommodamus: at vero cum eā in manibus nostris accipimus, & ad libitum propriæ volū-

Vsus liberi arbitrij; homini qualis portio sit.

Psal. 118. Quid illud Prophetæ: Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam. *Ibidem.*

Eccle. 15.

Psal. 30.

Liberum arbitriū qualis portio substantię in manu superioris.

tatis vti volumus, in pernicioſam, & malam incurrimus seruitutem: vt exēplum filij iunioris docet, qui coactus fuit vni ciui regionis illius, id est, demoni vilissimo, & capitali nostro hosti, cōtemptam, & vilissimam seruitutem impendere. Quod autem hæc sit portio hominem contingens, declarat Hieronymus in Epistola ad Damasum, explicans illud: *Et diuisit illis substantiam, id est, dedit eis liberum arbitrium, dedit mētis propriæ libertatem, & vt viuerent vnusquisque non ex imperio Dei, sed obsequio suo, id est, non ex necessitate, sed ex voluntate vt virtus haberet locum, & à cæteris animantibus distaremus, dum ad exemplū Dei permissum est nobis facere quod velimus*. Sic ille. Et Chrysostomus homil. de patre & duobus filijs: *Describitur autem in istis, & euidenter ostenditur libertas arbitrij, quam animæ rationali specialiter inseruit Deus. Vide enim, pater iste quomodo nec illum discedere volentem retineat, ne liberi arbitrij auferat potestatem, neque alium manere cupientem cogat abscedere*. Eodē modo interpretatur Theophylactus, dicens; *Rationalis, ad quam subsequitur liberum arbitrium, substantia est hominis. Omne autem rationale, liberi arbitrij est. Dat igitur nobis rationē, vt ea liberè vtamur, tanquam nostra substantia. Dat autem omnibus ex æquo. Omnes enim ex æquo rationales sunt, & æquè liberum habent arbitrium. At alij vtimur hac libertate secundum rationem, alij autem dilapidamus donū diuinum*. Hæc ille.

Hiero. to. 3.

Chrys. tom. 2. *prope finem.*

Theophyl.

7 Quæ nobis Dei optim: Max. dona cū libero arbitrio acceſſerint.

Quoniam autem Filius Dei non tantum bona naturalia habet, sed etiam bona quæ diuini ordinis sunt, vt, gratiā, fidem, spem, & charitatem, de quibus Petrus, *Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit; vt per hæc efficiamur diuinæ consortes naturæ*: constat diuina hæc dona Dei gratia ad nos spectare, & nobis cum libero arbitrio tradi. Quanquam in his bonis non omnes æquales existant, sed quidam maiora, quidā minora dona possideant. Hinc Euthymius eleganter hoc loco tradit: *Qui etiam (scilicet iunior filius) substantiæ partem, quæ sibi obuenièbat, petiuit; hoc est, liberum arbitrium, quod ei ex natura debebatur*.

2. *Pet.* 1.

Euthym. c. 57. *in Luc.*

Quisquam

Quisquis enim puerliter sapit, liberũ poscit arbitrium; aut obtingentem substantiæ partem dicit debitam ex Baptismo gratiã. Cuiuis enim baptizato diuina datur gratia. Substãtia autem, siue diuitiæ Dei sunt charismata, id est, dona quæ diuidit fidelibus. Sic ille. Quod ait, *Diuisit illis substãtiam*, Græce habetur, τὸν βίον. Est autem, *βίος* non tantum vita, sed & Græcis facultates significat, quibus vita sustentatur.

Subſtãtia, ſiue diuitiæ Dei, quæ.

Βίος Græcè duo significat.

8 Quomodò hic iunior filius à patre petierit portionẽ ſubſtãtiæ.

Iam ad secundam accedamus quæstionem. Propterea dicit adolescentiorem postulasse portionem substantiæ: non quod reuera verbo postulauerit, quia id fingitur in parabola, ad hoc vt reddat verisimilẽ diuisionem patris: ita enim illis diuisit, ac si illi ipsi instanter petijssent. Deinde dici potest, appetitu quodam naturali præcedente vsum & exercitium liberi arbitrij, petitum esse liberum arbitriũ, & diuina gratiæ dona; quia ita conditi sumus à Deo, vt libero nos arbitrio regere debeamus. Tertiò etiam responderi potest, neminem esse, qui verbis à Deo postulet, vt libertatem ab ipsius Dei regimine, & gubernatione alienam assequatur. Nemo enim sapiens sub ratione boni id conciperet, & multo minus postularet: factis tamen, atque operibus multi sunt, qui se ipsos à liberrima Dei seruitute, in propriã, miseram tamen, & seruilem libertatem se asserãt. Est enim multo liberior, & præstantior Dei seruitus, quam sit propria libertas, quæ potius seruitus nuncupanda est, per quam nos in seruitutem dæmonis vilissimam, & abiectissimam præcipites damus. Et hæc de secunda quæstione. Ad tertiam, Quomodò scilicet Deus puero, vel adolescenti, cui vix cõmitteremus drachmam vnam gubernandam, gratiam, & liberum arbitrium pro sua voluntate regendum credat, mirabile quibusdam videtur, quia gladius in manus furiosi dari videtur, & maius, & nobiljus est regimen vnius animæ ad salutem, quam imperium vnius regni; quod tamen nisi seniori, & experto non committimus. Respondendum est, magna esse Dei iudicia, & nobis imperscrutabilia, nec à nobis tam esse scrutanda, quam cum omni veneratione suscipiẽda, & adoranda: nam, vt dicitur in libro Sapientiæ, *Quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti: Non enim est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium.* Et infra: *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi, cum volueris posse.* Magna ergo Dei sapientia, & suauitate fit, vt pueris Deus tantum credat thesaurum. Deinde experientia teste, pueri, & adolescentes melius interdum se gerunt, & sanctiorem vitam agunt, quam viri, quia carent malitia, & peccatis alijs, vt odio, superbia, & obscœnis carnis vitijs. Ad hæc, custodiuntur ab Angelis, & ab eis facilius se regi permittunt. Et Aristoteles libro de bona fortuna, pueros & stultos tradit meliorem fortunam sortiri. Nam vbi minor est intellectus, ibi magis dominatur bona fortuna: & è contrario, vbi maior est intellectus, ibi minus est fortunæ. Præterea voluit se Dominus ostendere, neque auarum, neque inuidum bonorum suorum dispensatorem, sed omnibus quod suum est, tribuere, & ab homine libera, & voluntaria obsequia, & sacrificia expectare. Proinde non est quod temere Diuina iudicia nostris cogitationibus comprehendamus, aut dijudicemus: satisque est hoc intelligere significatum, quod pater parabolicus noluit inuitum filium retinere, & sibi seruire. Ita & Deus omnes nos relinquit in manu proprij consilij, potestatem faciens viuendi vt volumus.

Secunda solutio.

Tertia solutio.

Quanto Dei seruitus nostri arbitrij sit libertate præstantior.

Quam prudenter filio iuniori pater diuiserit substantiam.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Pueri, ac stulti, qualẽ fortunam sortiuntur, teste Philosopho.

Quarta ratio.

Sapien. 15.

1. *Petr.* 5.

Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Habet & hic locus suas quæstiones. Et in primis, quid est quod ait, Non post multos dies? Deinde quid est, Congregatis omnibus? Rursus, quæ est hæc regio longinqua, ad quam peregrinationem instituit hic filius adolescens, cum Deus vbique sit, & omniaimpleat, & ab eo possit elongari nemo, cum de eo scriptum

Eccli. 15. 9

Dubia quædam proponuntur inferius diluenda.

Hierem. 23.

Psal. 138. *Ioan.* 1. & *seq.* eo scriptum sit: *Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades, &c.* Vnde Ionas Propheta à facie Domini nõ potuit effugere. Postremò, quomodò potuit substantiam suam dissipare, cum liberum arbitrium à natura insit, & quæ naturalia sunt, per peccatum non amittantur? vt docet D. Dionysius.

Diony. lib. de diuinis nomin. cap. 4. part. 4.

Quid est quod iunior filius nõ post multos dies paternam domum dicitur rei suisse?

Alter sensus.

Ad primum dicendum, in cortice significari, nõ quam primum accepit portionem substantiæ, discessisse, sed per aliquot dies moram apud patrem traxisse, vt illis diebus posset bona sua distrahere, & in pecuniam auream, vel argẽteam, & portatu facilem conuertere. In sensu vero principali significat exemptum à peculiari tutela, & cura patris, & in manu sui consilij relictum, facilè in peccata prolabi. Nam vt candela vento exposita, facilè extinguitur, quæ in domo, vel lãterna tuta seruabitur; ita filius qui in domo paterna tutus erat, vbi illam reliquit, in periculo peccandi positus facilè prolabitur. *Auertisti*, inquit, *faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Auertit autem faciem suam à nobis, quia ab eo nos priores faciem auertimus, & vt paruuli à matre relicti, quauis occasione perturbamur. Igitur non post multos dies, id est, illa ipsa nocte, qua Petrus promiserat, *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, antequam gallus cantaret, ter eum negauit: id est, antequam reprehendatur intus, & errorem agnoscat, Christum negauit. Nam postquam agnouit errorem, cepit illum Iesus sub curam suam, quem prius sibi ipsi dimiserat.

Psal. 29. Faciem suam à nobis cur Deus auertat.

Matth. 26. *Ibidem.*

Ad secundum, dicitur filius omnia bona sua congregasse. In quo duplex error apparet, quia non videtur naturæ & gratiæ munera, vt Dei dona agnouisse, sed quasi iure ipso sibi debita: hinc dixit, *Da mihi portionem quæ me contingit*; cum tamen scriptum sit: *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* In quo perniciose Pharisæi, & Pelagiani hallucinabantur: nec enim inter dona Naturæ, & Gratiæ distinguebant, & quæ naturalia sunt, non agnoscebant esse Dei Creatoris beneficia. Alter error est, quod illa omnia bona sua congregauerit, arbitrio suo regenda. Esset autẽ homo inconsideratissimus, qui debilitate magna virium, ac imbecillitate grauatus, thesauros acciperet sub capitis pœna per se solum deferendos, & ab innumeris hostibus, qui viæ insidiantur, tuẽdos; cum alius potentissimus se offerret adiutorem, & opitulatorem: cui deberemus dicere: *Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Congregauit ergo adolescentior bona sua, confidens & glorians in donis, quasi non acceperit: quemadmodum ille Pharisæus, de quo mentionem facit idem B. Lucas. At vero frater natu grandior congregauit omnia bona sua, sed agnoscendo illa esse à Deo: vnde sibi non fidens, in domo paterna prudenter mansit. Ezechias etiam Rex, quando dicebat, *Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim*; congregabat quidem, non in se ipso, sed in Deo, à quo credendi, & bene viuendi donum se accepisse certo existimabat.

10 Duplex iunioris filij omnia bona sua congregantis error.

1. *Cor.* 4. Contra Phariſæos, & Pelagianos.

Tertium dubium soluimus, dicendo, triplicis rationis esse distantiam, & primam quidem localem esse, per quam Deus à nulla re distat, sed omni rei præsens, & intimus est, nec minus in inferno, quam in cœlo, aut in platea, quam in templo, aut in impijs, & iniustis, quam in sanctis, & pijs. Secunda distantiæ ratio, à perfectione cuiusque rei sumitur: in tantum enim vnum ab alio distat, in quantum plures perfectiones in vno, quam in altero inueniuntur. Secundum hanc rationem dicimus, plumbum longè distare ab auro, & vitrum à lapidibus pretiosis: atque hoc modo Deus æqualiter ab omnibus distat. Cum enim infinitus sit, infinitè distat ab omnibus, etiam ab Angelis, & beatis, & reliquis omnibus creaturis, quæ circumscriptam, & finitam

11 Quæ sit hæc regio longinqua, ad quam perfectionem instituit filius adolescẽs: eã Deus nullibi non sit, & omnia impleat.

Hierem. 23. Triplex ratio distantiæ Dei à suis creaturis.

Secunda ratio.

lagiano, inter Naturam & Gratiam nullam constituẽtes differentiam.

Exod 34. *Psal.* 126.

Luc. 18. Filij senioris prudentia.

Isa. 38. 4. *Reg* 20. 2. *Par.* 32.

Tertia ratio distantiæ.

finitam perfectionem habent. Tertia ratio distantiæ sumitur ab oppositione, siue contradictione: vnde in sententijs dicere solemus: Tu longè distas à me, quantum scilicet affirmatio & negatio, quia ego affirmo, & tu negas. Ita dicimus, Longè distas à scopo, & lux longè distat à tenebris, & vitium à virtute, & sanctum à profano. Secundum quem modum homo peccator distat à Deo: quia illi oppositus est in bonitate, sapientia, & virtute. De hac distantia est hoc loco sermo, de qua Propheta: *Quia ecce qui elongant se à te, peribunt*, vt fecit hic adolescens. Mala ergo fuit hæc adolescentioris filij peregrinatio, quæ ad peregrina, & extranea humanæ naturæ perduxit, hominemque sibi effecit peregrinum: extraneum enim homini est viuere vt animal brutum, *& fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* Sic ferrum ignitum paullatim discedit, & peregrinatur ab igni, perdens ignis proprietates, quas antea induerat: quia fit paullatim obscurum, durum, frigidum, atque densum, cum prius esset lucidum, molle, calidum, & rarum. Hinc colligi potest, quæ sit regio longinqua: non est enim aliud, quam ipsum peccatum, quod longè distat à domo patris. Illa enim regio tenebrosa est, belluina, periculosa, atque sterilis, paupertate, fame, atque omni miseria referta, de qua Propheta: *Sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.* Vias iustorum, vias suas vocat, vias peccatorum, nostras, vt intelligas, quantum longè distat cœlum à terra, tantum distare peccatum à iustitia. Contra vero domus patris, virtus est, lucida, diuina, secura, atque fœcunda, omnium diuitiarum abundãtia, & felicitate plena. Sunt tamen duo genera peccatorum, qui à domo patris peregrinantur. Quidam enim ita peccant, vt parentis Dei, & domus eius non omnino obliuiscantur: vt qui ex timore, aut ignorantia, aut ex fragilitate peccant: tales enim tantillo Dei lumine admoniti statim resipiscunt, & ad cor redeunt; quemadmodum Dauid Nathan Prophetæ voce admonitus, statim resipuit, & Petrus Domini conspectu, & canente gallo, exiuit foras, & fleuit amare. Alij vero ita peregrinantur à Deo, vt Dei memoriam, & conspectum omnino amittant: vt qui volunt perseuerare in peccato, & Diuinis inspirationibus peccati dulcedine & voluptate detenti resistunt. Quæ vt aliquo exemplo illustria reddam, fuge duas naues è portu proficisci, alteram quidem cum ventis & fluctibus maris decertantem, portus tamen conspectum non amittentem: tales sunt, qui ex fragilitate carnis, vel ex ignorantia, vel timore peccant: vt de Petro respiciente Dominum quasi portum ab eo conspectum, diximus breui ad pœnitentiam redijsse. Altera vero nauis portum egressa in altum ingreditur, atque ibi tempestate iactata periculose laborat, neque portus conspectum habet, sed vt ait Poeta, *Cœlum vndique, & vndique pontus.* Tales sunt ex malitia peccantes, qui nec minis Dei, nec beneficijs, nec timore, nec amore à peccato recedunt, neque Deum salutis suæ portum conspiciunt: isti periculose valde laborant, & de Diuina misericordia interdum desperant, vt Iudas proditor. Si quis ergo dicat; Volo peccare, post tres dies resurgam, Dei memoriã, & intuitum non amittam; magnus est hic laqueus diaboli, quo multos irretitos tenet. Videmus enim filios Israël in Aegyptum fame compellente descendisse, & tamen nisi post ducentos annos inde egredi non potuisse. Petebant sibi concedi à Rege facultatem eundi viam trium dierum, & tamen non potuerunt nisi per quadraginta annos peruenire in Terram promissionis. Etsi ergo per tres dies, hoc est, per contritionem cordis, & confessionem criminum, & satisfactionem, à regione longinqua peccati egrediamur: supersunt tamen prauæ inclinationes, & mali habitus, quibus est bellum indicendum, & in deserto pœnitentiæ quadraginta annis manẽdum, antequam digni simus, qui in Terram promissam ingrediamur. Quartã quæstionem diluamus. Respondemus igitur, peccatum omnem substantiam dissipare: quoniam bona omnia, vel ferè omnia,

Psal. 72.

Extraneum hominiquid.

Psal. 31.

In quam abierit regionem longinquam filius iunior.

Psal. 55.

Peccatum à iustitia quantum distet.

Domus patris quæ.

Peccatorum duo genera, à Dei domo paterna peregrinantium.

2. Reg. 12.

Matth. 26.

Exemplum perelegans.

Ex fragilitate peccantes quales sint.

Virgil. lib. Æneid.

Ex malitia vero delinquentes cuiusmodi sint.

Matth. 27.

Magnus diaboli laqueus quis ille.

Gene. 15.

Exod. 16.

Per triduum ab Ægypto qui redeant in Terram promissam.

Qua ratione peccatũ dissipet omnem substantiam.

omnia, gratuita amitti facit: quæ verò naturalia sunt, vulnerat, vt vigore, quę priùs habebant, destituantur, remanentque quodammodo alligata vitia, & ad malum omnem peccatorẽ inflectãt. Omnes etiam bonæ naturæ inclinationes per prauos habitus delectationum comparatos peccatum vitiat, atque corrumpit. Denique memoriam, intellectum, voluntatem, & ipsum liberum arbitrium dissipare dicitur; non quod per peccatum pereant, sed quod per illud dæmoni, atque carni miseram seruitutem seruire cogamur. *Qui enim facit peccatum, seruus est peccati & à quo quis superatus est, huius & seruus est.* Vt enim aurum, in luto detentum, & inquinatum, dissipari dicitur, quia viliori rei coniungitur, quod ad annulos & inaures, & pocula construenda aptum erat, & idoneum: eodem modo dicitur mẽs hominum, siue liberum arbitrium dissipari, quòd rebus vilissimis, & seipso indignissimis coniungatur: quod tamẽ natum erat, vt cum Angelis, diuinis ministerijs, & spiritualibus functionibus deputaretur.

Ioan. 8.
2. Petr. 2.
Qualis illa dissipatio.

12

Luxus quid.

Addidit autem quomodò dissipauerit omnem substantiam, nempè viuendo luxuriosè. Vbi aduerte, luxum, esse profusionem siue prodigalitatem, vnde & Euangeliũ Prodigi dicitur; siue quicquid extra necessitatem carnis cupiditatibus impenditur, siue in cibo, siue in potu, siue in vestimento, siue in domo, & eius supellectili, siue denique in generationis actu. Hinc Paulus de viduis, quę bonis Ecclesiæ enutritæ erãt, & posteà ad nuptias conuolare optabant, ait: *Adolescentiores autem viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint, nubere volunt Cui luxuriatæ*, inquit, *fuerint*; id est, cũ splẽdidè, & delicatè de bonis Ecclesiæ vixerint. Et Petrus traducit quosdam in conuiuijs suis luxuriantes, Et in Ecclesiastico Sapiens ait: *Qui aceruat ex animo suo iniustè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.* Significat etiã luxus, siue luxuria, peccatum carnis obscœnum, de quo impij dicunt: *Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.* Et Apostolus: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Et Petrus. *Iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit.* Hæc enim duo peccata, gulæ, & luxuriæ, vicina sunt, & sibi inuicem seruiũt. Et peccatum luxuriæ rectè dicitur dissipasse omnem substantiam, quemadmodum Helena dicitur consumpsisse Troiam. Excæcat enim intellectum, inquinat voluntatem, debilitat memoriam, corrumpit sensus, consumit corpus, obscurat bonum nomẽ & famam, iacturam facit diuitiarum, occidit animam, scandalizat proximum, totumq; hominem in foueam sempiternam præcipitat: & cùm alia peccata vnum tantum deprædentur hominem, vitium luxuriæ vt minimum duos capit. Vnde de adulterio Iob dixit: *Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Prior tamen significatus verbo Græco ἀσώτως magis cõgruit: est enim ἀσώτος, profusus, siue effusus, ab ἀ, & σώζειν, id est, qui nil sibi seruare nouit, sed omnia profusè expendit in res minimè necessarias. Omnis enim terrenarum rerum immoderatus amor, & vsus profusus, fornicatio quædam, etiã in Scripturis vocatur.

1. Tim. 5.

2. Petr. 3.
Ecclesiastici 14.

Luxus etiam quid sit:
Sap. 2.
Ephes. 5.

2. Petr. 2.
Gene. 19.
Iunior filius vti dissipauerit omnem substantiam suam viuendo luxuriosè
Luxuriæ mala.

Iob 31.

Profusus quis.

13

Et postquàm omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egère. Digna est hæc pœna eo homine qui splendidè & lautè vixerat, nec de futuro quicquam cogitauerat, vt ad paupertatem, & mendicitatem redigatur. Ait ergo: *Cùm consummasset omnia*, nimirum diuitiarum possessionem, iuuentutis florem, corporis decorem, mentis vigorem, nominis quoque honorem, atque omnia diuina charismata perdidisset. Facta dicitur fames valida in regione illa. Fames hæc omnes peccantes, & in regione peccati cõmorantes, comitari solet. Quæ dupliciter explicari potest: quia fames vel est priuatio lætitiæ bonę conscientiæ: *Secura enim mens quasi iuge conuiuium*; & penuria virtutum (vnde securitas cõscientię oritur) nulla ad eas inclinatione remanente. Vel secundò explicari potest, & fortasis magis ad rem, hęc fames, quòd

Eius pœna, vt filij iunioris propria.

Cur dicatur facta fames valida in regione illa.

Primus sensus.

Prouerb. 15.
Securitas cõscientiæ vnde oriatur.
Alter sensus.

mes, quod creaturæ vanæ sint, & implere animum hominis non possint: quēadmodum nec stomachum elephantis vnum milij granū implere potest. Hinc per Hieremiam cōqueritur Dominus: *Duo*, inquit, *mala fecit populus meus; Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas; cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Derelinquitur Deus ab his, qui proficiscuntur in regionem longinquam: quia gratia, & peccatum, Deus & diabolus esse simul non possunt. Deus est vnus fons aquā viuam scaturiens & satians; cisternæ autem creaturæ, quæ plures sunt, & veras voluptates non habent, sed aquas mortuas & fœtentes, quæ citò transeunt, & quæ potiùs amaritudinem & cruciatū in conscientia relinquunt. Ad hęc, delectationes gustus & tactus per se insatiabiles sunt, & ipso vsu, vt testis est Philosophus, augentur potiùs, quā imminuātur. Hinc Cicero, *Graues domine cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atque imperant, quæ expleri, atq; saturari nullo modo possunt.* Hieronymus in Oseam Prophetam: *Vires*, inquit, *in fornicatione defecerunt, & fornicādi desiderio nō quieuerit.* Et vt pulchrè quidam has voluptatis cupiditates describens, dixit:

Quæritur in ludo ludus, deest hortus in horto.

Præterea creaturæ ipsæ locum famis animæ non ingrediuntur, quia creaturarum tantum similitudines in animam ingrediuntur, quibus, quēadmodū nec vmbris ciborum, nec pictis pecunijs homo impleri, aut ditari potest, quæ instar grauidę, potius degustat cibos, quā comedat. Postremò, cùm voluptatis carnalis instrumenta finita sint, nec ab omnibus possideri queant, cùm multi sint qui ea magno studio conquirant, & cōsectentur, inde fames, & inuidia crucias ad eos, qui possident, vnde delicata ciborū fercula, aut puellas pulchras, quas desiderat quiuis, habere minimè potest, aut vestimenta pretiosa, aut palatia, aut hortos, aut aurum, aut lapides pretiosos, & similia, quę quisque ardenter concupiscit, & habere minimè potest. Inde oritur fames in regione longinqua, vt rectè dicatur de adolescente, quòd cœpit egere, non habendo opportunitatem peccandi, vel non percipiendo eam delectationem in peccato, quā expectabat; vel agnoscendo opprobriū & dedecus, quod incurrit apud homines; vel denique; quia appetitus voluptatis est validus, & insatiabilis. Et quia est in malorum consortio, non potest ab alijs panes spirituales, quibus inopiam suam subleuet, mutuò accipere: secus si mansisset in regione patris sui, id est, inter bonos, qui indigentibus facilè subministrant.

Hierem. 2. Creaturæ cur hominem satiare non valeant.

Qui Deum derelinquāt.

Quales sint huius vitæ voluptates.

Secunda ratio. *Aristot. lib. 3. Ethic. to. 2.* *Cicero lib. 6. de repub.* *Hierony. in cap. 4. Oseæ paullò post med. tom. 6. initio.*

Tertia ratio.

Quarta & postrema ratio.

Quænam vehementer homines cōcupiscant.

14 Filius prodigus quemadmodū abijt in regionem longinquam. *Apocal. vlt.*

Et abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius: et misit illum in villam suam vt pascerct porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Abijt inquit, de malo in peius, *Vt qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Et adhuc recedens à Deo salutari suo, adhæsit vni ciuium regionis illius; siue, vt Hieronymus ad Damasum scribens legit, vni de principibus regionis illius. Diabolus enim non est peregrinus, aut exul in regione peccati (vt erat adolescentior inuenis) sed ciuis in illa regione, quia obstinatus in peccato, & ab eo immutabilis. Et princeps est diabolus omnium peccatorum, quia sub eius imperio militant omnes Dei hostes, & delinquentes facinorosi. Adolescens ergo desperans de delectatione gratiæ Dei annexa, tradidit se delectationi carnali. Homo enim sine delectatione esse nequit: & vt fames compulit Israelitas in Ægyptum descēdere, ita fecit hunc seruum porcorum.

Hieron. to. 3.

Eius regionis ciuis quis nā sit.

Gen. 15.

15 Quid quòd hic iunior filius adhæsit vni ciuium regionis illius.

Et dicitur illi adhæsisse, quasi pacto quodam promisissct perpetuam per totam vitā seruitutem: id enim videtur insinuare verbū, Adhęsit, siue Græcum ἐκολλήθη. Et significat in sensu principali, quòd insolubiliter exse homo seruit dęmoni, nisi Deus misericórdia sua succurrat, & vincula cupiditatum, quibus est illi alligatus, dirumpat: vt qui noluit esse seruus Dei, meritò seruus dæmonis efficiatur. Et cū recusant homines suaue, & mite iugum Domini, coguntur ferre durissimum Satanæ iugum, & sese in seruitutem dare ciui barbaro & peregrino.

Matth. 11.

In quam villam missus fuerit ille mi-

grino. Dicitur autem hic ciuis illum in villam misisse. Per villam dæmonis intelligi potest (teste Euthymio) indigna conuersatio, porci verò, voluptates, ac lutulentæ cogitationes, quas miser pascere, ac fouere iussus est, hoc est, delectationes laboriosæ, & belluinæ, vt absorpta rationis scintilla, intelligas illum ab vrbanis luxibus degenerasse ad brutas & obscœnas voluptatum actiones, vt ita tota vita sua impura pascat impuros dæmones, qui delectantur ebrietate, impudicitia, & nefandis impudicitiæ obscœnitatibus: siue quod facit eum proficere in malo, vt iam malorum fiat dux, & magister, & præfectus. Nam hoc intelligo pascere porcos; videlicet doctorem fieri porcinarum actionum, & cibum præbere dæmonibus, & immundis hominibus, in porcis designatis, quemadmodum leonēs, & lenæ meretricibus præficiuntur. Vnde quidam dixit:

Me pinguem, & nitidum, bene curata cute vises.

Cum ridere voles Epicuri de grege porcū.

Pascit ergo porcos, teste Theophylacto, qui multis in malitia præest, vt est scortorum hospes, vel publicanorum Princeps, vel latronum Princeps, & hæreticorum auctor, & conseruator, & piratarum fautor, lusorum solicitator, & præstans domum, & commoditatem ad ludum; denique; quicunque illicitis, obscœnisque, atque fraudulentis artibus præficitur. Incredibilia penè videntur obscœnissima quæque, quæ de quibusdam Imperatoribus Romanis (quos dubites, an inter homines, an inter belluas cōnumerare debeas, vt de Tiberio, Caligula, Nerone, Heliogabalo) traduntur, quæ, ne honestas aures offendam, silentio prætermitto. Certè illud constat, eos missos in villam fuisse ad porcos pascēdos.

Horat. lib. 2, epist. 4.

Theophyl.

Pascat etiam porcos quis.

Quos Imperatores videatur diabolus misisse in villam ad porcos pascendos.

16 Siliqua dupliciter sumitur.

Plin. lib. 18. cap. 12.

Subdit: *Et cupiebat implere ventrem de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.* Siliqua dupliciter accipitur: primum pro folliculo, siue integumento cuiuslibet leguminis; vnde Plinius fabis illam tribuit, & gratam pecori docet, & Virgilius in Georgicis:

Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset. *Virgil. lib. 1. Georg.*

Est & siliqua Græca fructus arboris, quæ à Galeno in lib. Simplicium κερατώνος, & ipse fructus κεράτιον Græcis dicitur, siliquis tectus falcatis, humani digiti longitudine, ijsque prædulcibus, & ob id in cibum expetitis, cum semen propter amaritudinem negligatur. Ita Plinius tradit. De qua Horatius libro epistolarum:

Gale lib. 7. Simplicitū.

Plin. lib. 15. cap. 28.

Viuit siliquis, & pane secundo,

Horat. lib. 2. epist. 1. paullò ante medium.

describens vilem, siue seruilem cibum. Et in hoc sensu accipiunt Chrysostomus, & sectatores eius hoc loco siliquā. *Siliquæ*, inquit Euthymius; *ad breue spatium gustui dulcescunt, deinde vt plurimū constringunt.* Siliqua igitur vilis est cibus, & seruorum, siue contemptibilium hominum, foris dulcis, intus vacua, & duram glandem habens: & colligitur fructus hoc anno remanente flore pro fructu sequentis anni, & vulgari lingua Italica à quibusdam dicitur selicola, vel succella, ab alijs carrubia, quod Syra est vox, vt docet Syriacum Euangelium, ab alijs vainella. Pulchrè autem repræsentat peccati voluptatem, & dulcedinem, quæ in se ipsa vilissima est: & vilissimos tantum, planeq; stultos & seruos pascit: nam exterius dulcedinem quandam promittit, intus verò vacua est, & glandem duram remorsus conscientiæ in se continet. Ambrosius, & Augustinus siliquas mysticè interpretantur, ste. riles scientias seculares, de quibus Hieronymus ad Damasum: *Possumus autē*, inquit, *& aliter siliquas interpretari. Dæmonum cibus est carmina poëtarum, secularis sapientiæ, Rhetoricorum pompa verborum. Hæc sua omnes suauitate delectant, & dum aures versibus dulci modulamine currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna deuinciunt: verum vbi eum summo studio fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud, nisi inanem fœnum, & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt: nulla ibi saturitas veritatis, nulla refectio iustitiæ reperitur: studiosi eorum in fame veri, & virtutum penuria perseuerant.* Sic ille. Ad hæc, in siliqua flores vnius anni, fructus sunt sequētis:

Hieron. to. 3. Alter sensus B Hieronymi de siliquis. Seculares scientię à Dœmonibus cur siliquis comparentur.

Ferabilis, vt pascēret porcos, & quos porcos. *Euthy. loco præcitato.*

Pascant porcos qui.

Misera peccati conditio siliquæ proprietate signata.

quia peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Habetq; formam falcis, quia instar falcis animum à Deo vitæ fonte præcidit, & in æternam mortem adiudicat. Et hic est egregius cibus, quo suos dæmon pascit; cum Deus impleat omne animal benedictione, & solus repleat in bonis desiderium nostrum. Cumque illis saturari concupisceret hic adolescens.

Psal. 144. *Psal.* 102.

17

Prodigi summa infelicitas, & miseria.

Nemo illi dabat, scilicet, vt illis posset saturari, vt infelicior esset ipsis porcis, qui saturabantur: quibus verius seruiebat, quam imperabat. *Nemo illi dabat.* Docent quidam, dæmonem hominibus peccatoribus inuidere, quod delectabilibus fatient appetitum suum; & ideò priuat eos, ne sarientur, vt augeat peccatum. Solet enim ex habitu peccans, minus voluptatem peccati percipere, & ideo grauius Deum offendere. Et ita dæmonem denegasse siliquas adolescẽti. In cuius rei typum in Pharaone dæmon adumbratus, filijs Israel, quos opprimebat in operibus duris luti, & lateris, non dabat promissas paleas, id est, voluptatem, & iocunditatem peccati, cum exigeret consuetum numerum laterum. Sed hæc non satis exactè dicuntur: tum quia per hoc dæmon daret occasionem peccatori, vt redeat conuersus ad Deum, cum viderit se concupitis frui ac potiri non posse: nam idcircò resipuit Prodigus, eo quod non posset siliquis explere suum desiderium. Deinde peccatorem inuolui sordibus, nõ est materia inuidiæ diabolo: imò id est, quod ipse cupit, quia illa sunt homine indigna, & scit quod ipso facto peccatum auget. Nec est timendum quod satientur, id est, fastidiant, qui voluptatibus, & libidinibus vacant: nam auarus non satiatur, sed

Caietanus in Lucam, cap. 15.

Quid inuideat peccatori dæmon, secundum aliquos.

Paleæ populo Dei à Pharaone denegatæ, quid mystice.

Exod. 5.

Peccatori nihil dæmonẽ inuidere.

Secundũ argumentum.

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecuniæ creſcit:

Auari miseria.

Et delectationes gustus & tactus per exercitium, & vsum non extinguuntur, sed excrescunt, & instar hydropisi labo rantis, quo plus bibit peccator, tãto magis sitit.

18

Ideo dicendũ est, Deum disposuisse, vt non satiaretur, ex misericordia, est enim beneficium Dei, vt peccator concupitis careat, quo facilius reuertatur, & dicat: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?* Denique diuinæ prouidentiæ munus est, vt peccata animum satiare non valeant, quo facilius se peccatores ab illis extricare valeant: ait enim Salomon: *Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit. Infernus* (id est, diabolus, qui terram comedens, id est, terrenos homines, nunquã satiatur) *& os vulvæ* (id est, carnis concupiscentia, quæ inexplebilis est) *& terra, quæ non satiatur aqua* (id est, cupiditas diuitiarum.) Deniq; est Ignis, id est, illa ambitio, & incensio, qua totus exardescit animus, honoris, & gloriæ cupidus, vt ille Luciferi, & Alexandri Magni, qui cum subiecto à se orbe, audisset Philosophos de alijs mundis disputantes, ingemuisse fertur, dolens vix sibi vnum esse subiectum. Et rursus in Ecclesiastico: *Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis* (quia quicquid videt, concupiscit) *non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam.* Sic ille. Excruciat enim animum curis, & solicitudinibus, & corpus extenuat, & tabefacit. Vides ergo infelicem adolescentioris sortẽ in regione longinqua. De qua Hieronymus ibidem: *Id quod in Ezechiele cum increpatione dicitur ad Hierusalem: Et factũ est in te peruersum vltra mulieres, quæ ante fornicationem tuam, & post te fornicata sunt in eo quod dedisti mercedes, & mercedes tibi non sunt datæ: videmus in filio minore completum. Substantiam suam in regione principis perdidit, & post perditas facultates missus ad porcos egestate contabuit.*

Prodigo illi siliquas nemo curabat.

Quanam sit diuina prouidentia, bona vt huius seculi, quæcũque illa sint, nunquam satiare homiñ possint.

Prouer. 30. Insaturabilia tria, & quartum, quod nunquam dicit, Sufficit, apud Salomonem quænam sint?

Gene 3. *Isa.* 14. Alexandri Magni ambitio.

Eccl. 14.

Prou. 27.

Hieronym. tom. 3. *Eccl.* 29. *Ezech.* 16.

19

Sed ne modum excedat hic Tractatus, hîc sistendum est, & intentè considerandum, quem finem sortiatur præsentium voluptatum expletio, & in quã miseram, & acerbam famem terminetur. De qua Isaias; *Va*, inquit, *qui ponitis fortunæ mensam*, id est, qui splendidè viuitis de bonis fortunæ. Et infra: *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce, serui mei bibent, & vos sitietis: Ecce serui mei*

Qualem exitum sortiatur præsentium voluptatum expletio.

Isa. 65.

Ponere Fortunæ mensam, iuxta Isaiam quid.

mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce, serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. Nã quia gulæ vitium comitari solet loquacitas, vnde Dives, qui epulabatur quotidie splendidè, vexabatur in lingua: ideò Isaias post famem seruorum meminit clamoris: quia clamabunt, & non exaudientur. Pulchrè etiam de fame dãnatorum dicitur per Prophetam: *Conuertentur ad vesperam* (hoc est, serò) *& famem patientur vt canes* (id est, canina famè torquebuntur, quia perpetuo erunt famelici) *& circuibunt ciuitatem* (foris manentes, clausa cœli ianua.) *Ipsi dispergentur ad manducandum*, quasi desperati cursitantes ad emendũ oleũ, vel ad quærendum panem: & cum viderint se non posse obtinere, blasphemãbunt, vlulantes præ contritione spiritus. Hæc enim commodi boni appetitio necessaria est ad tormẽtum eorum: nemo enim dolet, priuatus eo quod nõ appetit. Proinde tempestiuè oculos aperiamus, & sobriè agamus, Tantali sitim, qua ille in medijs aquis cruciatur, meditantes, vt à domo paterna, in qua omnia bona suppetunt, nõ discedamus, sed æternam hereditatem in obedientia permanentes custodiamus, præstante Domino nostro Iesu Christo; cui cum Patre, & Spiritu sancto exhibeatur omnis honos, gloria, & imperium, per infinita secula, Amen.

Luc. 16.

Expenditur illud Prophetæ: Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. *Psal.* 58.

Matth. 26.

De quo quis eo priuatus non doleat.

TRACTATVS XXVIII.

In eandem parabolam adolescentioris filij ad patrem reuertentis: à quo magno gaudio, & solenni conuiuio exceptus est. Luc. 15.

IN *Se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autẽ hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum.*

1

Dauid propheta magna cum exultatione cecinit: *Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.* Est enim peccati abyssus immensa, & quodammodò infinita, vt quasi accersat infinitam Diuinæ misericordiæ abyssum. Hactenus ergo casus, & infelicitas adolescentioris iuuenis descripta est: nam ex filio Dei in summam miseriam immunda animalia pascendi prolapsus est: qua in parte multos habet imitatores, & sectatores hic adolescens. Iam verò Euangelista describit restaurationem eius, & in pristinæ dignitatis gratiam reditum, & blanditias ineffabiles, quibus à clementissimo parente benignissimè susceptus est: quanquam nostro vitio, & socordia pauciſſimi inueniantur, qui his tanti parentis blandimentis, & fauoribus, ad serio agendam pœnitentiam excitentur: & propterea non multos habeat in hoc reditu sectatores prodigus adolescens, sicut in casu habuit plurimos imitatores.

Psal. 41.

Peccati abyssus quanta sit.

Eorum quæ proposita sunt argumẽtum de filio prodigo ad patrẽ redeũte.

Sed iam ad textum explicandum accedamus. Et primum cum ait; *In se autem reuersus*, docet quod adolescens putans se à patre recedere, etiam à se ipso recesserat: vnde pœnitentia reditus est ad se ipsum, & per se ipsum ad Deum: nam vtrumque Scriptura asserit: *Redite*, inquit, *præuaricatores ad cor*; deinde, *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Deinde etsi facile sit iuuenem à peccato reuerti ad Deum, difficile tamen est, cum callum obduxerit, iuxta illud Salomonis in Prouerbijs: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum consenuerit, non recedet ab ea.* Et Hieremias: *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas; & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.* Cum ergo dicitur, in se reuersus; non intelligas proprijs tantum viribus, sed actus a diuino Spiritu, sine quo anima non potest redire ad seipsam, sicut nec post mortem ad proprium corpus: quemadmodum candela extincta non potest per se iterum accendi, bene autem ab alio. Quod si obijcias, in

2

Pœnitentia quid sit.

Isa. 46. *Ioël* 2.

Prou. 22.

Hierem. 13.

Per quem inniti filius ad seipsum rediit.

cias, in peccatore remanere fidem; non negabo. sed ita remanet, vt nisi Diuino auxilio adiuuetur, per se illa bene vti non valeat: quanquam faciliorem efficiat reditum ad Deum, cum habitum fidei habeat eorum quæ credenda sunt, maximè de bonitate, & clementia Dei,

Quid iuuet peccatoris reditum ad Deum.

3 Vnde peccator resipiscere incipiat.

Ad hæc, aduerte, quod ex proprio sui ipsius amore peccator, vt plurimum, incipiat resipiscere, bona quæ perdidit, & mala quæ incurrit considerando, vt hic, qui dicebat: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo?* Et videtur hæc verba cum suspirio quodam ex intimo corde profecto dixisse. Et idem est, Quanti, pro Quot, vel quam multi.

Mercenarij qui dicũtur hic panibus abundare.

4 *Theophyl. Euthym.* Trip'ex ordo eorum, qui salutem consequentur.

Iam quærendum, quid intelligat per mercenarios. Theophylactus, & Euthymius per mercenarios intelligunt Catechumenos, nondum per Baptismum adoptatos: quibus credentibus datur adoptio. Verba Theophylacti sunt hæc: *Vt discas differentiam mercenarij, & filij, audi. Tres sunt ordines eorum qui saluantur. Alij enim, vt serui faciunt bonum, timentes iudicium: quod & Dauid insinuat,* *Psalm. 118.* *dicens: Confige timore tuo carnem meam; à iudicijs enim tuis timui. Mercenarij verò esse videntur: qui desiderio bonorum bene placere Deo cupiunt, sicut & ipse Dauid dicit: Inclinaui cor meum ad faciendum iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* *Ibidem.* *At filij sunt, qui propter amorem in Deum mandata perficiunt, sicut iterum Dauid testatur: Quomodò dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. Et iterum: Leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: non quæ timui.* *Ibidem.* Hæc ille. Idem ferè Ambrosius docet hoc loco: *Mercenarij autem qui sunt,* *B. Ambros. ibidem, tom. 5. in Lucam.* inquit, *nisi qui ad mercedem seruiunt? qui sunt ex Israël non id quod bonum est, probitatis studio persequentes, nec virtutis gratia, sed vtilitatis studio prouocati. At vero filius, qui habet sancti Spiritus pignus in corde, secularis mercedis lucella non quærit, qui ius seruat hæredis. Sunt etiam mercenarij, qui conducuntur ad vineam.* *2. Cor. 3.* Quid quærat habens sancti Spiritus pignus in corde. *Bonus mercenarius Petrus, Ioannes, & Iacobus, quibus dicitur: Venite, faciam vos fieri piscatores hominum. Isti, non siliquis, sed panibus abundabant. Denique & collegerunt fragmentorum cophinos duodecim.* Hæc Ambrosius. Hanc egregiam doctrinam non ignorauit Gregorius Theologus, qui oratione in sanctum Baptisma, *Enimverò*, inquit, *cum eorum qui salutem assequuntur, tripartitus ordo sit, seruorum videlicet, mercenariorum, & filiorum: ita te compara, vt si seruus sis, plagas extimescas: si mercenarius, id vnũ spectes, vt mercedem accipias: sin autem ijs sublimiorem locum tenens, atque inferiorũ ordine censearis, Deum, vt patrem verere, bonorum operum studio incumbe, quia bonum est patri morem gerere, etiamsi ex ea re nihil quæstus ad te rediturum sit. Hoc ipsum merces est, patri placere, atque inseruire. Quæ tria vtinam nõ cõtemnamus.* Hactenus Gregorius.

Matth. 4. Boni qui mercenarij Ambrosio. *Ioan 6.*

Ex quorum Patrum doctrina potes accipere, duo constitui mercenariorum genera: alterum eorum, qui propter lucra temporalia operantur: sicut & serui sunt, qui metu malorum temporalium à peccatis abstinent: alterum eorum, qui ad vineam conducti sunt, & in æternam mercedem oculo secundario respiciunt: & de his secundis videtur hoc loco esse sermo. Nam etsi omnes sunt filij Dei, qui dono gratiæ insigniti sunt, & omnes aliquo modo sint mercenarij, quia ad mercedem respiciunt, & cum hoc Deo placere nouerint; & propter Deũ suam remunerationem diligant; peculiariter tamen sunt mercenarij incipientes quidam, qui in mandatorum obedientia ad præmium respiciunt. Filij verò, qui propter Deum operantur, obliti mercedis, hos ait abundare panibus, nempè sacris literis, & Sacramentis, quæ consolationes præstant, & gustus spirituales: qui respectu stomachi nostri, panes sunt; respectu autem beatorum, micæ existunt. Vt enim Iudæis de Aegypto egredientibus datum est manna, ita istis imperfectis facit delicias Deus. Vel mercenarij, secundum alios dicuntur, qui non omnino digni sunt hæreditate, vt qui nondum ad illum filiorum affectum peruenerint; sed tamen miseretur illorum

5 Mercenariorum duo genera, de quo hic illorum fiat mentio.

Exod. 16.

Alter sensus de mercenarijs.

filiorum Deus. Nisi quis malit intelligere eos, qui sola spe bonorum huius vitæ à vitijs abstinent: qui longè meliore cõditione sunt, quã qui se præcipites dant in omnia flagitia. Sed prior expositio magis placet. Peccator igitur sic implorat Diuinam misericordiam, vt non audeat petere restitutionem in pristinum statum, ac priora dona, sed tantum vt recipiatur intra domum in gradu inferiori, iuxta illud: *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* *Psal. 83.* *Ego autem hic fame pereo? Ego* inquit, qui olim eram filius. *Hic*, id est, in regione peccati. Iã incipit agnoscere regionis longinquæ sterilitatem: quã vnam omnes agnoscãt. Et fame se agnoscit perire, quia anima sine delectatione esse non potest, & amissa Diuina, opus est hominem fame perire: quia peccatum semper vrget, & acuit esuriem, nisi ad domum patris redeamus. *Surgam, & ibo ad patrẽ meum.* Surgam ab actu, vel consuetudine peccandi: & quia me iacere infeliciter cum porcis agnosco, & profundum somnũ cum Epimenide hactenus dormire, ita vt toties clamantem Dominum, & dicentẽ: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus*, surda aure transierim. *Ibo*, inquit, *ad Patrem.* Affectibus animi, dolore prioris vitæ cõpunctus: fiducia, & desiderio melioris vitæ: hi enim sunt gressus, quibus eundũ est ad Patrem. *Et dicam ei, Pater.* Nondum dicit, sed proponit se dicturum: quemadmodum & ille, qui se in regionem longinquam abisse cognouerat, dixit; *Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Peccaui in cælum, & coram te.* Hoc non videt qui peccat; alias erubesceret coram Deo peccare. In cœlum peccat, qui cœlestia bona terrenis posthabuit; vel qui spiritum carni, vel Dæmones Angelis cœlorum habitatoribus antepositi. Si enim *gaudium est in cœlo, super vno peccatore pœnitentiam agente*, certè non potest non esse tristitia in Angelis super vno iusto iustitiæ nuntium mittente, & peccatum amplectente. *Et coram te*, Quem iudicem, & omnia videntem despexi. Vel, peccaui contra te, & coram te, quod maximè peccatum aggrauat. Propterea enim rapina peior est furto, & conuitium detrimento eiusdem generis; quod in conspectu, & præsentia alterius peccetur. Idcirco Dauid considerãs se peccasse contra Deum, & corã Deo, rectè dixit: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* Vel sensus est, Peccaui publicè in cœlum, & secretè, id est, te solo conscio. Et dicendò, Coram te, incipit agnoscere se ita à domo patris discessisse, vt non potuerit oculos patris euadere, & iam sapiens dicere possit: *Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam?* Aduerte quoque, in confessione neminem alium esse accusandum præter nos ipsos. *Iam non sum dignus vocari filius tuus.* Iam, inquit, ex quo peccaui, & in barathrũ obscœnarum voluptatum me tradidi. Et recordatur felicitatis præteritæ, quam olim non cognoscebat. *Non sum dignus vocari filius tuus.* Imo dignũ me agnosco omni supplicio, quia vt Absalon machinatus sum proditionem in patrem meum, & vt alter Cham detexi verenda patris mei. Et deniq; qui tantum rebellionis flagitium admisi, dignus sum, qui lapidationis morte percã, iuxta pœnam à lege statutam. *Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Nolebat esse mercenarius, sed mercedẽ eius ex humilitate petit: quasi diceret, Nõ audeo petere redintegrationem in statũ filij, nec dona grãdia, sed dona incipientium, & imperfectorum. Pulchrè Petrus Rauẽnas in hãc parabolam: *Hoc petit, quia qui penes extraneum seruam senserat libertatem penes patrem credit sibi futuram liberam seruitutem. Et surgens venit ad patrem suum.* Exequitur verè pœnitens quod corde concepit, & deliberauit. Surgit autem, humano conatu peculiari Dei opitulatione coniuncto, sed manente adhuc in eo peccato, propter quod longè adhuc erat à patre, & adhuc patris egebat misericordia. Venit ergo ad patrẽ suum, id est, cœpit venire: velle enim venire ad patrem, nõ solum venire, sed peruenire est. Quid autẽ adolescentior ille rediens ad patrem per viã cogitabat? Meditãtur quidam

Vbi prodigus miserabius fame periret, & quare.

Quemadmodum ille surrexit, vt iret ad patrem suum.

Ephes. 5.

Quibus pedibus iuit ad patrem.

Qualis filius prodigus.

Psal. 31.

In cœlũ peccet quis.

Luc. 15.

Peccare corã Deo quid.

Psal. 50.

Altera sententia.

Psal. 138.

In confessione acculandus quis tantummodo.

Filius prodigus cur indignus erat vocari filius tãpij, & miseri tu cordis patris. *2. Reg. 18.* *Gene. 9.* *Deuter. 21.*

Quid postulabat ille dicens: Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. *Petr. Chrysolo. serm. 2.*

Vt surrexerit veniens ad patrem suũ.

Quænam illius fuerit dum ad patrem rediret cogitatio, vt nonnulli meditantur.

quidam illum verba Hieremiæ cap. 31. mẽte sua versasse, *Audiẽs audiui Ephraim transmigrantem*, siue, vt Hebræa habẽt, plangentem: *Castigasti me Domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me, & conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum*, & reliqua quæ sequuntur. Est autem percutere femur, aut affligere carnem, quæ caussa est recessus nostri per peccatum à Deo, vel potius respicere, & errorem præteritum agnoscere, quod percutiendo femur, aut frontem indicare solemus. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.

Quid percutere femur, apud Hieremiam.

6 Cur filius iunior patri appropinquans, dicitur tamen longè esse.

Verba hæc diligenter sunt excutienda, quia omnia quæ in mysterio reconciliationis hominis cum Deo contingunt, luculenter atque eleganter hic describuntur. In primis igitur dicitur esse longè, quia omnis humana pœnitentia, & conatus resurgendi non promerentur iustificationis gratiam, nec sufficiunt, nisi acceptentur ex Dei misericordia, ad remissionem peccati, nisi per Christi sanguinẽ adiuuentur. Deinde non satis est peccatorem se auertere à peccato, vt appropinquet Deo, nisi ipse Deus conuertatur ad nos. Proinde quod dici solet: *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos*: rursus: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*: hic videmus graphicè depictum; nam vbi filius cœpit redire, statim pater illi occurrit. Dicitur etiam esse longè, vel quod adhuc in peccato esset, vel cum reliquijs peccati, & tentationibus luctaretur, vel denique quod per humilitatem longè se abesse à Deo existimaret. Dicitur pater illum vidisse, oculo quo respexit Petrũ ad salutarem pœnitentiam: qui oculus misericordiæ est, de quo dicitur: *Respice in me, & miserere mei*: qui tamen peccatorem oculo torue iustitiæ respicere solet, secundum illud: *Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Et prius vidit pater filium, quam filius viderit patrem; quia *ipse prior dilexit nos*; & propterea præuenit nos in benedictionibus dulcedinis. Dicitur *misericordia motus*. Vbi pulchrè ait Petrus Rauennas: *Mouetur misericordia, qui loco non potest dimoueri.* Sic ille. Misertus vero est Dominus plusquam pater, & mater misereantur filij vulnerati noctu ad se confugientis, qui cum lumine, & magno viscerum dolore ei occurrunt, vt vulneribus medeantur: *Quomodo*, inquit, *miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Et rursus. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non miseretur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* Occurrit autem Dominus misericordiæ, non soli, sed illi, quæ cum pœnitentia coniuncta est. Et cum propheta Dauid duplicis misericordiæ meminerit, nempè præuenientis, de qua ait: *Et misericordia eius præueniet me*, per quam homo excitatur vt respiscat, & à peccato resurgat; & alterius, quam vocant subsequentem, de qua ait: *Et misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ*, per quam homo iustificationis gratiam accipit, & perseuerantiã, & alia dona idonea ad semel adeptam iustitiam conseruandam: propterea hoc loco vtriusque meminit Lucas. Nam ad seipsum reuerti, surgere à peccato, redire ad patrem, confiteri peccata sua, & humiliari, & tanquam mercenarium satisfacere velle: omnes motus isti fuerunt misericordiæ præuenientis: quæ vero consequũtur de occursu, amplexu, & osculo, & vestimentis, & conuiuio, & vitulo saginato, subsequentis misericordiæ sunt fructus.

Zacha. 1. Iacob. 4.

Tertia ratio & quarta.

Quomodo oculo vidit illum pater suus.

Matth. 26. Psalm. 85.

Psal. 33.

Quid est quod pater filium prodigum vidit prior.

1. Ioan. 4.

Vis misericordiæ.

Petrus Rauen. serm. 3.

Dei misericordia in filium iuniorẽ quanta.

Psal. 102. Isa. 49.

Miseriæ cuius Dominus solius misereatur.

Psal. 58.

Psal. 22. Duplicem Dei gratiam siue misericordiã agnouit qualem.

7 Quare accurrit pater ad filium prodigum venientem.

Et accurrens cecidit super collum eius. Expende verbum, *accurrens*. Filius dicitur venire, dum surgeret, Deus vero dicitur accurrisse; quia Deus pronior est ad misericordiam, & bonum nostrum, quam nos ipsi. Deinde accurrit celeriter præparanti se, non expectatis filij precibus, sed natiua, & paterna pietate victus: quemadmodum ignis ad stupam siccam accurrens, facilè eam incendit. Tertiò, dicitur accurrisse, non valens se sustinere

Deus quàm promptus ad clementiam. Secunda ratio.

Tertia ratio.

sustinere præ commiseratione pulchritudinis animæ tantopere à se dilectæ, & opera dæmonis conspurcatæ, & fœdatæ, vt eam sanctificet & mundet. Postremò accurrit tardanti, vt præberet subsidium: tardabat enim fortè, trahente priori consuetudine, aut resistentibus malignis spiritibus, vel itineris labore grauatus. Propterea occurrit illi misericors pater, cuius occursus nihil est aliud, quam gratiæ Diuinæ succursus contra impedimenta conuersionis. Proinde precatur Propheta: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* Et iterum: *Exurge in occursum meum, & vide.* Et Isaias. *Occurristi lætanti, & facienti iustitiam.* Subiungit: *Et cecidit super collum eius.* Tanquam à maiestate sua cadens, quasi homine indigeret, vt ita nos amplexu suo dignaretur, & brachijs amoris nos constringeret. Super collum etiam cecidit, vt durum iugum exactoris à nobis tolleret: & iugum suaue obedientiæ suæ nobis imponeret. Nam vt vrsus cum catena ducitur ad prehendum pueris spectaculum; ita peccator tanquam captiuus à dæmone peccati catena vinctus trahitur: de qua catena dicitur à Propheta: *Si abstuleris de medio tui catenam.* Cùm ergo hæc catena diuina ope à nobis auferatur, aurea torques collo nostro imponitur, de qua in Prouerbijs Salomon; *Audi fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ; vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo*; & de qua Dominus in Euangelio: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos.* Nam plus debet tunc obedire, qui tantam Dei misericordiam experitur. Est autem collum nostrum, voluntas prius arrogans, & rebellis: sed flectenda est, vt ferat suaue iugum Domini. *Et osculatus est eum.* Per osculum in Scripturis significantur reconciliatio: vnde rex Dauid dum reconciliatur filio suo Absalon, osculatus est eum. Rursus per osculum sanctificauit pollutum os hominis, insufflando flatum sui in eum, id est, dando Spiritum sanctum, qui est Patris, & Filij os-

culum. Atque ita amplexu, & gratia reddita, ablatum iugum dæmonis, impositum iugum Euangelij, osculo vero restituta amicitia, & donatus Spiritus sanctus, ex quo profiscitur plena remissio culpæ, & perfecta reconciliatio. Rectè per Hieremiam Dominus peccatorem alloquitur: *Vulgo dicitur* (id est, Fabula vulgi est, & hominum vocalæ) *si dimiserit vir vxorem suam, & recedens abeo duxerit virum alterum; nunquid reuertetur ad eum vltra? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit Dominus*: id est, te suscipiam, & in charissimam sponsam apprehendam, si fidem in futurum seruare proponas, & tui te peccati pœnitebit. Ecce in hac parabola depictam graphicè insignẽ Dei ad nos misericordiam in suscipiendis peccatoribus. Nec curandã vox Cain de venia Dei desperãtis: *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear*: sunt enim dæmones, qui tales cogitationes suggerũt, de quibus Dauid; *Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius*; cum tamen *Tu susceptor meus sis, gloria mea, & exaltans caput meum. Dixitq; ei filius, Pater, peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Depromit sui accusationem, quam antea præmeditatus fuerat. Et post osculum gratiæ debemus considerare quid ex nobis simus, & humiliari Deo, & accusare peccata nostra: vt notauit Euthymius. Hinc D. Paulus memor vitæ anteactæ, seipsum accusat. *Fidelis sermo*, inquit, *& omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Et in alio loco: *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persequutus sum Ecclesiam Dei, &c.* Dauid etiam post acceptam remissionem peccati, cecinit egregium illud carmen: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Illud præterea considerandum quod annotauit glossa ordinaria. Proposuerat dicere, *Eac me sicut vnum ex mercenarijs*: sed accepto osculo reconci-

Peccatorum remissio, perfecta; reconciliatio vnde.

Hierem. 3.

Gene. 4.

Psalm. 3. Ibidem.

Post acceptũ Dei osculum nobis quid considerandum.

Euthym. c. 57. in Lucã

1. Tim. 1.

1. Cor. 15.

Psal. 50. Osculum filio prodigo paternum quid contulerit.

Glossa ordinaria.

Quarta ratio.

Occursus Dei quid.

Psal. 69.

Psal. 58. Isa. 64.

Quomodo cecidit super collum eius.

Supra 9. Matth. 11. Traha: vt demon hominem peccatorem.

Isa. 58.

Prouer. 1.

Matth. 11.

Super collum tuũ quodam pacto cecidit.

Ibidem.

Q. collum in scripturis quid denoset.

2. Reg. 14. Gene. ...

liationis illud prætermittit, & ad dignitatem filiorum aspirat: nam sicut *perfecta charitas foras mittit timorem*, ita etiã mercenarium amorem. Vel absorpta paterna benignitate, se totum in patris gratiam proijcit, nihil petens. Cœpit autem timore famis, deinde amore mercedis ad Deum conuerti, & peruenit ad filiorum Dei dignitatem. Aduerte etiã patrem induci in hac parabola tanquam mutum ad filium suum, & sermone destitutum: quia amore, & gaudio filij reuertentis ebrius erat: & postquam filius seipsum reprehendit, pater illum neque carpit, neque accusat.

1. *Ioan.* 4.

Quid est quod illum pius parens non legitur allocutus.

8 *Dixit autem pater ad seruos suos, Citò proferte stolam primã, & induite illũ, & date annulũ in manũ eius, & calciamẽtũ in pedes eius: & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari.* Nondum filius omnia quæ meditatus erat, singultu sermonẽ interrumpente, protulerat, & plus loquebatur lacrymis, quam oratione; & pater de eo ditando, & exornando præcepta seruis tradidit: Pater enim clementissimus non irronat sæuis verbis, non minatur verbera, non abdicationem, non exprobrat fugam, vel ingluuiẽ, non facultatum dissipationem, non alia vitæ prioris dedecora: vt veram comprobes esse sententiam Domini apud Ezechielem: *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam; vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua quam operatus est, viuet.* Simili tropo Dominus loquens ad Hierusalem, qualiter eam multis modis ornauerit, ait per eundem Ezechielem: *Vestiui te discoloribus, & calciaui te hyacintho, & cinxi te byssо, & indui te subtilibus, & ornaui te ornamento; & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum.* Hæc ibi alludens ad ornamenta muliebria, sicut hic ad ea quæ virum decent.

Parentis in eundem benignitatis argumenta.

Ezech. 18.

Quibus Hierusalem Dominus ornamentis decorauerit.

Supr. 16.

9 Sed vt hæc pleniùs intelligantur, & suauius degustentur, non est ignorandum, duplex genus iustificationis inueniri: alterum, per contritionem perfectã ante vllum Sacramẽtum actu susceptũ; alterum verò per imperfectam, sed cum sacramento doloris nostri defectũ supplente: & vtriusque figura in hac parabola eleganter, si attendas, describitur. Prodigus simul ac contritus, & in se reuersus, dixit, *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam, Pater, peccaui in cælum, & coram te* (in quo est votum confitẽdi) *Iã non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis*: Ecce propositum satisfaciendi. Et tandẽ Dominus *Misericordia motus, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Ecce quod gratiã reconciliationis, contritio cũ confessionis, & satisfactionis voto assequitur: at verò qui attritus est, siue imperfectam contritionem habet, hoc osculum pacis non recipit, nisi actu ad Sacramentum accedat, & dicat pater ad seruos suos, id est, ministros Christi, & dispẽsatores ministeriorum Dei, *Citò proferte stolam primam*, id est, primam gratiam, quę in Sacramento Pœnitentię datur his qui Baptismi gratiam per peccatum perdiderunt. Deinde sequuntur epulæ vituli saginati, id est, communio sacrosanctæ Eucharistiæ: quia etsi Deus cor contritum non despiciat, tamen *Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat illos fieri saluos, nisi illud Christi Iesu*, id est, inter alia, Sacramentorum a Christo institutorum inuentio. Hoc idem in quibusdam miraculis Christi cernere est. Vehemens enim fides Centurionis puero suo salutem Christi verbo redditam impetrauit: fides etiam Reguli auctior facta, sanitatem filij obtinuit: & leprosi ex fide euntes ad sacerdotes, munditiam à lepra sunt assecuti. At verò cæcus natus opus habuit sputo Christi, & luto, & lauari in Natatoria Siloë: & surdus & mutus sine tactu, & verbo Christi sanatus non est. Ad hunc modum, votum Sacramenti Pœnitentiæ contrito sufficit ad iustitiam, attrito verò, & non satis perfectè peccatum suum detestãti, sensibilis sacri signi exhibitio ad iustificationem prodest.

Duplex genus iustificationis.

1. *Cor.* 4.

Quid: Proferte stolam primam.

Vitulus saginatus quis mysticè.

Psal. 50.

Act. 4.

Matth. 8.

Ioan. 4.

Luc. 17.

Ioan. 9.

Marc. 7.

Vt igitur

10 Vt igitur ad verba textus reuertamur, etsi per seruos possumus Angelos intelligere ministros nostræ salutis; tamen aptè, & commodè ad sacerdotes, & prædicatores, qui habent verbum reconciliationis, hæc referri possunt. *Citò* (inquit) *proferte stolam primam.* Vbi eleganter ait Petrus Rauennas: *Sustulit filij crimina, qui non sustulit nuditatem: hinc est quod à seruis ante vestiri voluit filium, quam videri; vt soli patri nota esset nuditas; quia pater solus videre filij non poterat nuditatem.* Hæc ille. Et stola prima (cum duplici articulo expressa in Græco verbo τὴν στολὴν, τὴν πρώτην, id est, illã stolã, illam primam. Erat autem genus vestis ad talos vsque demissæ, quæ non seruis, aut mercenarijs, sed filijs tantum conueniebat. Et vocat illam primam, id est, præcipuam; vel solam, pristinam, qua filius ante discessum à patre indui solitus erat. Et hæc gratiam, siue charitatem significat; quia est omnium maxima, & operit multitudinem peccatorum, & prima virtus, & de qua est primũ mandatum, & quæ datur in Baptismo cum dicitur: Accipe vestem candidam, & immaculatam. Estque vestis nuptialis necessaria ad conuiuium Eucharistiæ, ex quo sine illa inuẽtus foras proiectus est. *Induite*, inquit, *illum.* Suauiter applicando, vt sic fiat homo nouus. *Et date annulum in manum eius.* Annulus, signum erat ciuilitatis Romanæ, & sponsæ quæ tradebatur nuptijs. Et significat fidem sanctæ Trinitatis, quæ sine principio est, & sine fine; quæ rotunda est per æternitatem, aurea, per sapientiam: in qua est adamas fortitudinis contra tentationes, quia *funiculus triplex difficile rumpitur.* Ita filij Dei per fidem fiunt ciues Dei, & sponsæ Christi, iuxta illud: *Sponsabo te mihi in fide.* Annulus etiam in arrham alicuius rei dari solet, vnde Theophylactus, annulum in arrhabonem spiritus datum exponit. Hic annulus debet esse in manu; vt fides non sit sine operibus, & vt opera pœnitentium pulchra sint, & pro fœditate præterita satisfaciant. *Et calceamenta in pedes eius.* Spei virtus est, quæ affectus hostes comprimit, & facit nos ambulare, vt non sentiamus spinas perturbationum nostrarum, à dæmone, vel mundo, vel carne nostra ortarum, & vt possimus ambulare, & calcare scorpiones, & serpentes, id est, peccata, quæ nobis blandiuntur, siue parua sint, vt scorpius, siue magna, vt serpentes. Pascha etiam non edebatur, nisi ab habentibus calceamenta in pedibus suis: ita & pascha nostrum, qui est Christus in Eucharistia, non legitimè celebramus, nisi calceati pedes fiducia Diuinæ misericordiæ in præparationem Euangelij pacis. *Et adducite vitulum saginatum.* Græcè dicitur, vitulum illum, cum articulo duplici, scilicet insignem, & pro nostro reditu à peccato ad Patrem præparatum: quemadmodum ille dixerat:

Pascitur in vestrum reditum vitula iuuenca.

Est autem Christus vitulus, qui factus sub lege ipsius iugum tulit: qui pro peccato multitudinis, & sacerdotis offerri iubetur in Leuitico. Nam *posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Vocat hunc vitulum saginatum; nimirum pinguedine charitatis, & obedientiæ, patientiæ, & mansuetudinis. Theophylactus tamen annotauit Græcè dici σιτευτὸν, hoc est, frumẽto pastum: *Quia panis*, inquit, *quem frangimus, secundum id quod apparet, ex tritico confectus est.* Et subdit: *Et occidite*, id est, interfectum, & pro peccatoribus crucifixum celebrate in Sacramento, & verbo. Græcè dicitur θύσατε, id est, mactate in sacrificium; id est, commemorate in sacrificio Eucharistiæ pro peccatoribus oblatæ. Est enim illud incruentum sacrificiũ illius cruenti in cruce peracti memoriale, & ad cuiusvis peccatoris iustificationem peculiariter celebratum. *Et manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Voces sunt ad conuiuium iocundè, & festiuè celebrandum inuitantes. Et Deus ipse nobiscum manducare dicitur, atq; epulari, quando nos rectè manducamus Christum: *Ego inquit, sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo*

Quibus seruis pater prodigi dixerit: Proferte stolam primam. *Heb.* 1. 2. *Cor.* 5. *Petr. Chryso log. serm.* 3.

Stola olim quid erat.

Stolam primam cur vocet.

Charitatis effectus. 1. *Petr.* 4. *Prou.* 10.

Matth. 22.

Annuli quis vsus, & quid signet.

Ecclc. 4.

Ose. 2.

Alter vsus annuli *Theophyl.*

Annulus cur dari in manum filij.

Quid calceamenta prodigi pedibus imposita.

Quos scorpiones, & serpentes debeamus calcare. *Exod.* 12. 1. *Corin.* 5.

Pascha nostrum quomodo celebrandum. *Ephes.* 6.

Quis ille vitulus saginatus.

Horat. lib. 1. *Epistо.* *Galat.* 4.

Leuit. 4. *Isa.* 53.

Hic vitulus cur dicatur saginatus.

Theophyl.

Idem qua ratione mactãdus.

Manducet Deus nobiscum, atq; epuletur quãdo. *Apocal.* 3.

intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Manducat ergo Deus illū, cum eius obedientiam probat, & in illa lætatur: manducamus vero nos, cū credimus, & gratias agimus, & summopere delectamur in bonitate, & charitate Dei Patris, quam nobis in Christo ostēdit, & in ipso Sacramento significauit. Et causſa lætitiæ est, quia filius mortuus erat gratiæ Dei, qua restituta, reuixit: perierat verò apud hostes dæmones detentus, quorum manus vt euasit, inuentus est. *Et cœperunt epulari.* Hic per Eucharistiam initiū fit conuiuij in cœlesti gloria exhibendi, & complendi, ad quod vt perueniamus, esuriendum est, & sitiendum: quia *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Hic enim saturatio esse non potest, sed tunc *Satiabor*, Dauid inquit, *cum apparuerit gloria tua.* Stupenda autem est Patris cœlestis charitas facientis nobis seruire Filium suum. Est enim Christus brachium per scientiam & amorem nos complectens, & Pater in Christo mundum reconcilians sibi, tanquam brachio collo nostro applicato superbiam nostram humiliauit: osculata est nos Deitas per incarnationem Filij sui, ex qua factum est, quod vestiuit nos pelle agni, id est, innocenti eius humanitate, quasi stola prima, quam protulerūt Angeli annuntiantes natiuitatem pastoribus: datus est annulus in circuncisione, vt desponsaret nos sibi: calceamenta dedit per totam vitam, docens vt ambulemus sicut & ipse ambulauit: datus est vitulus in passione, & morte: data symphonia, & lætitia in resurrectione, vt propterea dictum sit: *Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cythara:* datum epulum manducandi in sacrosancta Eucharistia. Et hæc omnia facta pro quouis peccatore, iuuantibus Angelis, & Euangelicis ministris; vt agnoscas quam charam, & pretiosam habeat hominis resipiscentis salutem.

Nos item, cū Deo manducemus, quādo.

Vbi primum epulemur cū Deo.

Matth. 5.

Psal. 16.

Dei in nos Patris mira charitas.

2. Cor. 5.

Quemadmodum nos ille fit deosculatus, vestierit, pauerit.

Luc. 2.

Ibidem.

1. Ioan. 2.

Psal. 56.

11 *Erat autem filius eius senior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent? Isq; dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & nolebat introire.* Iam parabola explicat, quantæ extiterint deliciæ, & blanditiæ parentis, quibus exceptus est iunior filius: tantæ enim, ac tales extiterunt, vt filius senior, qui non postulauerat hæreditatem à patre, nec partem suā inhonestè consumpserat, sed labore manuum suarum in obedientia patris remanens auxerat, indignatus sit. Et quāquam per allegoriam frater senior sit Iudæus, qui vetustatem legis, & antiquitatem Abrahæ iactabat, & de conuersione Gentiū admiratus dixit: *Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?* tamen secundū sensum literalem, & magis parabolæ congruum senior hic filius significat iustum, qui moribus senilibus imbutus erat: hic obediēs venire dicitur de agro, id est, de labore vitæ actiuæ, qua agrum animæ, & corporis sui colens substantiam suam augebat, vel prospexerat quid agerent in agro mercenarij, & serui. Et fingitur scisciari vnum ex seruis causſam tantæ lætitiæ, & audire quod frater eius redijsset, & eum saluum pater excepisset; & propterea vitulum saginatum occidisse: vnde indignatione succensus, domum paternam ingredi noluit. Quæ non sunt ita accipienda, vt in Filio Dei hæc emulatio maligna, & indigna possit deprehendi: sed proponuntur in primis propter Scribas, & Pharisæos, qui murmurabant de Christo, quod susciperet meretrices, & publicanos, & manducaret cum peccatoribus. Et Dominus per parabolam respondet eorum murmurationi: Esto vos iusti sitis, sicut iste beneplacens, & obediens patri: rogo vos ne murmuretis in reductione filiorum, & fratrum vestrorum: quin potius gaudete, si me, & fratrem vestrum diligitis. Et ita parabola continet verum murmur, iniustamque esse eius causſam. Quod si parabolam extendamus ad alios verè iustos, dicēdum est dupliciter. Primò quidē, quod sicut non erit verum murmur in cœlo in recipientibus denatium pro labore totius

Senior frater quis nam sit.

Act. 11.

Alter sensus congruētior.

Quid est quod ille frater senior fuisse dicitur in agro.

Senioris fratris indignatio de iunioris tam honorifice suscepto à parente, qualis illa.

Luc. 15.

Matth. 9.

Hæc parabola senioris fratris de iustē excepto fratre murmurantis, ad iustos dupliciter accommodatur.

Matth. 20. totius diei, etiamsi alij pro labore vnius horæ sint in præmio ipsis coæquati, ponitur tamen vt intelligamus, non posse esse iustam querelæ causſam: ita etiam, vt intelligamus nec hic esse iustam causſam, fingitur in parabolæ murmur fuisse: quod rei signatæ non videtur applicandum. Secundo dici potest, propterea describi hunc zelum, vt discamus, quod nos qui natura mali sumus, eo sæpè corripimur, & motibus quibusdam inuidiæ pulsamur, num rationabile sit, eum, qui diu in peccato vixit, tantis blanditijs excipi. Quemadmodum Dauid ait: *Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns,* & Hieremias: *Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt?* & Iob: *Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.* Videtur enim sensui nostro indignum esse, & rationi dissentiens, eius qui semper patri suo obedierit, nec semel vultum eius erga se lætum ac hilarem sit expertus, redeuntem de regione longinqua fratrem rebellem, & omnia bona dissipantem tāto sumptu, & tam festiuo gaudio excipere.

Alter sensus.

Luc. 11.

Psal. 72.

Hierem. 12.

Iob. 5.

12 Additur tertius sensus.

Tertiò, & fortassis magis ad rem, dici potest, tantam esse Dei benignitatem, & liberalitatem erga peccatores, vt & murmuratio in iustis & sanctis viris inde oriri possit: quod si non oritur, ex gratia Dei est, non ex natura: sed ponitur quasi factum, quod natura ipsa, semota omni Dei gratia, foret. In hunc modum exponit Theophylactus: *Sæpe,* inquit, *cum beneficijs quenquam affecimus, & deinde gratias egerit, dicimus: Reprehendunt me omnes quod tanta in te beneficia contuli: quamuis fortè nemo nos reprehenderit, attamen magnitudinem beneficentiæ ostendere volentes, ita fingimus.* Euthymius etiam hoc loco, *Ostendit huiusmodi,* ait, *indignatio, quod tantam demonstrat erga eos qui resipiscunt gratiam, & gaudium, vt cæteris inuidiam mouere possit.* Hæc illi. Et vt huius rei aliquod exemplum proponam, audi quid Iosephus libro De Bello Iudaico, de Tito Imperatore proponat. Refert enim, illū dixisse ad milites: *Qui primus murum*

Theophyl.

Euthym. supra citatus.

Ioseph. li. 7. De Bel. Iud. c. 1. sub finē.

ascenderit, inuidendum remunerationibus fecero. Sic ille.

Quod verò dicitur, audiuisse symphoniam, & chorum, Græcè in plurali dicitur, choros. Est autem symphonia, concentus vocum, iuxta nomē, siue sit vox humana, siue tibiarum. Chorus Græcè, significat multitudinem saltantium, & locum saltationis: quemadmodum modo in templo Chorum vocamus locum cantus, & ipsum motum, id est, saltationem lætam. In scripturis vero, Chorus, est instrumentum musicum, vt cum dicitur: *Laudent nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei;* & rursus, *Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.* Hoc autem loco non videtur accipiendum pro instrumento musico, vel pro loco cantātium, maximè si legatur in plurali, choros, sed pro multitudine cantantium, & saltantium. Itaque præ lætitia canebant, & saltabant: sicut in Exodo dicitur: *Vidit vitulum, & choros,* & in libro Iudicum, *Et factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui*: & alibi, *Cantantes, choros que ducentes*; & infra, *Nonne huic cantabāt per choros, &c.* Et in Nehemia: *Statui duos magnos choros laudantium.* Hæc latius persecutus sum, vt per chorum intelligas canentes, & saltantes, vt in comœdijs, & tragœdijs accipi solet. Et iuxta spiritum in conuersione peccatoris lætatur chorus cœlestium sanctorum, & iustorum in terra, qui de peccatorum iustificatione gaudium ineffabile concipiunt. *Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce, tot annis seruio tibi, & nūquam mandatum tuum præteriui, & nunquā dedisti mihi hœdū, vt cū amicis meis epularer, &c.* Occurrit Dominus malo fratris senioris zelo, blandè rogando eum vt introiret; dando videlicet gratiam iustis ad superandos malos motus. Et rogat, quia neminem cogit: & rogat, siue per se, siue per Euangelij prædicatores, qui dicunt; *Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* Isti autem dicunt se nunquam mandatum præterijsse: quia lethaliter non peccauerunt, etiamsi nulla vita iustorum absq; venialibus

13 Symphonia & chorus quid significet.

Chorus in scripturis quid. *Psal.* 149. *Psal. vlt.*

Chorum quē audirit frater senior rediēs ex agro. *Exod.* 32. *Iudic.* 9. *1. Reg.* 18. *Infra* 21. *Nehem.* 12.

De filio iuniori chorū qui & symphoniā agāt apud Deum.

Deus cur roget nos, & qua ratione. *2. Cor.* 5.

Mandatum Dei nunquā præterire, quid.

libus delictis consistat. Quæritur autem, quod ne hœdum quidem illi dederit ad epulum cum amicis, id est, modicam aliquam, & exiguam consolationem respectu vituli, qui magnas consolationes significat: & vitam fratris sui luxuriosam cum meretricibus agnouerat ex nuntio. Et perpende verba: *Filius tuus.* Præ indignatione non dixit Frater meus. Et grauissima solent esse odia inter fratres, vt inter Abel, & Cain, inter Iacob, & Esau, inter Ioseph, & ipsius fratres, quos ille criminis pessimi accusauit. De Ammone etiã legitur, quod Thamar sororem suam, & Dauidis filiam, exosam habuerit odio magno nimis, ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore quo ante dilexerat.

Quem hœdũ, vitulumve pater filio seniori negauerit.

Frattũ inter ipsos odia qualia ferè sint.

Gene.4.
Infra 27.
Infra 37. & seq.
2. Reg.13.

14

Porro hæc Phariſæorum obmurmuratio, cuius occasione hæc parabola dicta est, vt comprimantur, præludium quoddam fuit eius indignationis, qua posteà Iudæi obmurmurarunt Gentium ad gratiam Euangelicam receptioni sine legis obseruatione, quarum Gentium vocatio & exceptio in publicanorum, & peccatorum receptione figurata est. Idcirco non ineptè quidam veteres Patres per duos vnius patris filios, duos populos, Gentilem vt iuniorem, & Iudaicum vt seniorem, & magis sapientem intellexerũt. Quare credibile est Dominum etiam hunc sensum vt allegoricum, & mysticum intendisse. Nã gentilis populus est, qui Deo neglecto abijt in regionem lõginquã, vbi omnia bona sua dissipauit cum scortis, id est, varijs idõlis consumpsit: ibique fuit fames solidæ veritatis, quæ meatẽ vere pasceret: cœpitque subiectus esse dæmonum diuersorum potestati. Sed tandẽ à Deo vocatus est, & tot donis à Christo decoratus, vt ille iudaicus populus præ inuidia, & indignatione ingredi in domum Dei recusauerit: etiamsi pater ad eos egressus per prædicantes Apostolos explicauerit non solũ illos nullam habere iustam caussam indignationis, sed etiam grauẽ & seriam exultandi ansam, & fegetem, in salute Gentiliũ per Prophetas olim prædicta.

Patabolica hæc fratris de senioris in alium murmure quæ dicuntur, triplicé capiant intelligentiam.

Primo sensus.

Gentilis populi in iuniori filio delineatio.

Blandè ergo respondit pater: *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Significat, Cur indignaris, fili mi, quod vel semel fratris tui nomine conuiuium instruxerim? Nosti quod vobis vtrisque hæreditatem dedi? hic iunior cum sua substantia profectus est in regionem longinquam, nihil mihi fuit oneri, nullos sumptus meo nomine fecit: at tu licet partem tuam non minus ac ille acceperis, tamen mecum es semper, & meis sumptibus vtuis, & meis veteris, non secus ac tuis. Hinc ille maiorem haberet expostulandi caussam, quod ille nondum diuisa substantia hactenus fruitus fuerit, qua ipse caret. Quasi diceret: Quod tu perseueraueris iustus, & non profectus fueris in regionem longinquam, mei muneris est: quod si hœdum non tradidi, non hoc feci quasi parcus, aut auarus in te, sed metuens ne tu nimia peccares licentia, & dono abusus esses meo. Vitulus tamen pro te est immolatus, & excellentius salutem contuli, quia præseruaui à peccato; ac proinde non opus fuit noua lætitia, vel conuiuio, ac si te recuperauerim, Imò hoc festum, & lætitia ob recuperatum filium etiam ad te spectat, qui frater eius es, & tibi, atque mihi tanquam mortuus reuixit, & tanquam perditus nobis inuentus est: ideò gaudere, & lætari, non inuidere, & indignari oportebat. Et mihi, quia pater sum, & tibi, quia frater es, *quia mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.*

15 Parentis optimi, & prudentis purgatio apud filii seniorem, quod iuniori filio redeũti, nunquã voiò sibi delicias feciſſet, semper in omnibus obsequenti.

Quod amplius beneficium iunior filius acceperit à patre, quã maior.

Gaudeamus igitur de peccatorum pœnitentia, & de reditu ad Deum, & precemur Dominum partem aliquam illius lætitiæ persentiscere, quam Angeli in cœlo de illorum resipiscentia habent, vt & illi iusti effecti, de nobis, qui cadere possumus, & post casum Dei gratia resipiscere, aliquando congaudere, & collætari vobiscum, & cum Christo valeant, cui cum Patre, & Spiritu sancto, detur omnis honor, laus, gloria, atque imperium, in tempiternũ. Amen.

16 De quorũ hominũ salute summopere lætandũ nobis sit.

TRACTA-

TRACTATVS XXIX.

In parabolam de villico iniquitatis. Et habetur Luc. 16.

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dispasset bona ipsius. Et vocauit illum, &c.

1 De huius parabolæ intellectũ veteres olim Patres quid senserint.

D. Hieronym. epist. ad damas.

Caiet temeraria de illa sententia.

Difficilis admodum, & perobscura visa est olim Patribus hæc parabola, vt patet ex veteribus, præsertim ex B. Hieronymo, qui peculiari epistola ad Damasum Papam illam pertractat, ac edisserit. Idem etiam visum est quibusdam nostri seculi scriptoribus: quorum quidam ausus est dicere, huius parabolæ applicationem non solum difficilem, sed etiam impossibilem esse. Quasi vero quod aliquis illam applicare non nouerit, propterea consequatur simpliciter applicabilem non esse, aut quasi Spiritus sanctus similitudines a scopo alienas assumpserit, vt per eas nos doceret mysteria cœlestia. Primum igitur eius aperiemus scopum more nostro: deinde circa corticem similitudinis nõnihil dicemus: postremo nucleum cum cortice comparantes, applicationem eius trademus. Scopus à Hieronymo in epistola ad Algasiam hic traditur. Cum scribæ, & Phariſæi murmurarent de Christo, quod peccatores, & publicanos reciperet, & manducaret cum illis, Dominus attulit quatuor parabolas continuas, & per tres priores ex illis declarauit gaudendum esse de peccatorum conuersione, & cum illis blandè agendum, vt parabolis de oue, & drachma inuentis, & altera de filio ad patrem reuerso docuit: nunc istam quartam direxit ad discipulos, vt testatur Lucas (*Et dixit ad discipulos suos*) qua eos ad clementiam, animi lenitatem, & misericordiam cum peccatoribus exercendam adhortatur, ne durè agendo, sicut scribæ, & Phariſæi, qui sine misericordia peccatores, grauiter delinquerent: vnde Dominus dixit: *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam cõsequentur.* Hinc est, quod cum gratiam & pacem in omnibus suis epistolis Paulus omnibus fidelibus precari consueuerit: in illis tamen, quas scribit ad Titum, & Timotheum, præter gratiam, & pacem, peculiariter illis misericordiam exoptat. Si enim mites fuerimus ad eos, quos pascendos suscepimus, mitem experiemur iudicem Dominum Iesum. Nam poterant dicere, Nos doctores sumus, muneris nostri est peccatores arguere, eos obiurgare, & excommunicatos ostendere ob flagitia, quibus inuoluuntur. Istis Dominus respondet: Videte quod & vos ad eandem rationẽ reddendam vna die vocandi estis: ergo vocate debitores Domini, & absoluite eos ea parte debiti, qua valetis, vt sic liberi, & soluti peruenientes, ad æterna tabernacula possim vos recipere. Item poterant Phariſæi, & doctores obijcere, quod multa oporteret peccatoribus remittere debita, si hoc agendum esset: quod tamen in manifestum Diuinæ legis damnum vergeret, & viderentur parum zelare legem Domini, nisi debitis pœnis peccatores mulctarent, supplicijsque legitimis plecterent. His respondet Dominus per hanc parabolam, Dominum Deum talem esse natura sua, vt etiam fraudari, fraudemque pati libenter gaudeat. Quod faciunt pastores, quando clementer multa remittunt, & per conniuentiam multa dissimulant ex his, quæ iuxta rigorem legis exigi poterant. Hic est parabolæ scopus, qui in applicatione magis eluceſcet.

Matth. 5.

Quare Paulus in epistolis ad Titũ, & Timotheum non solũ gratiam & pacẽ, sed etiam misericordiã à Domino precetur.

Phariſæis, legisq; doctoribus, zelo eiusdẽ ac studio remittere nihil proximo volentibus, quid respondeat Dominus.

Hier. ad Algasiam q. 6. tom. 3.

Quo tendat proposita parabola.

Luc. 15.

In cortice aduerte, primum, villicum dici œconomum. Est autem villicus, qui vineæ nostræ præest, eiusque curam habet sub certa mercede: œconomus autem est ille, qui domui, & domesticis omnibus bonis domini præest, & dispensator est: vnde liber inscriptus ab Aristotele, & à Xenophonte descendit: & significat vniuersæ domus dispensatorem, teste Cicerone. Propterea etiam hanc versionem œconomi, vel dispensatoris magis probat Hiero-

2 Villicus & œconomus inter se differunt.

OEconomicus.

Cicer. lib. 2. de offit.

Hieron. ad Algas. q. 6. Matth. 24. Luc. 12.

Hieronymus ad Algasiam, de quo dicitur: *Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam?* Et Ecclesia Dei magis domui, quam villæ comparatur: & œconomus siue dispensator domus, pluriũ est expositus calumnijs, & plus potest defraudare bona domini, quam villicus. Etiamsi non absurde in villa possit Ecclesia repræsentari, & in villico, eius præfectus, siue præpositus. Fingitur hic bona domini sui defraudasse: nam id genus hominum ad hoc vitium propẽsum est, vt merito Paulus dixerit: *Hic iã queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Maxime quia fingitur Dominus facultatum suarum summam ignorare. Ad hæc fingitur deferri ab alijs domino suo dispensator: quia tales, vt-pote alijs præfecti, & ex quorum arbitrio alij viuunt, solent esse magis iniurijs, & calumnijs eorum expositi. Præterea traditur Dominus illum ad se vocare, non præcipitans sententiam, nec statim credens malum de dispensatore, & comminante illi vt rationem dispensationis reddat: tũ vt omnes dati & accepti rationes interim præparet, tum vt locum habere possit ignominiosa bonorum domini defraudatio. Rursus adiũgitur ad se redire, & cogitare quomodo sibi prospiciat: Dominus meus (dicebat) quantum habeat in bonis, nescit: nihil, aut parum furtum meũ illi incõmodabit, mihi plurimum consulam, secretè mihi prospiciam. Fac resciscat, tu tibi proximus esto.

Villa, & villicus quid significent non inepte.

Improba villici cõditio. *1. Cor. 4.* Vnde etiam ille male soleat audire apud dominum suum.

Boni iudicis officium.

Iniqui dispẽsatoris prudẽtia, & astutia.

Virg. lib. Æneid. *Audentes fortuna iuuat:*

Menandri dictum. AEquum quis in necessitate requirat? Omnes, iuxta Menandrum, præ necessitate facimus mala: necessitas non habet legem. Atque ita fingitur vocasse ad se debitores domini, non omnes simul, sed sigillatim: quo rem secretius transigeret habet enim Textus: *Conuocatis singulis debitoribus domini sui:* non ait omnibus, sed singulis, & ne, si omnes simul vocaret, & non æqualiter remitteret, vt hic fecit, aliquis fraudem detexisset ex his, cui minus condonaret. Dicebat ergo vnicuique. Inferuiam modo tibi, tu aliquando mihi. Gratiam parit, & manus manum fricat. Quod ait: *Accipe cautionem tuam, vel literas, & scribe hoc vel illud:* intellige eũ tradidisse illis syngraphas obligatorias olim ab eis scriptas: illaq; rupta aliam iussisse ab eis scribi, qua minoris summæ se debitores agnoscerent. Vltimò inducitur, dominum probasse fraudem dispensatoris, non tam factum eius, quã ingenium, & artificium furis commendans, etiam si ipse fraudem sit perpessus. Laudauit ergo quod prudenter egisset, comparando sibi fauorem ab alijs, antequam eorum ope indigeret, melius esse ratus præuenire, quam præueniri. *Sero sapiunt Phryges:* sero dicitur, *Date nobis de oleo vestro.* Rectè Horatius.

Prouerbium.

Qualem dederit cautionem debitoribus domini sui villicus iniquitatis.

De qua fuerit laudatus à Domino suo ille villicus iniquitatis.

Horat. lib. 4. Carm. Ode 7.

Quis scit, an adiciant hodiernæ crastinæ vitæ
Tempora dij superi?

Martial. lib. 1. ad Iulium. Et Martialis.

Non est, crede mihi, sapientis dicere, Viuam.
Sera nimis vita est crastina: viue hodie.

Applicatio parabolæ de villico iniquitatis.

Et hæc de cortice. In applicatione non opus est vt exemplum, vel similitudo currat, vt dici solet, quatuor pedibus: quia esset eadem res: & gladius non scindit per manubrium, aut per aliam partem obtusam, sed per eam partẽ, quę aciem habet: ad quod tamen iuuat manubrium, & pars obtusa. Dicendum ergo quis sit iste homo dives, quis eius œconomus, & quomodo delatus, & per quos, quatenus sensui parabolæ seruire possunt, Dives hic homo, Christus Deus, & homo est: cui Pater omne dedit iudicium. Et bene dives, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, & qui ait: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Dives etiã à se ipso, & quo nullus ditior: & vt dicitur in libro de caussis, *Primum ens est dives per semetipsum, & non est dives magis.* Est autem dives in omnibus, quia infinitus in omnibus perfectionibus, & attributis: cuius diuitiæ etiam perire nõ possunt: &, quod maius est, diuitijs abuti non potest, imo seruorum suis abutentium diuitijs errores in gloriam suã conuertit. Dives postremo, quod omnes

Quis ille homo dives qui habebat villicum iniquitatis *Ioan. 8. Coloss. 2. Matth. vlt. Auctor. lib. de Caussis propos. ione 21.*

Christi diuitiæ incomparabiles.

1. Reg. 2. Psal. 112

nes alios ditet, secundum illud: *Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem*; vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.

3 Christi œconomi dispensatores ve qui nam sint. *1. Tim. 3.*

OEconomus verò, siue dispensator eleganter Episcopi, vel pastoris typum gerit, quoniam Ecclesiæ, quæ domus Dei est, præficitur. Potest etiam extendi ad Principes seculares, qui Regnis, vel Prouincijs, siue ciuitatibus gubernandis præficiuntur. Denique ad quemcunque patrem familiàs, qui aliorũ curam gerit, vel ad quemuis Christianum, qui domus conscientiæ suæ curam habet, & de qua ait Apostolus ad Hebr.

Hebr. 3. *Quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus*, aptè accommodari valet: quamuis ad literam magis ad ecclesiasticos pastores spectet.

Infamia quid.

Et diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Infamia est fumus quidam, qui procedit ab igne tetri odoris, qui necessariò illum producit. Atq; ita frequentatum peccatum infamiam gignit. Quod si quis diffamatus sit citra culpam suam, pœna infamiæ redit in caput calumniatorum: quemadmodũ recidit in presbyteros, qui iniustè accusarunt de violata pudicitia Susannam.

Falsi calumniatoris pœna. *Dan. 13. & seq.*

Ad hæc, procedit infamia tanquam fœtor de cadauere, de quo Amos Propheta: *Ascẽdere faciputredinẽ castrorũ vestrorũ in nares vestras:* vt enim cadauer sepultũ nõ fœtet, ita nec peccatũ secretũ & occultum. Si autem peccatum detectum sit, & in loco eminenti, hoc est, in prælato, & adsit virtus, siue calor solis, hoc est, prosperitas, quæ peccare facit, vel ventus, id est, detractorum verba peccatum alterius disseminantium, tunc fœtidum, vel tetrum odorem spirat. Vnde de Antiocho scribitur, quod fœtebat adeò, vt eius exercitus odore grauaretur. Nam populus subditus malo exemplo superioris corrumpi solet.

Amos. 4. Vnde etiam oritur infamia.

Peccata fœteant quando. *2. Mach. 9.*

4 Qui nos Deo deferant. *Matth. 18.*

Deferunt autem errores nostros ipsi Deo Angeli, bona, vel mala nostra Deo annuntiantes, vt innuitur in eo quod dicitur: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*, &c. & in Ecclesiaste scribitur: *Aues cœli portabunt vocẽ tuã, & qui habent pennas, annuntiabunt sententiam.* Deinde dæmones quoque, qui ab actu accusandi, vel calumniandi, diaboli dicuntur, nostra peccata Deo præsentant, vt constat ex libro Iob, & Apocalypsis. Ad hæc, peccata nostra grauia, & enormia clamare dicuntur ad Dominũ, & petere vindictam, vt effusio sanguinis Abel, infandum scelus, retentio mercedis operariorum: hęc omnia, & similia apud Deũ nos deferunt.

Ecclc. 10.

Dæmones cur diaboli dicantur.

Iob. 2. Apoc. 12.

Gen. 4. Infra 18. Iacob. 5. 5

Quasi dissipasset bona ipsius. Expende verbum, Quasi: nec enim bona Domini dissipari possunt, & Deus omnem dissipationem in bonum suum conuertit, sed quia, quod ad nos spectat, bona eius dissipamus in alios vsus profanos, & impios conuertendo potestatem regendi diuitias temporales, & alia Dei dona, quæ ad illam spectant, quemadmodum diximus filium prodigum substantiam suam dissipasse. *Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ.* Vocat Dominus, ad pœnitentiam inuitando, siue per ministros suos, & prædicatores clamantes: *Facite fructum dignum pœnitentiæ. Iam enim securis ad radicem arborũ posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*; siue per syndęresin scintillam semper ad optima deprecãtis: quæ nũquam extinguitur, & sola denuntiat omnium bonorum iacturã. Quæ aptè representata est in illo vnico nuntio qui veniebat ad Iob, vt annuntiaret vastationem bonorum suorum, & dicebat: *Euasi ego solus vt nuntiarem tibi.* Vocat præterea per infirmitates, & necessitates corporis, vt famem, sitim, laborem, dolorem, senectam, faciei rugas, & capitis canos, qui sunt velut mortis instãtis nuntij. Sunt enim plerique, qui cũ iure citentur, vt compareant ante iudicem, putant se legitimè excusatos, si dicant: Citationem, aut ministrum, neque vidi, neque audiui. Sed vt in iure, nũtijs satis est venire in domum eius, qui in ius vocatur, atque ei, si adsit, annuntiare, iudicis mandatum; si verò absit, satis est mandatum valuis affigere: ad

Deus quibus modis vocet nos. *Matth. 3.*

Luc. 15.

Infra 7.

Synderesis proprium quid, & qualis sit.

Iob. 1.

Mortis nuntij quinam sint.

Idoneè qui censeantur satis in iudicium vocati.

hunc modum etsi multi, vt surdi, prædicatores, aut confessores, non audiant, satis esse deberet pro nuntio citante, podagram, aut febrim incurabilem, aut canos, aut rugas aspicere, quibus corpus nostrum quasi quædam domus nostræ portæ affigitur, vt intelligamus mortē non longè abesse, & rationem breui no bis esse reddendam. *Et ait illi, Quid hoc audio de te*, id est, Nunquid hic rumor, qui ad aures meas peruenit, verus est? Nec enim debet quis sola denunciatione ferre sententiam in denuntiatum, sed debet ad se vocare, & diligenter explorare facti veritatem: quemadmodum Deus dixit: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descēdam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.* Nec facilè credendum est delatoribus à principibus, maximè cum quicquam siniſtri de boni nominis viris audiunt: quare erùbuerunt vehementer serui Ioachim, quia nunquā dictus fuerat aliquis malus sermo de Susanna. Propterea Alexander Magnus (vt docet Basilius ad Athanasium in epistola quadam, aliquem ad se deferentibus respondere solitus erat, se alteram aurē seruare ad audiendam partem oppositam. Vtinam omnes Principes, qui prudentes haberi volunt, in hoc Alexādrum Magnum imitarentur. *Reddet rationem villicationis*, siue dispensationis tuæ, id est, Cogita quòd breui sis euocandus ad reddendam rationem. Propterea consultum tibi est illam præuenire; iuxta illud Sapientis: *Ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.* Et quisq; intelligat in voce dispensationis multa & magna delitescere, de quibus reddenda est ratio, nempe de bonis omissis, & de malis admissis, de bonis fortunæ, corporis, & animæ internis, de pretiosa temporis merce: de animabus fidei tuę creditis, & de ingressu in Ecclesiam quam administras: de ministerio verbi, & Sacramentorum, quo oues pascuntur, de personali residentia, quam debes ouibus tuis, de fructibus ecclesiasticis, quorum eras non dominus, sed dispensator, an rectè in pauperes alendos, infirmos curādos, & puellas orphanas dotandas dispensaueris, an verò in tuos consanguineos dilandos expenderis: & similia multa, quę si homines prudenter considerarent, & certò futura crederent, non tanta siti, & ardore ecclesiasticas dignitates ambirent: quibus illud Prophetæ rectè congruere videtur: *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant.* His enim, qui altiora ecclesiarum subsellia affectant, & cū magno gaudio, & amicorum congratulatione illarum possessionem occupant, illud propemodum cōtingit, quod viatori ad hospitium diuertenti euenire soler. Vt enim ille ingenti cum applausu hospitis excipitur, & omnia illi ingredienti fausta & læta pollicetur, sed in egressu ab hospitio iratus, magnaq; indignatione commotus recedit, quod tam arctè & strictè rationem sumptuū exegerit, & ad solutionem etiam eius risus quo susceptus est, adegerit: ita pastor, fausum eius ingressum ad ecclesiam suam omnes bene ominantur & gratulantur; verùm ignorant tales quāto rigore in egressu per mortem sit ab eo ratio exigenda de potestate, & ouibus sibi commissis, earumque fructibus & temporarijs emolumentis, & quanta animi indignatione propterea perturbandus sit, & in ignem gehennæ præcipitandus. *Iam enim non poteris villicare.* Sermo est terrorem incutiens. Amouetur planta ab horto propter sterilitatē, vt ficus illa per triennium expectata, nec reddens fructum: præscinditur membrum à corpore propter corruptionem, de qua intelligi potest illud: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te*: spoliatur homo officio propter mandati transgressionem, vt seruus piger, & ab administratione propter negligētiam excluditur, & hic dispensator propter defraudationem bonorum domini.

Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco, Tunc tandem dominum se habere cognoscit, & admendam sibi intelligit

Æqui, ac boni iudicis munus insinuatum à Domino. *Gen.* 18.

Delatores Principibus quatenus audiendi sint. *Dan.* 13.

Basilius Epist. 54. Aliquem ad se deferentibus respondere solitus erat Magnus Alexander.

Eccli. 18.

Quibus de rebus Deo reddenda ratio sit.

Hierem. 23. *Ezech.* 13.

Altiora ecclesiarū subsellia affectantes, qualem ferè vitæ exitum sortiantur.

Iob. 3. Spiritaliter qui fodiant.

Veteris hominis sepultura. *Matth.* 13.

Erubescat spiritualiter quis.

Prou. 21.

Matth. 18.

Qualis sermo sit iste ad villicum. Iā enim non poteris villicare. *Luc.* 13.

Matth. 18.

Infra 25.

Quid est quod villicus iniquitatis dicebat intra se. Fodere nō valeo, mendicare erubesco. *Luc.* 16.

Fodiant qui. *Gene.* 26.

Ioue 3.

Euthym. c. 18. *in Luc.*

Per tritici debitorē quid, & per debitorem olei.

Numerus quinquagenarius quid signet.

7 Salutaris scientia quæ & intelligentia. *Deut.* 32.

Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Scio, inquit. *Vtinam saperes, & intelligeres, ac nouissima prouideres.* Ad hoc enim Dominus comminatur mortem instantem, & tremendum illud iudicium,

8 Cadus Græcè, atq; Latinè quid.

Ezech. 45. Batus quid sit.

intelligit per mortem villicationem: nō erit amplius tempus faciendi, sed patiendi. Propterea ait: *Fodere non valeo, mendicare erubesco.* Per fossionem intellige ieiunium & pœnitentiam: per mēdicationem, orandi siue deprecandi donum. Et neutrum post mortē fructuose fieri potest, vt constat in his, qui damnati sunt ad gehennam, vbi nec pœnitētiæ, nec orationi est locus: vnde Epulo ille, qui rogabat mitti ad se Lazarum, vt intingeret postremum digiti in aquam, vt tangeret linguam suam, non est auditus. Fodiunt qui colunt plantam, vt ferat fructum: fodiunt etiam, qui volunt inuenire aquam viuam, vt serui Isaac foderunt in torrente, & repererunt aquam viuam. Fodiunt denique, qui thesaurum inuenire volunt, qui quoniam iuxta sepulchrum inuenitur, propterea sepulchra libenter effodiunt, de quibus Iob: *Quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrum.* Ad hunc modum, qui carnem macerant per ieiunia, fodiunt, vt anima ferat vberiorem fructum, & vt inueniant gratiam lachrymarum, & vt per pœnitentiam, quæ est veteris hominis sepultura, cœlestium diuitiarum thesaurum inueniant. Sed in inferno nullus est locus edendi fructum, nulla gratia lachrymarum, vbi erit fletus, & stridor dentium, nullus denique thesaurus, vbi anima est inopia & egestas. Erubescit etiam iste orare, qui conscius sibi est dono deprecandi se esse destitutum, & qui nouit se deprecantem non exaudiendum, qui pluries fratres suppliciter rogantes noluit audire. Qui enim obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur: & in Euangelio Dominus dixit: *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?*

Vt quisque tempestiuè ad se redeat, & nouerit quid faciat, & euadat horrenda illa, & æterna gehennæ supplicia. Nam vt Dominus per Ionam prędicationem ad Niniuitas misit, dicentem, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur*, postea tamen Dominus ad pœnitentiā, & bona illorum opera placatus est, & ciuitatem non subuertit: ita interminatur plerunq; gehennam, vt illius timore excitati, & ad resipiscentiam prouocati illam effugiamus. *Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: & sede, citò scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta.* Quisnam debitor sit olei, & quis tritici, quisve vniuscuiusque debitor, & quæ cautio debiti, & quare prior scripsit quinquaginta, posterior vero octoginta, ac similia, quæ in præsenti reperiuntur parabola, non est necessarium inquirere, vt doctè ait Euthymius, siquidem ad nihil aliud efficta sunt, quā vt ostendatur, quod dictus dispensator, dum dispensationis tempus habuit, prudenter domini rebus ad suū commodū abusus est, & per eas in futurum suā salutem procurauit. Et per debitorem tritici, cōmodè intelligere possumus debitorem tritici, quod est veteris hominis sepultura, & per debitorem olei, eum, qui in spiritualibus debitum contraxit. Et plus possumus in his spiritualibus remittere, quam in temporalibus: nam in illo quinquaginta remittuntur, per quem numerum plenaria remissio ob annum iubilei, & quinquagesimum psalmū designatur: in bonis vero temporarijs minus possumus remittere, & minus illa bona possidemus.

Ad literam aduerte, cadum Latinis & Græcis vas esse vinarium; quo vinum conditur, continens congios decem, vel, vt alij volunt, duodecim: tamen pro illa voce in textu Græco habetur Batus, quæ mensura est olei, de qua Ezechiel: *Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est: & decem bati corum*

faciunt, quia decem bati implent corum. Videtur ergo batus vox Hebræa, de qua Iosephus in Antiquitatibus: *Batus*, inquit, *liquidorum genus est. Capit sextarios septuaginta duos.* Hæc ille. Corus verò, vox Hæbrea est, & mensura aridorum, & continet decem ephi, siue decem batos, vt testatur Ezechiel, & Iosephus explicans eorum, scribit mensuram esse, quæ capiebat medimnos Atticos quadraginta vnum. *Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset.* Hic Dominus qui laudauit villicum, & dixit, filios huius seculi prudentiores esse filijs lucis in generatione sua, est villici Dominus, de quo supra villicus dicebat, *Quantum debes domino meo?* Et concludit mutata persona: *Et ego vobis dico:* verba sunt Christi applicantis parabolam, vt filij lucis imitentur filiorum huius seculi prudentiam.

Iosc. lib. 8. Antiq. c. 2. in fine. Corus qualis mensura.

Ezech. 45. Iosc. lib. 3. Antiqui. c. vlt. & lib. 15. cap. 12. circa med.

9 Erasmi in hunc locum falsa interpretatio refellitur.

Non ergo verum est, quod Dominus Iesus laudauerit alterius furtum, vt vult Erasmus, putans suum dominum, cuius bona dispensabat, nequaquam tale furtum, quo tantopere læsus erat, commendaturum, sed reuera fingitur tam liberalis, vt ingenium potius, & industriam sibi in futurum consulendi potius laudauerit, quam ipsum furtum. Non laudauit igitur de iniquitate, vel furto, sed de prudentia, & subtili artificio defraudandi: quemadmodum nec laudatur serpens de veneno, sed de prudentia, & astutia, vnde dicitur: *Estote prudentes sicut serpentes*, & rursus, *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, &c. Scribit autem hoc loco Euthymius: *Quid manifestè consequatur, auditoribus reliquit cogitandum. Nam si Dominus iniustitia affectus laudauit iniquum dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex iniustitia procurauerat: multo magis Deus, qui in nullo iniustitia afficitur, laudabit iustum, siue iustitiæ dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex iustitia dispensauerit: id enim habet iustitia, vt superflua pauperibus diuidantur.* Hæc ille. *Quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.* Non est vlla vera virtus prudentiæ

Matt. 10 Gene. 3. Euthym. ibidem.

Qualis tantũ sit prudentia hominis peccatoris.

in peccatore, sed astutia, sagacitas, siue solertia, & diligentia, quæ prudentia dicitur: sicut serpens prudens vocatur, & Paulus, *Perdam*, inquit, *sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobabo.* Aduerte, filios huius seculi prudentiores esse filijs lucis, non simpliciter, sed in generatione sua: comparantur enim proprie ea quæ sunt eiusdem generis inuicem: at vitium cum virtute non potest conferri, id est, prudentia carnis, quæ mors est, cum prudentia spiritus, quæ illustris est, & vera virtus, sed proportione quadam. Mali namque pro suis cupiditatibus exsaturandis magis sunt industrij, & prudentes, quam sancti, & iusti pro Dei gloria illustranda, vel pro sua salute operanda. Est autem prudentia, recta ratio rerum agibilium, qua ad finem optatum per certa quædam, & accommoda media tendimus. Porro prudentia carnis nihil est aliud, quam ad scopum, vel malum, vel ex suo genere medium & indifferentem (vt est magistratus, honor, sanitas, matrimonium, diuitiarum consecutio, & similia) per illicitam, & vitiosam tendere viam: at vero spiritus prudentia, non nisi ad bonum & sanctum finem spectat, illumque sanctis, & optimis rationibus assequi contendit. Habet autem prudentia quatuor partes, vt Philosophus tradit, quas hunc habuisse villicum textus ostendit. Primò prouidentiam, qua cum solicitudine quadam prospicimus nobis in futurum: vnde hic dicebat. *Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem?* Secunda pars, est consilium cum solertia, siue sagacitate quadã prouidendi media opportuna, & commoda, quam hic villicus habuit, dum dixit, *Fodere, vel mendicare*, vel facere amicos oportet. Tertia prudentiæ pars est iudicium, quo ex his, quæ in consultationem adduximus, eligimus quod melius est atque præstantius: vt hic faciebat, dicens, Fodere viribus destitutus non possum, ex mendicato viuere erubesco: superest igitur vt amicos faciam ex mammona iniquitatis. Quarta pars, est præceptum, quo iudicata executioni mandamus, quemadmodum iste fecit: nam

1. Cor. 1. Isa. 33.

Qua ratione filij huius seculi prudentiores sint filijs lucis.

Quæ intercomparatio fiat.

Rom. 8.

Prudentia quid.

Prudentia carnis quid sit propriè.

Spiritus prudentia quæ sit

Partes prudẽtiæ secũdum Philosophũ.

Arist. libr. Ethic. 6. c. 8. tom. 3.

Prouidentia quid.

Consiliũ seu solertia.

Iudicium.

Præceptum.

nam conuocatis singulatim debitoribus domini sui, dixit, *Accipe cautionem tuam, & sede, scribe cito quinquaginta, tu vero octoginta: & ita defraudauit dominum suum.*

10 Sunt ergo prudentiores, siue solertiores filij huius seculi, hoc est, mundi huius dilectores ad inuenienda & excogitanda media ad attingendum scopum sibi præfixum, & propositum finem malum, quo tendunt, assequẽdum, hoc est, in vindicta facienda, in victoria litis comparanda, in obtinendo officio, quod per fas, & nefas appetunt, in exsaturanda carnis libidine, in virgine, aut coniuge alterius decipienda, in furto perpetrando, & bello insidijs conficiendo: nam

Quibus in rebus à filijs huius seculi filij lucis prudentia vincantur.

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

& in plerisque alijs huius generis. Sunt autem prudentiores filijs lucis in generatione sua, id est, ad comparanda bona huius seculi, quam filij lucis ad acquirenda paradisi cœlestis gaudia, tum ob corruptionem naturæ, quia ad malum promptius, quam ad bonum procliues sumus, & ad malum ex natura corrupta propensi, at ad bonum ex accidenti gratia. Deinde bona sensibilia fortius peccatores permouent, quam spiritualia filios lucis: quia magis nota magis alliciunt, & incognita diligere non possumus. Denique prudentia carnis in filio huius seculi maior est quam prudentia spiritus in filio lucis: sicut gladius fortis in manu pueri minus scindit, quam gladius paruus in manu viri. Sunt autem filij huius seculi (qui filijs lucis opponũtur) filij tenebrarum, sicut filij lucis ijdẽ sunt, qui filij alterius seculi, de quibus Dominus: *Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: Illi vero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores: neque vltra mori poterunt; æquales enim Angelis sunt: & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis.* Hæc Lucas. Et ita opponuntur filij tenebrarum filijs lucis plus in tenebris videntes, quod ad exaggerationem, & reprehensionem nostræ facit oscitantiæ, sicut filij huius seculi opponuntur filijs resurrectionis; alioqui oppositio non ita quadraret. Tale quid apud Poëtam inuenies, cum ait:

Quare filii huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sint.

Secunda ratio.

Tertia.

Filij huius seculi quinã sint.

Luc. 20. Filij lucis qui verò.

Virgil.

Quondam iuuenis, nunc fœmina Cænæus:

Nam ex oppositione fœminæ, iuuenis marẽ significat. Quod vero ait, *In generatione sua*, Græcè est εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν Erasmus vertit, in natione sua. Sed melius est, vt generatio accipiatur pro genere, vt sit sensus: Filij huius seculi prudentiores sunt in genere suo filijs lucis: non quod filij huius seculi prudentiores existant in suis rebus, quã in illis eisdem rebus sint filij lucis, qui mundana non curant, vt explicat Caietanus: quia hoc mirum non est, sed illud admiratione dignum, quod filij huius seculi in ratione producendæ, & sustentandæ vitæ suę temporalis attentiores sint, & vigilantiores, quam filij lucis in æterna vita comparanda per diuitiarum suarum in pauperes erogationem, quando ablata erit à nobis dispensatio. Quod ita rectè intelligas, nõ quod semper illorum prudentia, vel sagacitas vincat filiorum Dei prudentiam, sed quod vt plurimum ita fiat. Quod, meo iudicio, commodè interpretatur Theophylactus, dicens: *Hoc igitur dicit, quia homines humanis dispensationibus præfecti, omnibus modis curam habent, & prouident, vt cum destituti fuerint à dispensationis munere, consolationem habeant. Filij autem lucis ordinantur, hoc est, quibus concredita est spiritualis rerum dispensatio, nõ cogitant quomodo post hanc vitam commodum percipiant.* Hæc ille. In rebus igitur temporalibus sumus Solones, in rebus spiritualibus Moriones.

Erasmi versio minus accommoda.

Illud: in generatione sua, quid significet.

Caietanus.

Alter sensus.

Theophyl. in Lucam.

11 Perpende, obsecro, prudens lector, somnolentiam huius œconomi, vel villici: primò enim nesciebat se dispensatorem, sed putabat se dominum, cum dissiparet bona, nec aduertebat quod ait Apostolus: *Quid habes quod non accepisti?* Dissipat porro quisque bona domini sui, quicunque in alios vsus ea dispẽsat, quam dominus præscripserit. Deinde nesciebat quantum quisque deberet domino suo; ideo interrogabat, *Quantũ*

Mira villici iniquitatis oblitãtia, & imperitia.

1. Cor. 4.

Dissipet quis bona domini sui.

debes

debes domino meo? cum tamen boni sit dispensatoris quantum quisque debeat domino suo, nosse, & illis exigendis intendere. Tertio perspice ignorantiam huius, quod cognita malitia sua, qua bona domini defraudauit, non putat tamen se posse euadere nisi magis defraudando, & dissipando: atque in hoc errore omnes nostro vitio versamur.

12 Iniquũ dicitur mammona tripliciter. *Hieron. ad Hedibiam, quæst. 1 circa medium tom. 3.*

Concludit igitur Dominus, & ait: *Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Vocat Dominus hoc loco iniquum mammona, eo quod, vt ait Hieronymus, omnes diuitiæ de iniquitate descendunt: & nisi alter perdiderit, alter non potest inuenire. Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima, Dives aut iniquus, aut iniqui hæres. Sic ille. Cui consonat illud Menandri,

Nunquam vir æquus, dives euasit cito.

Diuitiæ omnes vnde descenderint, teste Hieron. Menandri pulchrè dictum.

Aut certè iniustæ vocantur diuitiæ, quia nimio studio, & diligentia congregantur, aut quia inique seruantur, non erogando eas in vsus pauperum, sicut oportet. Aut, teste Augustino, quia diuitiæ veræ non sunt, sed falsæ, & iniquè sibi nomen illud vendicant: vnde & infra iniquo mammonæ opponitur id quod verum est. *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Obscura profecto est hæc conclusio, vt possit aptè accommodari parabolæ. Communiter autem dici solet, villicum in eo quod corruptis, deprauatisque chirographis de bonis domini sui amicos fecerit, iustorum personam non sustinuisse: non enim Domino, aut proximo suo iusti fraudem faciunt, vt inde faciant eleemosynas, quia nouerunt non esse facienda mala, vt veniant bona. Proinde volunt parabolam à contrario sensu concludere, vt dicamus: Si laudari potuitis, qui domino suo fraudem faciens in futurum sibi prospexit; quanto magis à Domino, qui nullum damnum sustinere potest, & ad clementiam pronus est, laudari promerebitur, quisquis secundum illius præcepta sibi amicos faciat de diuitijs sibi creditis: quæ mammona iniquitatis dicuntur, quia earum studium plerunque iniquos, & iniustos facit possessores. Ita Augustinus interpretatur.

Aug. lib. 2. Quæst. Euang. cap. 34. & 40. tom. 4.

Alij vero dicunt, hanc conclusionem ironicè à Domino dictam, & per ironiam à nobis intelligendam: quasi diceret, Comparate vobis amicos mala vestra dispensatione, circa mammona iniquitatis, id est, circa diuitias huius seculi, in quibus versatur iniquitas. *Vt cum defeceritis,* A dispensatione remoti, & à vobis eius ratio exigetur, *Recipiant vos in æterna tabernacula,* id est, perinde cruciemini, atque peregrinemini à Domino, ac si in æternis tabernaculis versaremini. Ita enim ex B. Hieronymo accipitur tabernaculum, vt sit castrense tectum, quod semper mutatur, & huc atque illuc transfertur: vt festum Tabernaculorum apud Iudæos ostendit, quo memoriam agebant illorum dierum, quibus peregrinati sunt in deserto. Locus ergo cœlorum vbi quis est, & nulla peregrinatio, non potest esse locus tabernaculorum. In hoc ergo verbo ironia detegitur, & efficax admonitio: & illius Prouerbij veritas, quod prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis. Nam alioquin si intelligas, Dominum admonuisse ad eleemosynas erogandas, quomodo adaptabitur quod ipsi illas recipientes sint eos excepturi in sua tabernacula, eo etiã dato quod per tabernacula certa in cœlis loca significentur. Vera enim eleemosyna verius Christo datur, quã pauperibus, quoniam pauperibus propter Christum erogatur: ideo non ille, sed Christus debet in sua tabernacula recipere, iuxta illud: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Item qui accepit eleemosynam, non videtur promereri, vt dantem in cœlo recipere valeat: imo interdum illi ipsi qui accipiunt, non seruantur, propter alia sua demerita. Ad hæc, videtur ineptum, pastores si rectè dispensauerint eleemosynas, colligendos esse in tabernacula pauperum: nam cur non potius pastores in tabernacula sua recipiãt, qui recte administrãdo sibi & alijs promeruerunt

13 Alter sensus quorũdam.

Quid est: Vt cum defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. Tabernaculum Hieronymo quid. *B. Hieron. in Psal. 14. to. 8. & in c. Zacha. 12, tom. 6. Levit. 23.*

Prima ratio illorum pro sensu posteriori.

Eleemosyna detur potissimum qui.

Matth. 25. Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio: ruerunt cœlestes mansiones? Præterea in parabola proponitur ille iniquus dispensator, qui ob malam dispensationẽ parat sibi amicos, non vt se domino reconciliet, nec per opus, quod possit Domino placere, sed per opus iniquum, & damnosum, quod maiorem inimicitiã & indignationem poterat excitare. At in applicatione parabolæ hortatur Dominus dispensatores, vt opus faciant, quo reconciliari possint cum Deo, atque eius iram placare: nec postmodum amicis indigeant, vt ab eis recipiantur. At ironicè dicta verba, rectè seruiunt parabolæ scopo, ob quem est dicta, nempe quod filij huius seculi sibi prudentius prospiciant in malefactis, quam in salutis negotio filij lucis. Isti enim cũ aufertur ab eis dispensandi amplius facultas, amicos sibi paratos habent, qui recipiant in domos suas: illi autem cum decoxerint, habent quidem quos iniquè dispensando beneficijs affecerunt, vt recipiant in domos suas, scilicet in ęternа tabernacula, vbi erit fletus, & stridor dentium. Et ita ironia est, sicut quod dixit: *Verumtamen date eleemosynam: Et ecce omnia munda sunt vobis:* Vobis, inquit, non mihi: quod ironia est, teste Augustino. Sicut ironicum est, quod in alia parabola dicit: *Amice, non facio tibi iniuriam: & Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.*

Matth. 13. Luc. 11. Dicta ironica Christi Domini. *Aug. Serm. 30. De ver. Domini, to. 10. & alibi sepius to. 10. Matth. 22.*

Sed hic sensus etsi subtilis sit, & egregius, quibusdam tamen durum videtur, Dominum parabolam per ironiam cõcludere, & fructum eius per figuram eiusmodi insolitam terminare: etsi in parabola non repugnet aliquid dici ironicè. Nec vox tabernaculi aliena est à significatione cœlestis mansionis, dicitur enim à Dauide: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* & *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini:* & Isaias, *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta.* Et vt cœlestis gloria dicitur sinus Abrahæ, ita etiam tabernaculum. Et vt ait Hieronymus, non quoslibet pauperes iubet facere amicos de mammona iniquitatis; sed eos, qui possunt nos recipere in domos suas & tabernacula. Et quanquam solius Dei sit distribuere regnum, & cœlestes mansiones; tamen & illud distribuere posse dicuntur pauperes: quia cũ potissimum eleemosynæ propter Christum conferantur, siue Iudæis, siue Gentilibus, siue fidelibus, illi dicuntur facere, quod Christus maximè facit. Vt enim quæ corporis sunt, tribuuntur capiti, ita quæ capitis sunt, tribuuntur membris. Et ita in omnibus pauperibus, etsi pessimæ vitæ, vel hostes fidei sint, benefaciendum est, & non solum domesticis Fidei: quia etsi ipsi internas mansiones non ingrediantur, dicuntur tamen rectè benefacientes sibi recipere in cœlum, quia propter beneficia illis impensa Christus recipit eos in cœlum.

Qui tantum pauperes facièdi sint de mammona iniquitatis.

Qua ratione pauperes regnũ possint cœleste conferre benefactoribus suis.

In quos etiã se extendat Christiana beneficẽtia.

Alia est Ambrosij expositio, qui per amicos, qui nos recipiunt in æterna tabernacula, intelligit Angelos, & sanctos, qui regnant cum Christo in cœlo; quos nobis amicos reddimus, dum affectu misericordiæ pauperibus benefacimus. Scribit enim: *Facite vobis amicos de iniquo mammona; vt largiendo pauperibus, Angelorum nobis, cæterorumque sanctorum gratiam comparemus.* Hæc Ambrosius. Et ita habemus, hanc parabolam adhortari ad misericordiam, & eleemosynam ex diuitijs, quæ interdum, etsi iustè comparentur, iniquè tamen retinentur, & iniquos possessores efficiunt, & septem peccatorum lethalium nostro vitio instrumenta existunt.

15 Secũdus sensus de amicis recipientibus in æterna tabernacula. *B. Ambros. lib. 7. in Lucã, cap. vlt. tom. 5.*

Est & alius tertius sensus præter hos duos, qui maximè ad rem facere videtur. Quia enim Scribæ, & Pharisæi cum lege & sacerdotio in promptu erant vt deficerent, & indulgentia peccatorum plenaria Christo prædicante, & morienteꝫ per fidem ex dilectione operantem, danda erat, ablato templo, & sacrificijs, hortatur Dominus, vt dent operam, ne austerè cum peccatoribus procedant, neque exactè sacrificia, aut pecuniam ab illis exigant, etiamsi

16 Tertius sensus cæteris accõmodatior.

Hæc conclusio parabolæ quomodò cõueniat: Vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Primus sensus B. Augustini. *Rom. 3.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Mammona iniquitatis quid.

etiamsi iure alias debita esset; vt ita sibi præparent amicos, qui eos in Euangelium recipiant, in quo est æterna requies: quemadmodum qui priores in monasterium ingrediuntur, posteriores intrantes recipiunt: vocat ergo mammona iniquitatis, pecunias, & sacrificia, quæ offerebantur pro peccatis, quibus ipsi addiderunt, decimare mentham, & anethum, & cyminum, & proposuerũt in templo mercatum mentium, & vẽdentium oues, & boues, & columbas, & mensarios qui pecuniam commutabant, ex quibus vt proprio peculio viuebant, semper nouas rationes proprij emolumenti excogitantes. Hinc dicitur: *Peccata populi mei comedent*. Hortatur ergo, ne seueri, & rigidi in illis exigendis emolumentis esse pergant, agnoscentes in Nouo Testamento per Baptismum & fidem omnia remitti. Idem etiam docet Noui Testamenti doctores, & pastores facere, vt non solum remittant de eo quod sibi debetur, sed etiam de eo quod debetur Domino, cuius sunt ministri, & dispensatores: cuius debiti satisfactio pendet ex eorum zelo, & studio, siue arbitrio. Doctor enim & prælatus per legem peccatori ostendit debitum, quod quisque de acceptis beneficijs, & commissis peccatis cũ Deo habet, debetque dicere, Frater agnosce debita, quæ cum Deo habes, saltem fac hoc, & reliqua condono vel remitto tibi, si redieris ad cor, & hoc remedium fueris amplexus: & ego pro te in reliquis satisfaciam, vel Deus erit contentus tua satisfactione, & bona voluntate, vel dabit gratiam plura præstandi, quã hæc sint quæ ego à te exigo, & in peccato, quod contra me pastorem tuum erat, & in quo Deus offenditur, ego omnia tibi condono: vt Ambrosius cum his, quorum confessiones audiebat, facere solitus erat: vt testatur in eius vita Paulinus, Ioannes etiam Euangelista pro adolescente à se conuerso, qui in latronem postea degenerauerat, & postea fugientem à se ad bonam frugem reuocauerat, se satisfacturum pollicebatur. Hoc est ergo, dispensatorem siue ministrum defraudare dominum suum, legis obseruantiã non iuxta rigorem exigere, sed interdum quædã remittere, præsertim in legibus ecclesiasticis ad disciplinam spectantibus. Quod multis modis fit, vel concedendo indulgentias ex caussa iusta, quibus quod nobis iustè luendum erat, siue in hoc seculo, siue post mortem in Purgatorio, clementer condonatur. Deinde in dispensatione legum quarundam humanarum, in relaxatione iuramentorum, commutatione votorum, vel in gradibus matrimonij gratis & sine vllo pretio dispensandis, ne videantur Prælati alijs retia tendere ad loculos suos implendos. Debent præterea cum criminosis & delinquentibus, si spes sit reditus eorum ad meliorem frugem, humanius agere, eosque mitius plectere, quam seueritas legum postularet. Debent præterea defraudare se ipsos in suo victu, & vestitu, & supellectili, vt possint largiores eleemosynas in pauperes suæ diœcesis erogare: in quibus qui suum genium propter Christum defraudant, profectò legẽ Domini rescindere videntur, quę ministros suos honesta, & cõuenienti victus, & vestitus ratione voluit sustentari. Denique debẽt tales cogitare, se ministros esse eius, qui gratis donauit omnia mũdi peccata, & qui suis indixit; *Gratis accepistis, gratis date*.

Matth. 23. Ioan. 2. Matth. 21.

Osee 4.

Noui Testamenti doctores & pastores quid facere debeãt exepio Christi.

suum defraudare, quid sit.

Pastores & episcopi, vt benignè faciant debitoribus suis.

Episcopi omnes, pastoresque quales se agnoscere & gerere debeant.

Matth. 10.

17

Et qui etiam per hanc parabolam villici iniquitatis intelligit eum, qui non solum defraudari se propter misericordiam proximi patitur, sed etiam ad defraudandum ad prædictum sensum hortatur, non inepte explicat, atque hic sensus verus est, & mirificè congruit cum verbis ante parabolam dictis, nempe quod dixit hæc ad discipulos: quia hoc est proprium pastorum, & nec est vllũ verbum magis Apostolicum, aut Romano Episcopo magis dignum, quam dicere: Non obstantibus quibuscunque, vt aperiatur regnum cœlorum peccatoribus, modo in illis adsit vera pœnitentia, & ex parte pastoris lucrum sordidum absit. Congruit etiam cum his quæ sequuntur: *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.*

De villico etiã iniquitatis quis rectè sentiret.

Apostolicum planè verbũ.

Ambrosij, Ioãnisq; Apostoli benignitas in peccatores Christi debitores.

Ministrũ siue dispensatore, dominum

Hæc

Hæc possunt accipi quasi tacitè dicta in Scribas, & Pharisæos, qui longè erant ab ista clementia, & misericordia quam prædicabat Dominus: quia paullò post dicitur: *Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari: & deridebant illum.* Proponit ergo Dominus duas generales regulas, quæ sententiæ sunt prouerbiales ex vulgo assumptæ, quibus id, quod vt plurimum vsu venire solet, significatur. Prior est: *Qui fidelis est in minimo*, & (id est, etiam) *in maiori fidelis est.* Id est, Dignus est, cui plura committantur, quia & in illis fidelis erit. Et qui in modico iniquus est, & iniquè sibi retinet, quod iuxta Domini voluntatem erat dispensandum, profectò & in multo, in quo habebit occasionem magis furandi, iniquus erit. Etsi aptè per modicum possimus intelligere legem: & per maius, Euangelium in sensu dicto posteriori: in priori tamen in genere verum est, quod qui malus est parochus malus erit & Episcopus: & qui prauus est Episcopus, prauus erit Cardinalis; denique qui iniquus est Cardinalis, iniquus erit & Papa: quamuis hæc regula non sit semper necessaria. Ita etiam argumentatur Apostolus: *Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Et applicans hanc doctrinam generalẽ, subdit: *Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis?* Quæ verba de temporalibus opibus intelligi possunt, quas vocat iniquum mammona & alienum. Et rectè videntur dicta contra Scribas & Pharisæos, quibus per hanc parabolam comminatus fuerat breui futuram eorũ deiectionem, & dispensationis potestatẽ ab eis auferendam. Illos ergo, quia infideles fuerant in Veteri Testamento ministri, & infideliter agebant, omnia in suum compendium & lucrum cõuertentes, indignos esse ait, quibus margaritum Euangelicum (quod opes veras continet) committatur: nam & ex illo aucupium facerent. Duasque complectitur pœnas infidelis; alteram, quòd propter infidelitatem dignus est, qui in præsenti spolietur à Domino dispensatione: alteram, quòd dignus est, qui alienа bona data ad dispensandum, iniustè relinquit, vt propria, id est, cœlestia, & æterna bona, ad quorum possessionem creati sumus, quia conueniunt nobis quatenus sumus, id est, rationales, & beatos nos reddunt, quibus abuti, etiam si velimus, non possemus, nec possunt nobis eripi, illi subtrahantur. Qui ergo in alienis opibus dispensandis non fuerunt fideles, sed subtraxerunt eas alijs, quibus debebantur, intelligant vicissim illis Deum subtracturum propria eorum bona, quæ sunt cœlestia & æterna, siue etiam modò spiritualia bona. Et si in alieno, inquit, fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Vocat ergo alienum, externas diuitias, quæ nec nobiscum nascuntur; nec morientes nos comitantur. Si ergo in pecunijs pro peccatis, quæ vobis alienæ sunt, fidem non seruastis; quod vestrũ est, hoc est, spiritus Dei gratiam, & munus Apostolicum cum potestate edendi signum per vniuersum orbem, quis credet vobis. Si enim legem, quæ minimum quid est respectu Euangelij, ad auaritiam, & ambitionem detorquebãt, multo magis Euangelium, & signa in proprium commodum verterent.

Quid significet: Qui fidelis est in minimo, & in modico fidelis est.

Quomodo verum sit, Qui in modico iniquus sit, & in maiori iniquum futurum.

1. Tim. 3.

Quibus verbis Christus Scribarũ, & Pharisæorũ carpat auaritiã, iniquiq; dispensationem.

Duplex infidelis dispensatoris pœna

Hominis bona propria quæ.

Quid significet: Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrũ est, quis dabit vobis?

18 Secũdus sensus.

Dei dispensatores qui.

Tertius sensus.

Quòd si hæc extendamus ad Apostolos, & quosuis fideles; sensus erit: Qui non pepercerit fratribus quæ in Deum peccantur: quomodò parcet ea, quæ in ipsum fiunt? Et si quis ex alieno iussus eleemosynam facere, non facit; quomodo faciet de suo, vt omnes Ecclesiastici, qui sunt Dei dispensatores? Et si habens Dominum liberalem, auarus est in rebus domini; multo magis erit in proprijs. Et si in alieno quis est infidelis, id est, in eo quod vestrum nõ est, sed cuius solum estis dispensatores; quod vestrum est, quis credet vobis? Id est honor, obedientia, reuerentia, & prouentus, qui debentur vobis ob officiũ, quis dabit vobis? nempè subtrahentur iusto Dei iudicio. Vel sensus est, si in administrandis diuitijs, quæ res quædam falsa est, & aliena, fidem fallitis, quomodò apti eritis, quibus ea quæ vera sunt, id

est, administratio bonorum spiritus, & quæ nostra propria sunt, vobis credantur.

19 Ac ne quisquam diceret, se infideliter agendo, & cupiditati suæ indulgendo, posse domino seruire, subdit continuò apud Lucam Dominus: *Nemo seruus potest duobus dominis seruire, &c. Non potest Deo seruire & mammonæ.* Quæ quoniam quinto libro explicata sunt, propterea hoc loco prætermittuntur. Tantum audi, quid sequatur: *Audiebant autè omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum.* Hic est enim genus impiorum, vt verbum Dei quod impugnare non possunt, in fabulam vertant. Erant enim auari, siue pecuniæ studiosi, natura φιλάργυροι. Quod si nobis vitia insectantibus, & aperta voce detestantibus idem contingat, ne miremur. Paulus Athenis prædicans irrisus fuit à quibusdam philosophis, qui dicebant: *Quid vult seminiverbius hic dicere?* Ex eo nūc quod ait, quia auari erant, videntur intellexisse Pharisæi, quod ad misericordiam, & ad pecuniæ contemptum per parabolam inuitarentur. Subdit textus: *Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus; Deus autem nouit corda vestra.* Hinc apparet, quo nomine Pharisæi Iesum irriserint, nimirum quod sibimetipsis tam iusti videbātur, & probi, vt nihil opus haberent hac Christi doctrina, quæ neque noua, nec incognita erat apud ipsos, quam ipsi suo iudicio videbantur & verbo, & exemplo alios docuisse. Ad has ergo superbas Pharisæorum cogitationes respondit Christus. *Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus.* Qui scilicet opera vestra, & nō corda vident. *Deus autem nouit corda vestra* Id est, superbiam, & hypocrisim, & cæteras pestes in corde delitescentes. Et est oratio ecliptica, *Deus autem nouit corda vestra*, & sic complenda est: Deus autem nouit corda vestra, & vos non iuxta externam laruam, sed iuxta corda vestra iudicaturus est. Vnde rectè, & cōsequenter infert: *Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* Vult dicere; Qui ab hominibus probātur, & externam colunt sanctimoniam, propter quam sancti ac iusti habētur, sæpè abominabiles sunt apud Deū: *Nō enim qui seipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat.* Ita etiam diues iustus, aut sapiens non est, nisi qui apud Deum talis est. Et ita habes, quōmodo precedentia, & sequentia huic parabolæ conueniant.

Matth. 7.

Impiorum ingenium.

Act. 17.

Quare Pharisæi Iesum deriserint.

Deus vt noverat Pharisæorum corda.

Quid est quod ait Dominus: quod hominibus altum est, abominabile est ante Deū.

2. Cor. 10.

Subditur in Luca, *Lex, & Prophetæ, vsque ad Ioannem. Ex eo regnum Dei, euāgelizatur, &c.* Quoniam Pharisæi subsannabant Christum pauperem de diuitiarum dispensatione loquentem, quasi aliena a lege, vel legi Dei contraria præciperet, vbi terrenorum bonorum abūdantia cultoribus Dei promittitur, & multi viri diuitijs & opibus circūfluentes Deo placuisse leguntur: hic occurrit Dominus, ostendens iam tempus aduenisse docendi quædam perfectiora quàm lex, & Prophetæ docuerant, & quod cœperit aperta regni cœlorū prædicatio, quæ perfectiora præcepta, & perfectiores homines reddat. Illa ergo vsque ad Ioannem suum cursum habuerunt, sed à diebus Ioannis Baptistę non iam amplius terrenorum bonorū promissio, sed eorum contemptus, & regnum cœlorum prædicatur. Nec est inefficax eiusmodi prædicatio, etiamsi vobis noua, & ridicula videatur: quia multi summo feruore confluunt pro illo consequendo, velut contendentes alijs illud præcipere, ac proinde alacriter suis bonis renuntiant, vel dimittunt, vel in pauperes erogant, seseque totos abnegant, vt eò perueniant. Et ne propterea crederetur legē soluere, subdit: *Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere,* quin scilicet fiat, & impleatur. Et propterea etsi noua prædicare vobis videar, non tamen veni soluere legem, sed adimplere, & perficere. Conuenit autem omnibus hæc parabola, vt defraudent seipsos, vel Deum in se ipsis, vt beneficentia erga proximum vtantur: nimirū vt minùs laute viuant, minus splendidè induantur, vt possint eleemosynas vberiores erogare: & quiuis debet parcere offendenti, hortari ad pœnitentiam, onera aliorū portare; vt cum defecerint siue,

20 Matth. 11.

Quorsum id: lex & Prophetæ vsque ad Ioānem, &c.

Explicatur illud etiā quod sequitur, Ex eo (scilicet Ioanne Baptista) regnum Dei euangelizatur, & reliqua.

Matth. 5. Vt facilius sit cœlum, & terram præterire, quàm de lege vnū apicem cadere

Ibidem. Quid nos[?] doceat hæc parabola.

siue prælati, siue priuatæ personæ per mortem, siue per peccatum, habeāt qui interpellent pro ipsis apud Deum, atq; ipsum exorent, vt possint recipi in æterna tabernacula. De quibus B. Gregorius in Moralibus ita philosophatur: *Multum*, inquit, *ad edomandam dantis superbiam valet, si cum terrena tribuit, verba solicite magistri cœlestis pensat, qui ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Si enim eorum amicitijs æterna tabernacula acquirimus, dantes proculdubio pensare debemus, quia patronis potius munera offerimus, quam egenis dona largimur. Qui itaque nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, vt ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, quæ quod acceperit, vberius reddit.* Sic ille.

B. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 14. initio tom. 1.

21 Volebam hoc loco tractatui finem imponere; sed volo prius duorum Patrum veterum varias expositiones huius parabolæ adducere. Hieronymus igitur ad Algasiam producit Theophilum Antiochenæ Ecclesiæ septimum post Apostolum Petrum Episcopum, qui quatuor Euangelistarum dicta in vnum opus compegit, qui in hunc modum de hac parabola philosophatur: *Diues qui habebat villicum, siue dispensatorem, Deus omnipotens est: quo nihil est ditius. Huius dispensator est Paulus, qui ad pedes Gamalielis sacras literas didicit, & legem Dei susceperat dispensandam. Qui cum cœpisset credentes in Christo persequi, ligare, & occidere, & omnem domini sui dissipare substantiam, correptus à Domino est: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Dixitq; in corde suo, Quid faciam? Quia qui magister fui, & villicus, cogor esse discipulus, & operarius. Fodere nō valeo. Omnia enim mandata legis quæ terræ incubabant, cerno destructa: & legem atque Prophetas vsque ad Ioannem Baptistam esse finitos. Mendicare erubesco; vt qui doctor fueram Iudæorum, cogar à Gentibus, & à discipulo Ananiæ, salutis ac fidei mendicare doctrinam. Faciam igitur quod mihi vtile esse intelligo; vt postquā proiectus fuero de villicatione meæ, recipiant me Christiani in domos suas. Cœpitq; eos, qui prius verberabantur in lege, & sic in Christum crediderant, ne arbitrarentur se in lege iustificandos, docere legem abolitam, Prophetas præteriisse: & quæ antea pro lucro fucrant, reputare vt stercora. Vocauit itaque duos de pluribus debitoribus. Primum qui debebat centum batos olei, eos videlicet qui fuerant ex Gentibus congregati, & magna indigebant misericordia Dei: & de centenario numero (qui plenus est, atque perfectus) fecit eos scribere quinquagenarium, qui propriè pœnitentium est, iuxta iubileum, & illam in Euangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarij dimittuntur. Secundum autem vocauit populum Iudæorum, qui tristico mandatorum Dei nutritus erat, & debebat ei centenarium numerum, & cogit, vt de centū octoginta faceret, id est, crederet in Domini resurrectione, quæ octaua diei numero continetur, & de octo completur decadibus, vt de Sabbato legis transiret ad primam Sabbati. Ob hanc causam à Domino prædicatur, quod bene fecerit, & pro salute sua in Euangelij clementiam de legis austeritate mutatus sit.*

Hieron. q. 6. ad Algasiam paullò à medio, tom. 3. circa med.

Centenarij numeri perfectio.

Numerus quinquagenarius, quid denotet. Luc. 7.

Octauæ diei Sacramentū.

Quod si quæsieris, quare vocetur villicus iniquitatis, in lege quæ Dei est: Iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat, sed non bene diuidebat; credens in Patrem, sed Filium persequens: habens Deum omnipotentem, sed Spiritum sanctum negans. Prudentior itaque fuit Paulus Apostolus in transgressione legis filijs quondam lucis, qui in legis obseruatione versati, Christum qui Dei Patris verum lumen est, perdiderunt. Hæc ille. Etsi Hierony. in lib. De scriptoribus Ecclesiasticis in dubiū reuocet, num Commentarij, qui eius nomine tunc legebantur, eius reuera fuerint.

22

Duplex, altera iuxta allegoriam huius parabolæ de villico iniquitatis interpretatio producitur. Prima Theophili Antiocheni.

Alter sensus allegoricus Gaudentij Episcopi Brixiēsis de villico iniquitatis.

Alter est Gaudentius Episcopus Brixiensis, cuius consecrationi interfuisse Ambrosius fertur, qui in sermone de ista parabola sic habet: *Villicus iniquitatis, diabolus intelligendus est qui in hoc seculo relictus est, vt immunitatem eius villici fugientes, ad pietatem Dei supplicit er curramus. Hic dissipat facultates Domini,*

Act. 22. Supra 9. Ibidem.

Psal. 118.

mini, quando in nos grassatur, qui portio Domini sumus. Hic excogitat: quomodo valeat debitores Domini, id est, peccatis inuolutos non solum aperto prælio persequi, sed sub obtentu fallacis beneuolentiæ blanda fraude decipere, quo magis cum in domos suas falsa benignitate seducti recipiãt, cum ipso in perpetuũ iudicandi. Hoc enim putat diabolus magnum esse sui supplicij solatium, si multos habeat pœnarum socios. Hic debita conseruorum suorum relaxare se falso promittit, dum vel in fide, vel in opere peccantibus vanam pollicetur indulgentiam: dum persuadet non imputari ad peccatum ea scelera quæ ipsi etiam qui cõmittunt, grauia esse crimina non ignorant. Confitentur enim debiti sui quantitatem, cum ex integro obnoxios se esse Deo & pro fide contempta, & opere neglecto negare nõ possunt. Qui autem reddunt Deo quæ Dei sunt, iam debitores non sunt? Neque mirum, si promittat delictorum remissionem, qui Christo ausus est dicere: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Triticii in hac parabola, fides Christi est, vitæ Christianæ principium: Oleum, bona opera sunt: quæ non habentes quinque virgines fatuæ, extinctis animarum suarum lampadibus, in tenebris manserunt. Non enim satis est, virgines, & integros esse in fide, sed etiam oleum bonorum operum secum portare: sic enim corpus sine anima mortuum est, sic fides sine operibus mortua est. Quod vero cẽtum coros olei, id est operum, in quinquaginta transcribi fecit, & centum tritici, id est, fidei, in octoginta: significat hæc fraus, quod retractos ab idololatria homines variis erroribus pernicioſorum dogmatum inuoluit, summam salutaris fidei imminuendo, & ab iniquis actibus remotos, bonisque operibus insistere cupientes, pestifera tactantia supplantet. Nam conatur fidem nostram, & opera nostra à centenario numero perfecto, in dextera constituto, Apostolicam fidem sinistro hæretica persuasionis sensu peruertere, merita bonorum operum ad smistros mores plerumque deducens. Nec illud otiosum est, quod maior numerus deperit domino in oleo, id est, operibus, quam in tritico, id est, fide. Minor enim turba est, quæ à fide recta, quam quæ ab operibus congruis diaboli fraude subtrahitur, Saluatore testante, Quid vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Laudat astutiam, non nouitatem vilici: laudat, inquam minaciter simul, & prouidenter. Minaciter quidem, cum vocabulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat; prouidenter autem, dum contra argumentorũ eius consilia discipulos audientes confirmat, vt omni cautela, atq; prudentia tam callido, atque prudenti inimico repugnent.

Debitores Domini qui.

Matth. 22.

Supra 4 Quod nam vitę Christianæ principiũ sit.

Infra 25.

Iacob. 2.

Dæmonis infidiæ, & cofiatus.

Luc. 6.

Quapropter fratres, imitemur prudentiam villici huius, non perfidiam: Nam quantum ille in opere nocendi peritus est, tantum nos in operibus salutaribus eruditi, & cum prudẽtia instructi esse debemus. Prudentiores enim reperiuntur spiritus immundi, quos filios huius seculi vocat. Hactenus ille eleganter, & doctè: quæ omnia volui producere, vt constaret lectori, quanta olim, & quam varia, & interdum allegorica meditati sint Patres in explicanda hac alta & obscura parabola Iesu Christi Domini nostri, qui cũ Patre, & Spiritu sancto æternam possidet gloriam, & honorem, in secula seculorum, Amen.

3 Diaboli prudentia quæ nobis imitanda.

TRACTATVS XXX.

In parabolam illam: Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi; Statim transi, & recumbe, &c. cuius Lucas solus cap. 17. meminit.

VT Scopum præsentis parabolæ apprehendamus, non erit abs re illa quæ præcedunt, diligenter inspicere. Docebat Dominus, vt ad iniuriarum remissionem procliues essent Apostoli: qui de magnitudine præcepti admirati, rogauerunt Dominum, *Adauge nobis fidem*: erant enim à Domino non semel notati de modica fide. Vnde apud Matthæum dixit Apostolis, *Quid timidi estis, modicæ fidei?* Apud eundem, *Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes non habetis?* Et Petro dixit, *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Et alibi, *Vbi est fides vestra?* Propterea recte postulant sibi augeri fidem, vt possint quæ præcipiũtur, implere: *Adauge*, inquiunt, *nobis fidem*; nimirum vt quod à nobis exigis, fideles præstare possimus. Iubes vt faciles simus in condonandis mutuis offensis; atqui hæc præstare ex nobis non sufficimus, cum carnis affectus totis viribus repugnet, nisi auctiorem fidem donaueris. Dominus autem respondet illis. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare, & transplantare in mare: & obediet vobis.* Vbi duo admiranda continentur: & quod arbor de terra moueatur; & quod transplantatio fiat in mari, loco tam alieno & contrario alendis plantis. Et hæc ad literam. Vbi dicendo, huic arbori moro, indicat se ostendisse digito arborem præsentem. Græcè dicitur, sycomoro, vel vt alij habent, sycamino. De quo Dioscorides ita scribit: *Sycomorum, aliqui etiam sycaminum, id est, morum vocant, cuius fructus sycomorum etiã, propter inefficacem gustum, appellatur.* Sic ille. Quanquam Beda iuxta spiritum, morum rubentem exponat, Euangelium crucis; quod opera Apostolorum de stirpe Iudæorum, vbi erat tanquam in terra plantatum, in mare Gentium transplantatum est. Vel, iuxta id, quod docet Ambrosius, hoc fit, quando fides reijcit spiritum immundum de homine: nam fructus mori primo albescit in flore: & qui inde iam formatus est, rutilat, maturitate vero nigrescit. Et vt addit Chrysostomus, mori frondibus vermes aluntur: ita diabolus ex albescenti naturæ angelicæ flore & potestate rutilanti præuaricatione deiectus, tetro inhorruit fœtore peccati: & per cogitationes eius quas nobis suggerit, alit nobis perpetuum vermem conscientiæ. Sed hanc morum potest fides ab animabus nostris euellere, & in profundũ demergere. Vel, si habueris fidem vt granum

1 Scopus parabolæ huius vnde patebit.

Matth. 8.

Infra 16.

Sup. 14.

Luc. 8.

Quid orent suis verbis Apostoli Dominum: Adauge nobis fidem.

Dioscorid. lib. 1. cap. 144. Sycomori fructum cur sycomorum vocet Dioscorides.

Morus rubens Bedæ quid

Beda in Lucã, cap. 68. tom. 5. Alter sensus, scilicet B. Ambrosij.

Ambr. lib. 5. in Lucam, cap. 4.

B. Chrysost. Dæmõ quam vermi similis mori ex frondibus victitanti.

sinapis; id est, id fidei quod habetis, satis superque est, vt amorem vindictę, & vltionis desiderium, quasi sycomorum eradicetis, & in mare proijciatis, vt ita liberi vestris carnis affectibus fratrum saluti, quæ à vobis à me nunc præcepta est, consulatis. Et tunc subiunxit præsentem parabolam; vt cum tali fide ornati viderint se illa præstare, non superbiant, nec efferantur, sed se deijciant, & in officio humilitatis, & modestiæ sese contineant.

Quid rursus significet, Si habueritis fidẽ sicut granum sinapis.

Quis vestrum, inquit, *habens seruum arantem, &c.* Ne ergo propter tam ardua fidei opera insolescerent Apostoli, vt olim septuaginta cum redirent ex cõcionandi ministerio, & illi quasi gloriantes dicerent, *Domine, etiam dæmonia subijciũtur nobis in nomine tuo*, compressit illorum gloriam, dicendo, *In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur; gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis*: ita nunc reprimit inanem exultationem, & proponit parabolã humilitatis virtutem commendantem, & superbiam de editis miraculis reprimẽtem; & ad petendum cum gratiarum actione, & nihil de factis operibus confidendũ esse docentem. Et hæc satis sint de scopo.

2 Luc. 16.

Scopus huius parabolæ qui sit.

In cortice similitudinis aduerte in primis, Dominum consulto dixisse; *Quis vestrum habens seruum arantem, aut pascentem oues*, id enim significat potius verbum Græcum, quam pascentem boues, vt legit Ambrosius. Et vt annotauit Alberus, insinuauit illos esse pauperes, & seruis carere. Et ponit seruitia vilia, & contempta, agriculturæ scilicet, & pasturæ, ad quæ necessarij sunt serui, & cooperatores, cum nũc serui sint aurigæ caudam gestantes, & alij qui præcedant in comitatu; alij qui sequantur, alij, quibus fœminæ nitantur, & alij equites, alij pedites, vt iam familia seruorum numerosa sit, & plerumque ad opera minimè necessaria.

3 Scopus parabolæ propoſitur.

Ambrosius. Alb. Mag. postilla in Lucam.

Superflua seruorũ nostri seculi multitudo notatur.

Aduerte etiam, dominum seruo suo agricolæ, aut bubulco ab agro reuerso, non statim illi dicere, Transi, & recumbe, sed potius, Para quod cœnem, & ministra mihi, & tu postea cibum sumes.

4

Vbi ad

Domini extrema duo vitia circa seruos quæ cauere debeant. *Prou.29.*

Vbi ad literam, dominis duo extrema vitia docentur esse fugienda, alterū, eorum, qui molliter, & delicatè nutriunt seruos suos, in quos dicitur, *Qui delicate à pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.* Alterum est eorum, qui cum laboriosa exigant à seruis suis, fame illos enecant, neq; necessaria vitæ sustentādę illis suppeditant, in quos etiā Spiritus sanctus ait; *Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo.* Et plures in hac parte peccant, quam in contraria, quia magis regnat auaritia, quam prodigalitas. Considera etiam, post opus diurnum in agro redeunti seruo in domum, aliud prȩcipi noctu, quo doceat nos in otio non viuere, & post vnius præcepti adimpletionem mox ad aliud implendum nos esse accingendos.

Eccli.33.

5

Quod vero subiungit: *Nunquid gratiā habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto: sed pœnam exacturus esset, nisi imperata fecisset: quia serui omnē operam debent domino suo, cuius sunt serui.* Hoc loco seruum non conductitium famulum, & mercenarium, qui locat operas suas sub certo pretio, intelligere debemus, sed de propriè seruo, vt erant olim, & modo sunt mancipia iure belli capta, & seruata, vel pecunia nostra redempta: & habere gratiam, hoc loco accipi, pro obligari, & obstringi ob beneficium susceptum. Igitur hoc intelligendum est, vt dixi, ex debito, siue necessitate, non autem ex beneuolentia, & peculiari amore, quo etiam seruus ministrat, & quem sæpe dominus amplissimè remunerat. Imo Spiritus sanctus in Ecclesiastico adhortatur: *Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua; non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.* Sed hæc ad gratiam spectant, non ad debitum. Et hæc satis de cortice.

Habere gratiam sermo hoc loco quid.

Eccli.7.

6

In applicatione statuendum, dominum hunc, esse vel Christum, vel Deū, cui omnia seruiunt, sed peculiariter creatura ratione prædita, & fide Christiana ornata. Seruit autem in agricultura, terram duram, & spinosam carnis crucis aratro findendo; quod ex ferro, timoris, & ligno amoris Dei, & Angelis quasi bobus illud trahentibus cōstat: arando etiam cordis nostri terram per pœnitentiam, & cordis nostri affectus, quasi glebas rumpēdo, iuxta illud: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Hic est seruus arans, & præparans terram, vt à Deo præcipuo agricola feminetur, & colatur: ex qua vberes fructus colligere possit, Seruit etiam in pastura, qui curam & regimen aliorum habet. Et rectè consequitur pastor ad agricolam: nam qui recte terram carnis & cordis arauerit, dignus profectò est, qui aliorum pastor, & gubernator efficiatur: *Qui enim domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Huic ergo laboranti, siue in agro, siue in pastura, præcipitur primo præparare cœnam, & ministrare mensæ domini sui, deinde conceditur vt ipse edat. Nam in primis Dei gloria est quęrēda, in quo Domino ministramus, vt cœnet, deinde conceditur, vt ipse cœnā sumat, dum in obedientia Domino impensa ipse quiescit, & quasi edit, & bibit, & dicit: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.* Et edit quasi de reliquijs domini sui: quia fructum & vtilitatem boni operis sibi assumit, cuius gloriam Deus ipse māducat, iuxta illud: *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.* Quod etsi de bonis temporalibus, quæ operantur iustitiā Christianā ad literam intelligatur, potest tamen nō ineptè, neque incommodè mystice de merito, & fructu bonorum operū, quo Deus minimè eget, locus ille exponi. Sibi enim boni operis gloriam seruans (etsi illa quoque non egeat, qui infinita gloria plenus est in seipso) quasi debitā ab omni creatura actionum tamen, quę cum virtutę, & merito sunt coniunctæ, fructum, & præmium nobis quasi cœnā nostram edendam dispensat.

Deo seruiat in pastura quis.

1.Tim.3.

Matth.6. Deo seruiamus quando.

Ioan.4.

Matth.6. Illud: Primū quærite regnum Dei & iustitiā eius, &c quem sensum non incongruum accipiat.

7

Et concludens parabolam, subiungit; *Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* Hic est fructus, siue conclusio parabolę. In qua illud primū considerandū, quod iuxta ordinem

Fructus huius parabolę.

ordinem parabolæ debebat aliter concludere. Cum enim dixisset, *Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto:* debebat subiungere: Ita & ego Dominus vester nō habeo vobis gratiam, cum fecerimus omnia quæ præcepi: à quo verbo prudens abstinuit, manifestè innuens quod habiturus sit gratiam, & repensurus illam, imò amplissimo præmio remuneraturus, & laudibus ea prosecuturus. Dicet enim illis, *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurijt enim & dedistis mihi māducare: sitiui, & dedistis mihi bibere,* & quæ sequuntur. Vbi in specie rependet gratiam sibi ministranti in cibo, vel potu: quod tamen videtur negare conclusio parabolæ. Idem quoque dicit: *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Et in alio loco: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo,* sed expediens nobis esse, vt secundum naturam nostram nos inutiles ad promerēdam gratiam agnoscamus: quemadmodum & passiones nostras huius temporis non esse condignas docet Apostolus ad promerendam gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quatenus scilicet à nobis proficiscuntur. Considera ergo Christum humilitatis magistrum nos instruentem, vt qui filij sumus, pro seruis nos agnoscamus: & qui vtiles sumus, pro inutilibus nos geramus.

Quam habebit Deus gratiam seruis suis. *Matth.25.*

Ibidem.

Luc.22.

Rom.8. Passiones huius tęporis ad æternam gloriam promerendā, iuxta Apostolum, qua ratione non sint condignæ.

Quē habeat pro filio, pro vtili, & pro iusto Deus. *Luc.18.*

Agnosce ergo te seruum, & ille vocabit te filium: dic te inutilē, & eris maximè vtilis: nomina te peccatorem, & ille te habebit pro iusto. Quemadmodum feciſſe legimus cum Publicano, qui dicebat, *Deus, propitius esto mihi peccatori;* qui tamen descendit iustificatus in domum suam præ Pharisæo. Hinc Paulus, qui planè hanc doctrinam imbiberat, vocat se seruum Iesu Christi, inter peccatores se dicit primum, scilicet suapte natura. Adde Chrysostomum, qui homilia de pœnitentia, & confessione pō-

Quales se Paulus & agnoscebat, & prędicabat. *1.Tim.1. Chrysost. hom.5.*

derat, Dominum non dixisse simpliciter, quod erimus serui inutiles, sed quod dicamus, & reputemus nos seruos inutiles, vt sic humiliatos, ipse, cuius natura est bonitas, & opus, misericordia, exaltet nos, & habeat pro seruis vtilibus: imò non solum pro seruis frugi, sed etiā pro filijs, amicis, sponsis, membrisque suis intimis. Vnde Paulus ait: *Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatū & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.* *2.Tim.2.*

8

Elicimus ex his verbis aliter accipi inutilem seruum in hac parabola, & aliter in illa Matthæi, vbi dicitur: *Et inutilē seruum eijcite in tenebras exteriores.* Ibi enim seruus inutilis dicitur, qui domini præcepta non perfecit, nec ei aliquam attulit vtilitatem, quam sibi afferri Dominus putat, quando nos ipsos, aut alios lucrifacimus: hìc vero perficiens omnia quæ sibi sunt imperata, debet se ex modestia inutilem agnoscere, & appellare.

Matth.25. Inutilē quem seruum Dominus eijciat in tenebras exteriores.

Vtiles Christo quando simus nos.

Triumphum de Catholicis agunt hoc loco Hæretici, irridentes nos quod doceamus iustos bonis operibus suis apud Deum promereri vitam æternam, & regnum cœlorum. Nam si (inquiunt) omnibus seruatis præceptis agnoscere nos debemus inutiles seruos, & reuera id sumus, quod iubemur nos ipsos vocare, si non falso, & mendaciter id de nobis sentire Dominus voluit, quis ergo de suis, aut aliorum meritis gloriari potest? Caluinus hæreticus hunc locum pertractans, magna dicacitate insurgit in sophistas (Doctores intelligit scholasticos) qui contra Dei verbum ausi sint fabricare meritum de condigno. Quibus dicendum est, Dominum nostrum præceptorum suorum obseruatores nequaquam inutiles seruos vocare, sed contra, seruos bonos, fideles, & vtiles: sed voluisse ad vitandam elati animi arrogantiam, nos ipsos pro inutilibus seruis agnoscere, gerere, ac huncupare. Et licet tales etiam simus ea ratione, quam Dominus indicat, imo & multis alijs de caussis quas proferemus, voluisse tamen pro sua bonitate, nos pro mercenarijs habendo,

9

Quemadmodum hac parabola hæretici abutantur.

Doctores scholasticos Caluino, sophistas libuit appellare.

Quare Christus velit nos seruos inutiles appellare.

habendo, certam mercedem rependere, ac debitum obsequiū nostrum præmio supra labores, & merita rependere, sicut frequenter benigni domini quidam seruis suis cum nihil debeant, tamē pro fideli, & diligenti ministerio præmia quædam illis deputant, donantes eos libertate & facultatibus, vnde honestè viuant: nec tamen veremur dicere, illos seruos eiusmodi præmia à dominis suis promeruisse.

10 Serui qui etiā sint Deo inutiles, indignique mercede.

Loquitur etiam Dominus hoc loco de his, qui non sua sponte, & charitate Deo seruiunt, sed inuiti, & coacti necessitate præcepti, qui dicunt: Quod debuimus facere, fecimus: quo modo Paulus sibi præmium non deberi, si inuitus euangelizaret, ostendit. At ex eo agnoscitur quis operari ex necessitate præcepti, & non ex charitate, quando quis ita seruit Deo, vt cum res & charitas postulauerit, non sit paratus facere etiam ea quæ non videntur esse præcepta, sed in libertate eius permissa: sicut Paulo fuit liberum prædicare Euangelium sine sumptu. Etsi ergo nos seruos debeamus agnoscere, sicut re vera sumus, & multo magis quam sint ab hominibus iure belli, aut empti pretio, serui facti sumus: tamen facti filij Dei, & Diuinæ consortes naturæ, ius habemus ad æternam hæreditatem. Vt enim Apostol. inquit: *Si filij, & hæredes.* Etsi ergo vt serui sumus, nihil apud Deum promereamur, tamen vt filij Dei, & membra Christi, ac Spiritus diuini participes eatenus docemus nostris bonis operibus vitam æternam deberi. Sunt enim tunc opera nostra, non tam nostra, quam ipsius Christi capitis nostri, & Spiritus sancti nos inhabitantis, & operantis in nobis. Et qui à talibus operibus tollit rationem meriti, gratiæ Dei, & Spiritui sancto, imo ipsi capiti nostro Christo est iniurius. Dum vero nos ipsos spectamus, & quales ex ipsa nostra conditione sumus, non habemus quod de meritis gloriemur. Primum, quod serui sumus, qui imperata facere debeamus, etiamsi nulla sit merces. Deinde, *quia in multis offendimus omnes.* Ad hæc, quia nihil Deo afferimus commodi nostris operibus. Præterea quia etiamsi afferremus, rependere tamen possumus nunquam, quantum bonorum accepimus ab eo, & quotidie accipimus.

1. *Cor.* 9. Ex necessitate præcepti, & nō ex charitate seruiat Deo quis. *Ibidem.*

2. *Petr.* 1.

Rom. 8.

Qua ratione nos iuste operando vitā æternam promereamur.

De meritis nostris vt nostris, nō posse nos gloriari vllo modo.

Ioan. 3.

Psalm. 16.

Sumus ergo multipliciter Deo inutiles. Primum, quia bonorum nostrorum non eget: *Et si iustè egerimus,* vt ait sanctus Iob, *quid donabimus ei, aut quid de manu nostra accipiet?* Deinde inutiles sumus, qui tantum debitum exoluimus, & nihil vtilitatis supererogamus. Quē sensum declarat quod sequitur: Quod debuimus facere, fecimus. Vtilis enim est domino seruus arans, aut pascens boues: sed vtilitatem hanc domino dabit. Vnde Origenes in epistol. ad Romanos tractans illud: *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Qui completis,* inquit, *præceptis, addiderit etiam hoc, vt virginitatem custodiat, non iam inutilis seruus, sed seruus bonus, & fidelis vocabitur.* Sic ille. Pondera ergo illud verbum: *Cum feceritis omnia:* qui sermo admittit, nos omnibus legis præceptis posse satisfacere, quanquam nostro vitio plerumque in multis deficiamus; *In multis enim offendimus omnes:* & tamen etiamsi præcepta omnia fecerimus, docet nos humiliari, & inutiles nos ipsos vocare, vt hac ratione magis vtiles efficiamur. Vnde Bernard. serm. De triplici custodia sub initium. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. Sed hoc, inquies, propter humilitatem monuit esse dicendum. Planè propter humilitatem: sed nunquid contra veritatem?* Theophylactus quoque in hūc locum: *Beneficia enim sunt,* inquit, *per misericordiam Dei illi concessa: non quod debeat ei aliquid dominus, imo seruus debet domino suo, vt faciat omnia eius mandata. Si autem & cum omnia mandata fecerimus, neque tunc debemus magnum quiddā sentire: quantum peccamus, cum maximam partem mandatorum Dei non perficimus, & nihilominus extollimur?* Hæc illi Patres. Tertio sumus inutiles secundum hanc considerationem, qua ea duntaxat spectamus, quæ ex nobis habemus. Nihil enim ex nobis possumus, sed si quid boni habemus, id totum Dei est: ideo

11 Deo inutiles sumus quam multis modis.

Iob. 35.

Secunda ratio.

Orige. lib. 3. in epistolam ad Rom. 12.

Rom. 3. & *Psal.* 13.

Illud verbū: Cū feceritis, expenditur.

Iaco 3.

Bernard.

Theophyl.

Tertia ratio.

nec est quod gloriemur. Et ad hanc potissimum rationem aspiciens Ambrosius, in hunc locum ait: *Non te præferas quia filius Dei diceris. Agnoscenda gratia, sed non ignoranda natura. Neque te iactes, si bene seruisti, quod facere debuisti,* &c.

Ambros. in hunc locum, tom. 5.

Hæc ille. Sumus ergo tot modis ex nobis inutiles, sed ex bonitate, & grātia Dei, qua pepigit pro sua munificentia opera nostra remunerare, non solum vtiles nobis, vel proximo, verūm etiam ipsi Deo. Nec tantùm in consilijs, sed etiam in præceptis implendis: nā Deus ex bonitate sua vtilitatem quam nobis, vel proximo impendimus, quasi suam gloriam, vel lucrum, vel vtilitatem deputat. Vnde Petrus ait: *Hæc si vobiscū adsint, & superent; non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione:* & Paulus hortatur, vt dignè Deo ambulemus, in omni opere bono fructificantes. Deinde etsi opera nostra multis sunt respersa maculis, dignatur tamen illa suscipere, & amplecti, & ad vitia conniuere: imò etiam possumus gloriari, sed in Christo, vt docet Apostolus: *Qui gloriatur,* inquit, *in Domino glorietur.* Qui verò bene viuendo in seipso gloriatur, opus habet audire Paulum redarguentem; *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Permittit ergo nobis Apostolus gloriari quasi à Deo accipientes, & cum Propheta dicere, *Omnia opera nostra operatus es nobis.* Imò in his ipsis verbis, quibus præcipit nos reputare seruos inutiles, inuenimus etiam Dominum reliquisse iustis locum gloriandi, sed in Deo; cùm videlicet per eius gratiam fecerint ea, quæ eis non erant præcepta; ait enim: *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite; Serui inutiles sumus.* Hinc Paulus gloriatur, non in his quæ præcepti erāt, sed quòd fecerit quæ erant cōsilij: *Et si* inquit, *euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incūbit: væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio.*

Quibusnam modis vtiles Deo seruire possimus.

2. *Pet.* 1.

Coloss. 1.

2. *Cor.* 10.

1. *Cor.* 4.

Nobis gloriari de beneficijs quatenus liceat.

Isa. 26.

In quibus benefactis Apostolus glorietur.

1. *Cor.* 9.

Qua maximè ratione vtilis serui nomen

apud Deum consequi valeamus

Chrysost. hom. 3. in Matthæum paullo post med. tom. 2.

Idem ibid.

Luc. 18.

Confessio quales nos reddat, quales verò humilitas.

Deū vt possimus nobis constituere debitorem teste Chrysostomo.

Bona etiam quę gerimus, magna facere qua ratione valeamus.

Matth. 8. Quos humiles exaltauerit Deus.

1. *Cor.* 15.

Matth. 3.

Ioan. 3.

Luc. 5.

Hæc diuinus Paulus. Et si ergo Deo multis rationibus vtiles simus, sed nunquam magis, quàm quando nos ipsos inutiles agnoscimus, & humili voce tales nos profitemur. Ait enim Chrysostomus in Matthæum: *Non igitur in superbiam intumescamus, sed dicamus nosmetipsos inutiles, vt in partem vtilium transeamus. Si enim te laudandum esse dixeris, reprobus effectus es, etiamsi fueras ante laudabilis. Si verò inutilem te esse fatearis, factus es vtilis, etiamsi fueras ante culpabilis: propter quod necessaria nobis est præteritarum oblitio virtutum:* Rursus: *Noli te putare quicquam fecisse, cùm feceris, & plenissimè cuncta fecisti. Si enim etiam cum peccatores simus, hoc nos arbitrando quod sumus, iustificamur, sicut etiam Publicanus: quanto magis, si, cùm iusti fuerimus, esse nos peccatores tantùm putemus? Siquidem ex peccatoribus quoq; iustos humilitas facit; cùm tamen non sit illud humilitas, sed vera confessio.* Et infra: *Quādo aliqua fecerimus, habemus Deum proculdubio debitorem: quando verò nihil arbitramur nos operatos, amplius etiam de tali meremur affectu, quàm propter opera ipsa quæ fecimus. Minimum itaq; de se sensisse, tam magnum est, quàm maximas res fecisse: quod si non adsit nec illæ poterunt esse laudabiles. Nam nos quoque famulos habentes, tunc eos maximè comprobamus, quando cum bona gratia in omnibus obsecuti, nihil se grande arbitrātur egisse. Itaq; si bona tua magna vis facere, noli ea magna putare: aliter enim magna esse non possunt. Sic enim Centurio dixit: Non sum dignus vt intres sub tectum meum: & propterea dignus effectus est. Supraq; omnes Iudæos iure mirabilis. Sic etiam Paulus ait: Non sum dignus vocari Apostolus: & omnium primus inuētus est. Sic & Ioannes: Non sum, inquit, idoneus, soluere corrigiam calciamenti eius, & idcirco amicus factus est Sponsi: & manum Christus quæ se indignam calceamentis esse ducebat, à pedum obsequio ad caput suum subleuauit. Sic etiam Petrus ait: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Et propterea factus est Ecclesiæ fundamentum.*

Totius Christianæ philosophiæ caput atque fastigium.

Idem Chry. hom. 38. ad pop. Antioc. paullò à medio, tom. 5.

Præteritorũ cur obliuio meritorũ necessaria, teste Chrysost.

Nihil enim sic est amicũ Deo, quàm si quis se minimis annumeret: hoc est enim caput totius philosophiæ, atque fastigium. Idem homilia ad populum Antiochenum de Humilitate & quiete: *Nolimus*, inquit, *extolli. sed & nos dicamus inutiles, vt vtiles efficiamur. Nam si te quidem dixeris probabilem, licet probabilis existas, inutilis factus es: si verò te nominaueris inutilem, factus es vtilis, licet sis improbandus: propterea meritorum obliuisci necessarium est. Tutus enim meritorum penus, obliuio meritorum.* Et infra: *Ne mercedem itaque reputes, vt capias mercedem: gratia confitere saluari, vt ipse tibi se debitorem confiteatur, non modò meritorum, verùm & talis gratitudinis. Itaque si tu quoq; magna vis reddere merita tua, ea ne magna esse putes, & magna tunc erunt.* Has planè aureas sententias Chrysostomi adferre constitui, vt intelligant fideles omnes, maximè verò qui religionem arctiorem profitentur, quantum sit humilitatis virtus colenda, & quantum condimentum virtutum, & bonorum operum ornamẽtum. Per illam enim redditur Deo gloria bonorum operum, quæ per nos edit: non enim lyræ, aut calamo, aut gladio danda est gloria musicæ, aut scripturæ, aut sectionis; sed pulsanti, scribenti atque secanti. Ad hæc, sal est humilitas condiens omnes cibos, & omnia sacrificia. Est arcæ vacuitas, extra quã omnia in diluuio perierunt. Est fructus curuans arborem in terram per gratiarum actionem. Et lapillus, quem gestat apes in manu contra vẽtos flantes, quo, ne ventiletur in dissita longè loca, & ignota, finit se cadere in terram: ita iustus humilitate retinetur, ne per inanis gloriæ ventum dissipetur.

Humilitatis laus, & encomium.

Humilitatem quibus rebus aptè comparaueris.

Gene. 7.

Apis proprium quid.

12

Bern. serm. 68. in Can. sub finem.

His sententijs Chrysostomi adiungendam esse putaui vnam Bernardi, qui scribens super Cantica, ita de bonorum operum meritis philosophatur: *Sufficit ad meritum scire, quòd non sufficiant merita. Sed vt ad meritum satis est de meritis non præsumere; sic carere meritis satis ad iudicium est. Merita proinde habere cures: habita, data noueris: fructum sperare Dei misericordiam, & omne periculũ euasisti paupertatis, ingratitudinis præsumptionis.* Hæc Bernardus.

13

Hæretici cũ meritum nullum operibus bonis inesse contendunt, quàm turpiter hallucinentur.

Matth. 16. Infra 20. Infra 25.

Quod igitur Hæretici ex hoc loco colligunt, meritum non esse in bonis operibus, perniciosè falluntur, & fallunt. Nec enim potest sibi Dominus contradicere, qui alibi promittit bonis operibus mercedem vitæ æternæ: qui dicitur reddere vnicuiq; secũdum opera sua, & retribuere, & qui illam tanquam denarium pendit laboranti in vinea, & postremò dicturus est: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurijt enim & dedistis mihi manducare.* Quibus verbis certam meriti, & mercedis rationem constituit.

14

Opera bona, quæ agimus, nostra quatenus sint.

Luc. 18.

Quæ ergo hic dicuntur, illis apertè non repugnant, sed sensus huius loci est quod non sunt ex nobis quasi ex nobis, sed bene quatenus ex gratia, & spiritu Christi operante in nobis quasi in mẽbris suis prohciscuntur. Non sunt etiã merita, vt iactemus nos propter illa, vel coram Deo, vel coram hominibus, vt faciebat Pharisæus, sed potiùs vt humiliemur illis: atque ita per humilitatem seruentur merita, & augeantur: vt docuit D. Bernard. Tertiò, non sunt etiã merita, quasi semper bene operemur in omnibus, vel ipsa bona opera omni defectu careant: sed habemus vbi in multis humiliemur, quia in multis offendimus omnes, & necesse habemus quotidie dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Et, *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*: non ait, & humilitas in nobis non est. Verùm si hęc ipsa quotidiana peccata humili cõfessione Deo proponamus, veniamq; pro illis suppliciter postulemus, maximũ meritũ nobis cõparamus. Et hoc est omniũ meritorum maximum: de quo ait Ioannes: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emũdet nos ab omni iniquitate.* Non tamẽ per hęc, quæ diximus, pestiferũ Lutheri dogma amplectimur, docentis, iustũ in omni opere bono peccare. Quod dictum præterquàm quòd repugnantiã, & contradictionem in se complectitur, pluribus sacrarum literarum locis aduersatur. *In omnibus*, inquit, *his non peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra Deum locutus est*: Et, *si nupserit virgo, non peccauit.* Videtur autem hoc dogma à Satana excogitatum, non solum ad tollendam omnem meriti rationẽ à bonis operibus, & ad auocandum ab illorum studio fideles, sed etiam ad euertendam funditus virtutem Redemptoris. Qui enim semper peccamus, quomodò à peccato redempti sumus? Ad debilitandam etiam diuinæ gratiæ efficaciam in nobis operantis, per quam Apostolus dicebat: *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Et iterum, *Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abũdantius illis omnibus laborauj: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Vana autem esset Apostoli fiducia de laboribus suis, & de eo quod omnia poterat in Christo confirmante, si nihil aliud poterat, quã peccare. Sed de hoc satis. Quartò, non habemus merita, vt propterea hic hærere debeamus, quasi iam pleni, & nõ habentes quo vltra progrediamur. De quo reprehendit tepidum quendam Dominus in Apocalypsi, cum ait: *Quia dicis, Quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tues miser, & miserabilis, & pauper, & cecus, & nudus.* Et Apostolus Corinthijs; *Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, & vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.* Nobis igitur, more peregrinorum agendum est, qui non, quantum vię confecerint, sed quantũ supersit peragendum, considerant, dicentes cũ B. Francisco: *Fratres, incipiamus seruire Domino, quia vsque nunc parum profecimus.* Et cum Apostolo: *Quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea quæ sunt priora, extẽdens me ipsum, ad destinatũ persequor, ad bravium supernæ vocationis*; qui tamen instante iam resolutione, & morte dixit: *Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ*: & reliqua. Est enim perseueranter insistendum bonis operibus vsque ad mortem, vt Dominus cuidam dicebat: *Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.* Quia ergo quamdiu viuimus, in periculo versamur, cũ possimus retrocedere, & in peccatum prolabi, & omnia merita nobis comparata amittere; propterea in timore, & humilitate, dum hic agimus, versari debemus, iuxta illud Apostoli: *Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* Et Dilectus in secunda canonica Epistola: *Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis; sed vt mercedem plenam recipiatis.* Nihil autem ita seruat bonorum operum fructum, & merita, atque timor Dei, & humilitatis virtus. Propterea magna ratione Dominus ad virtutem humilitatis amplectendam atque seruandam per hanc parabolam nos instituere voluit; quod intelligeret nos omnium meritorum nostrorum facilè iacturam facturos, nisi de nobis studeamus submisse sentire: nam omnes virtutes, & virtutũ merita, ablata humilitate (teste Magno Gregorio) nihil aliud sunt, quam puluis vento magno expositus, Proinde vide quam eleganter B. Chrysost. docet in Matthęum: *Satis certus thesaurus rectè factorum obliuio. Quia sicut aurum, vestemq; pretiosam cum in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus. si vero ea recondamus, atque occulamus domi, in tuto cuncta seruabimus: sic sunt etiam diuitiæ virtutum, vt eas in memoria quasi venales assiduè portemus, armamus hostem, irritamus inimicum, & doloſum inuitamus ad furtum. Nequaquam igitur huiusmodi bona frequenter euentiles, ne quis ea fortè diripiat. Quod etiam Pharisæus passus est, in lingua illa circumferens, vnde ea & diabolus rapuit: quanquam certè illa cum quadam gratiarum actione memorabat, atq; ad Dominũ cuncta referebat. Sed ne hoc quidem profecto sufficit ei. Non enim gratiarum actio est alijs exprobrare delicta, sibi à plurimis gloriam quærere, & super eos qui peccauerunt, iactanter insurgere.* Hæc ille. Rursus audi quid hoc magnum lumen Ecclesiæ, scribat homilia quadã de verbis Isaiæ: *Vidi Dominum*, &c. in illud liori secundi Paralipom. *Elatum est cor Oziæ.*

Omnium meritorum maximum quod sit.

Ibidem.

Impugnatur hoc dictum Lutheri falsum, & impium: Iustus in omni opere bono peccat.

Iob. 1.

1. Cor. 7.

Philipp. 4.

1. Cor. 15.

Quatenus hic merita habeamus.

Apocal. 3.

1. Cor. 4.

Philipp. 3.

2. Tim. 4.

Apocal. 2.

Quo in timore Domini debeamus hic nos tenere instanter.

Heb. 10.

Timoris Domini, & humilitatis fructus quantus ille.

Greg. in 3. Psal. pœnit. sub initium, tom. 2.

Chrysost. homil. 3. in Matth. post medium, to. 2.

Thesaurus certus rectè factorum obliuio.

Diuitiæ virtutum cur euẽtilandę non sint secundũ Gregorium.

Luc. 18.

Quæ Deo ingrata gratiarum actio.

Idem hom. 3 de verbis Isaiæ, Vidi Dominum,

Nihil enim, inquit, *perinde gignit superbiam, vt bona conscientia, nisi aduigilemus. Vnde & Christus sciens quod post benefacta nos hic morbus adoritur, dicebat discipulis suis: Quum omnia feceritis, dicite, Inutiles serui sumus. Cum enim hac noxia bestia parat inuadere nos, tum, inquit, per hæc verba fores illi occludite. Neque dixit: Quum omnia feceritis, inutiles estis; sed, vos dicite, Inutiles sumus. Dic, ne metuas, non ex tuo iudicio fero sententiam. Nam si tu teipsum dixeris inutilem, ego te vt vtilem coronabo.* Hactenus Chrysostomus. Cuius sana, & salutari doctrina admoniti vtinam ad coronam æternam promerendam magnam humilitatis supellectilem adferamus, & nihil nobis tribuentes soli Diuinæ clementiæ, atque misericordiæ confidenter innitamur.

Si quid vero allegoricum velis ex hac parabola desumere, intellige, vt B. Ambrosius philosophatur, nobis semper in agro Domini collaborãdum, quamdiu dies est, id est, quandiu hic viuimus: at fine huius vitæ adueniente, non prius nos admittendos ad cœnam Domini in regno cœlorum, quam illi obtulerimus fructus laborum nostrorum vnde pascatur: prius enim ipse à nobis fide, & bonis operum fructibus pasci debet, quam ad gaudia æternæ suæ mensæ simus transituri: ad quam vtinam contingat nos peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

propè initiũ, tom. 1. Isa. 6. 2. Paral. 26. 4. Reg. 15. Bonæ conscientiæ periculũ quam grande.

15 Dictę parabolæ elegans allegoria B. Ambrosij. Ioan. 9.

TRACTATVS XXXI.

In parabolam illam: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & reliq. quam Lucas solus commemorat cap. 18.

PVLCHRA, atque elegans est hæc parabola, nec obscurus est scopus quo tendat. Nam cum Dominus de tremendo suo aduentu verba fecisset, & de instantibus tribulationibus, quæ erunt in illis diebus, Apostolos, & in eis fideles omnes ad instantiam, & perseuerantiam deprecandi, qua imminentia mala effugere possint, hac similitudine adhortatur. Vnde præmittit Euangelista loco parabolæ: *Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere.* Id est, ad eum finem, vt doceret semper esse orationibus incumbendum, & semper deprecandum. Nam Græca quædam sic vertunt: *Dicebat autem etiam parabolam ad illud spectantem, quod oporteret semper orare, & non deficere animo, nec delassari ob dilationem rei petitæ.* non enim deficere, est cessare ab oratione, Græcè enim est non ἐκλύεσθαι, sed ἐκκακεῖν, quod est malis succumbere, & cedere labori. Vnde Paulus ad Ephesios monet: Μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν, id est, non deficere animo in tribulationibus.

1 Hanc parabolã cur Dominus instituit.

Quid est, semper orantem non debere deficere.

Ephes. 3.

Sed redeo ad scopum. Cum tentatio quædam continua sit vita hominis super terram, debet & precatio iugis, atq; indefessa vitam nostram tueri super terram; quam ita nos negligimus, atque nihili pendimus, ac si omnia tuta essent, & nullus hostis nos inuadere posset, aut vellet; cum tamen Princeps Apostolorum dicat: *Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* Sobrietas autem, & vigilantia ad deprecãdum maximè nos inuitant. Nam si vbi audierimus quenquam esse inimicum, & insidias nobis moliri, neque inermes, neque solitarij incedimus, sed armati, & bono comitatu muniti obambulamus: ad hunc planè modum si oculos fidei haberemus, & quot, & quam fortes hostes nos plusquam Vatiniano odio persequentes habeamus, intueremur, profecto ad orationis perfugium tanquam ad tutissimum asylum accurreremus, & in orandi studio segnes aut desides

2 Cur semper nobis orandum sit.

Iob. 7.

1. *Pet.* 5.

Ad assiduum precandi studiũ quæ nos inuitent, ac moueant.

Quid sibi frequens orandi studium non putat necessariũ, sed negligit, quo in errore versetur.

Quid sit semper orare, & non deficere.

Euchitæ olim hæretici cur sic dicti.

Orandi difficultas vnde proficiscatur.

desides reddi metueremus. Qui ergo precationi non incumbit, neque se habere hostes putat, neque se membrum Ecclesiæ militantis agnoscit, quæ in cõtinuo contra spirituales hostes conflictu versatur, in magnis, & pernicios is versatur ignorantiæ tenebris. Quid sit autẽ semper orare, non satis exploratum est: quidam enim Hæretici dicti Euchitæ, ab assiduitate orandi in Ecclesia, extiterunt, qui propter hæc Domini verba, *Oportet semper orare, & non deficere*, siue, vt Græcè significantius dicitur, & nunquam torpere, siue defatigari, dogma nouum inuexerunt in Ecclesiam, quo volebant nunquam esse ab orationis studio discedendum, sed sine intermissione orandum, & nulli alteri rei vacandum. Sed certè meritò isti explosi sunt de Ecclesia. Orationis enim difficultas, quæ partim ex instabilitate mentis nostræ, quæ circo ex vno in aliud rapitur: partim ex capitis debilitate, & corporis infirmitate, atque etiam ex tædio quod generat frequẽtatio actus; partim quod vitæ humanæ necessitates tẽpus aliquod suo iure postulant; ac denique inuidus dæmon importunitate sua nos infestat, qua nos impedire à tanto exercitio conatur, sensum illum respuit, sic semper esse orandum. Secus autem esset, si homo esset purus spiritus, vt Angelus, quia tunc illa non possunt esse impedimenta.

3 Secunda opinio.

Tertia opinio.

Quemadmodum vir quidam sanctus oraret.

Deinde alij docent, dandam esse eleemosynam pauperibus, qui assiduè pro nobis Deum deprecentur, vt illis orantibus pro nobis dici possimus semper precari. Sed certè pauperes semper orare nequeunt: & multi sunt qui diuitias non habent, vnde porrigant eleemosynam alijs, qui pro se orent. Tertio alij sentiunt, eos perpetuo orare, qui ex corde Deo dicunt, Domine, quicquid fecero, dixero, cogitauero, passusve fuero, volo esse in gloriam tuam impensum; & relatum. Vt fertur quidam Sanctus Domino dixisse: *Domine*, inquit, *vita mea in trahendo spiritu, & emittendo, vel neutrum faciendo, sed quiescendo consistit. Si ergo spiritum traxero, peto gratiæ tuæ donum, & misericordiam. Si emisero, me totum tibi dedere, atque dicare constituto. Si vero quieuero, me totum tuæ sapientiæ, & prudentiæ gubernandum trado.* Quarto docent alij eum perpetuo orare, qui nõ desinit benefacere, sed semper bonis operibus incumbit. Sed certe non minus difficile est hominem bonis operibus vacare, quam precibus continuis incumbere: & deprecatio à bono opere distinguitur. Sed quamquam omnia hæc rectè dicta sint; videtur tamen alia esse mens Domini in his verbis, & Apostoli, dicentis, *Sine intermissione orate:* nimirum quod quando est aliqua gratia, aut mali liberatio quod premit, præsens, aut imminet, & metu cruciat, impetranda, non satis est semel, aut bis orare, sed instanter & perseueranter, donec obtineas: quemadmodum docet exemplum viduæ, quæ gratiam extorsit à iudice. Docet etiam exemplum Ecclesiæ orantis pro Petro, à quo sancto opere non cessauit, donec eius liberationem obtinuit: ait enim Lucas: *Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ad Deum pro eo.* Orandum ergo tandiu pro dono obtinendo, donec illud impetremus. Et hoc est semper orare, & non deficere. At vbi impetratum est, ne illud amittamus, pro eius conseruatione est Deus iterum à nobis rogandus, & cum Propheta dicendum: *Conserua me Domine, quoniam speraui in te*; &, *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.* Dicendũ etiam est verè dici, illum semper orare, qui statis horis, & temporibus iuxta Ecclesiæ morẽ orat: & qui omnia quæcunque facit, etiam ipsum edere, bibere, & dormire, non nisi præmissa oratione operatur. Et ita semper orare, est, frequenter orare. Quemadmodum dicere consueuimus de puero multum edente: Hic puer semper edit, & nunquam ab edendo cessat, & de adolescente ad studia impense addicto dicere soliti sumus, Hic adolescens semper studet, & nunquam studium intermittit.

Quarta, cæteris omnibus congruentior.

1. *Thess.* 5.

Act. 12.

Orandũ, quãdiu.

Semper etiã oret quis.

Quod vero quidam ex B. Augustino in quodam loco, vel alio Patre producunt, Non desinit orare, qui non desinit benefacere-

4 *Augus.*

Cũ dicitur, Non desinit orare, qui nõ desinit benefacere: quem sensum habeat.

benefacere: non significat, per bonorũ operum affectionem seruari præceptũ semper orandi; sed tantum bene operãtem oranti æquare voluit. Atque hoc in fauorem eorum, qui ob pias, & necessarias occupationes donum deprecandi non habent, vel orationi vacare nõ possunt. Quanquam labori manuum oratio non repugnet. Hinc quod Threnorum in libro dicitur: *Leuemus corda nostra cũ manibus ad Dominum in cœlos*, quidam interpretantur, vt B. Isidorus; id est, Bono operi orationem comitem adiungamus, iuxta illud: *Bona est oratio cum ieiunio; & eleemosyna magis quam thesauros auri recondere.*

Thren. 3. Corda leuare, cum manibus ad Dominum iuxta Prophetã, quid. *B. Isido. Iob.* 12.

5

Neque his obstat verbum Domini: *Orantes autem, nolite multum loqui:* quia non vetat continuationem deprecationis, sed tantum ne precatione arte oratoria confecta putemus nos posse Deo persuadere, aut placere. Nam Christus pernoctabat in oratione Dei: *& factus in agonia, prolixius orabat.* Deinde verbum Ecclesiastici, *Non iteres verbum in oratione tua*, non pugnat cum præcepto assiduè orandi: quia Christus ter iterauit idem verbum, *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste:* & Ecclesia Christi exemplo plures orationes iterare solet. Ergo dictum illud de non iterando verbum in oratione, intellige de ea, quę fit coram hominibus, & non de oratione quæ fit coram Deo. Vnde illam sententiam præcedit: *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum:* & tunc immediatè sequitur, *& non iteres verbum in oratione tua.* Quod si in oratione coram Deo sit sermo, sensus est, Oratio non est interrumpenda per contrarium actum, ita vt oporteat verbum iterare. Quod etiam dicitur: *Breuis oratio penetrat cœlos*; non contradicit tot locis Scripturæ assiduitatem orationis commendantibus: sed significat, quod si breuis oratio cœlos penetrat, multo magis assidua, & permanens: nam, vt dixit frater Domini, *Multum valet deprecatio iusti assidua.* Et vt notauit Augustinus ad Paulinum: *Precationem, & deprecationẽ, multi nostri idem putant, & hoc quotidiano usu iam omnino preualuit. Quũ autem distinctius Latinè loquuti sunt, precationibus vtebãtur in optandis bonis; deprecationibus vero in propulsandis malis. Precari enim, dicebant esse precando & bona optare. Imprecari mala, quod vulgo iam dicitur, maledicere. Deprecari autẽ, mala precando depellere.* Sic ille. Et hæc de scopo parabolę.

Matt. 6. Quo sensu Dominus dixerit, cũ oramus, nõ multum debere nos loqui. *Luc* 6. *Infra* 22. *Eccli.* 7. Illud: Non iteres verbũ in oratione tua, cum assiduè precandi præcepto quomodo possit consistere. *Matth.* 26. Non esse iterandum verbum in oratione, quo sensu dicatur

Illud etiam: Breuis oratio penetrat cœlos, quomodo intelligendum sit.

Iacob. 5. *August. Epi.* 59. *quæst.* 3. *initio tom.* 2

Precari, deprecatiue, quid Augustino.

6

Præsens parabola quas patiatur difficultates. *Luc.* 23. *Act.* 7.

Quã ob causam multi Deum non timeant.

Qui hominẽ non reuereatur, qualis sit.

Cupiditatis vis quanta.

Plato Dial. 4. *de legib. paullo post medium.*

Cui ciuitati interitus parerit, cui vero salus.

Vnde extorserit ab iniquo iudi-

Arist. lib. 3. *Polit. c.* 12. *sub initium.*

leges: qui autem hominem iubet præesse, adiungit & bestiam. Libido quippe talis est, atque cbliquos agit etiam viros optimos, qui sunt in potestate: ex quo mens absque appetitu lex est. Sic illi, vt intelligas, prudens lector, quanto in errore versetur illa prouintia, siue Regnum, quod iudicũ arbitrio, & non legibus gubernetur.

7

Viduarũ officium.

Postea additur de vidua clamante: *Vindica me de aduersario meo*: nam viduę vt plurimum aliorum iniurijs sunt expositæ, & molestia magna affici solent, eorumque bona eripi, atque fama per homines detractores laborare. Sed harum officium est, instanter Dominum deprecari, vt olim Iudith, & in Nouo Testamento Anna, filia Phanuel, suo exemplo nos docent: & Paulus instituens viduas, hortatur, *vt instent obsecrationibus, & orationibus nocte & die.* Refert etiam, quod ista diu clamans nõ exaudiebatur, quia fortè procuratorem aut aduocatum non habebat, vel muneribus quæ offerre posset, aut pecunia quam daret, destituta erat: aut id fortè, quod requisita dare poterat, amando plus pudicitiam, & honestatem, quam facultatem, denegabat: vt pudicitiæ speculum Susanna fecit. Nam vt Isaias ait, *Pupillo non iudicant, & caussa viduæ non ingreditur ad illos.* Nam iudicum fores non ita omnibus patent, vt deberent: illis porro non solent claudi, qui aliquid muneris offerunt: rectè vt Poëta dixerit:

Ipse licet venias Musis comitatus, Homere;
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Iudith. 9. *& seq. Luc.* 2.

1. *Tim.* 5. Viduæ cur sæpe clamantes nõ audiãtur apud iudicem.

Dan 13. *Isa.* 1.

Vindicari de aduersario quid sit. *Matth.* 5.

Clamabat hæc vidua: *Vindica me de aduersario meo.* Id est, defende me de eo, qui mecum coram te disceptat: qui hìc, & alibi apud Matthæum dicitur ἀντίδικος. Hic non est aduersarius, hostis, aut inimicus, sed is, qui ex aduerso mecum litigat, quasi dicat: Cum bonam habeam caussam, opprimor opibus, & gratia aduersarij mei: vidua sum, & omni ope destituta: tu ergo pro tuo officio vindica ius meum contra aduersarij mei violentiam. Fingitur hic iudex ad se ipsum redijsse, quia molestæ, & importunæ preces in caussa fuerunt vt conscientiam suam exploraret. Et ita generatus est pudor, deinde etiam timor, quod vituperaretur in fine, nisi iustam vindictam, quam reddere exigebatur, non præstabat. Vt agnoscas genium iudicum, & aliorum hominum, qui alijs præficiuntur, non tam affectu iustitiæ, quam vituperationis metu, & hominũ importunitate ad officium suum præstandum permoueri. Nutriunt enim iudices, & aduocati caussas, & illas reddũt immortales, vt interim loculos litigantium exhauriant: quemadmodum etiã medici ex aliorum morbis protelatis interdum viuere deprehenduntur. Sed quid nõ persuadeat, & mortalia pectora facere cogat auri sacra fames? Importunitate ergo sua, siue precibus obtinuit hæc mulier quod volebat. Vnde & in Plutarchi Apophthegmatibus legimus interdum huic parabolæ non dissimilia contigisse. Nam fertur, anum quandam Philippum regem Macedonum appellasse vt caussam eius cognosceret. Cũq; ille sæpe hac flagitatione interpellatus respondisset sibi non esse otium, inclamauit anus: Proinde ne Rex quidẽ esse velis. Philippus liberã vocem anus admiratus, præbuit aures. Hoc & Adriano ab alijs tribuitur: nec vetat idem à pluribus vel dictum, vel factum fuisse. Hęc satis sint de cortice.

ce vindictã de aduersario suo.

Iniqui iudices quales apud nos sint.

Virg. libr. 3. *Æneid.*

Pluta.

Parabolæ applicatio, seu medulla, de iudice iniquo.

8

In applicatione vero notandum est cũ Augustino, Chrysostomo, & Theophylacto, atque alijs, parabolam istã per similitudinem non posse concludere: certum est enim Deum nõ posse repręsentari per hominem iniquum, qui omnis iustitiæ fons, & origo est: neq; quisquam est qui magis Deum reuereatur, quam ipse Deus se ipsum: & qui maiorẽ curam, & solicitudinem hominũ gerat. Sed sensus germanus per dissimilitudinem colligendus est. Si enim apud iniquum iudicem vsque ad desiderij implendi effectum tantum valuit viduæ deprecantis perseuerantia; quanto certiores esse debemus, apud Deum, iustitiæ, & misericordiæ fontem, preces nostras supplices cum fide, & perseuerantia porrectas valituras? Quanquam dici quoque

Aug. Serm. 36. *de verb. Domini, tom.* 10. *Chrysost. lib.* 2. *de precatione, circa med. tom.* 5. *Theophyl. in Lucam.*

Secunda allegoria.

Hic iudex iniquus Deum non timens, nec hominē reuerēs, quisnam sit.

quoque possit sub persona iudicis iniqui, nec Deum timentis, nec hominem reuerētis, Christum Dominum describi, quod plerunque talem peccatores esse existiment, & credant. Dum enim non tam cito, vt volunt, pro sua libidine exaudiuntur, iniustitiæ notam inurere illi non verentur, eumque iniuste agere calumniantur. Et quia existimant peccatores Deum rationi subijci: & quam putant ipsi rationem, non vident à Deo seruari, illum Deum non timere criminantur. Et quia videtur illis rerum humanarum prouidentiam non habere, propterea putant homines non reuereri. Veruntamen certum est, Deum esse iudicem ad iniustitiam puniēdum: & Deum non timere, quia neminem habet superiorem: nec hominem reuereri, quia caret vitio acceptionis personarum. Vt in alia parabola significatū est in amico dicente; *Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi:* & in alia significatur per hominem austerum, qui tollit quod non ponit, & metit quod non seminauit, videlicet talis a seruo existimatus est: ita hic per iudicem iniquitatis repræsentatur, quod talis interdum ab homine habeatur.

Actor. 10. Luc. 11.

Infra 19.

9 vidua petens vindictam de aduersario suo, iuxta spiritū quæ sit. Aduersarius eius quis.

Vidua autem hæc, Ecclesia Catholica est, quæ graues iniurias, & molestias ab aduersario suo recipit, id est, diabolo, qui carnem, mundum, eiusque omnia prospera, & aduersa contra eam excitat, eiusque charissimis filijs mortem inferre machinatur: vnde cogitur per preces, & orationes confugere ad Deū, clamareque, vti pro sua bonitate & auxilio promisso velit succurrere, & à tantis malis liberare. Hinc frequenter inculcat illud verbum: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuuandum me festina:* item, *Et ne nos inducas in tentationem. sed libera nos à Malo,* siue à Maligno, & iterum, *Ab insidijs diaboli, libera nos Domine?* Iam audi verba Augustini in Psal. 65. prope finem: *Quandiu ergo hic sumus, hoc rogemus Deum, vt non à nobis amoueat deprecationem nostram, & misericordiam suam: id est, vt perseueranter oremus, & perseueranter misereatur. Multi enim langueſcunt in orando, & in nouitate suæ conuersionis feruenter orant, postea languidè, postea frigidè, postea negligenter, quasi securi sunt.*

Psal. 66. Matth. 6.

Augusti. to. 8.

Hæc ille. Pulchrè autem Ecclesia typo viduæ describitur: nā legitimo eius sponso, qui desponsa erat, per mortem sublato, nempe Domino Iesu Christo, tanquam vidua in luctu permanet: & illi vnicum perfugium supereſt deprecationis.

Vidua Ecclesiam quàm pulchrè repræsentat.

Possunt etiam hæc verba: *Vindica me de aduersario meo,* Ecclesiæ Catholicæ tribui, quæ ab immanissimo Turcarum Rege, tanquam ab aduersario suo capitalissimo, grauissimas indies molestias suscipit: & regnum suū, quod est Christi regnum, in arctissimas angustias indies redigi cernit: contra quem vires posturando, vt iniurias Dei vindicare possit, clamat, *Vindica me de aduersario meo.* Nec enim contra tantam potentiā consistere posset, nisi Diuina ope sustentaretur. Et vt Iosue pugnante, & Mose in monte deprecante, vincebat Israel hostes Amalechitas; vbi vero manus relaxaret, vincebatur Israël: ad hunc modū certantibus Christianis contra Turcas, congruum, imò necessarium est, vt omnes Ecclesiæ pastores & Religiosi tanquam in status perfectionis monte constituti, serio, & sedulo orationibus insistant, & eleuent puras manus ad Deum: alioquin si à lachrymis, & orationibus abstineant, & non clament ad Dominum, iusto Dei iudicio in manus illorum tradendi sumus, tanquam in manus Amalechitarum. Ad hæc Ecclesia Catholica liberari desiderat ab aduersario hæretico, qui tanquam hostis domesticus radicem arboris inficit: & fidei puritatem, & vnius capitis in Ecclesia potestatem tollit. Hinc fit, vt mores omnes corrumpantur, & omnia pessum eant; & omnis disciplina collabatur. Hæc enim bella, quæ ab intestinis, & domesticis hostibus patimur, tanto sunt periculosiora bellis à Turca hoste externo illatis; quanto animæ præstant corporibus, & quanto æterna bona, pro quibus dimicatur, præcellunt temporarijs.

10 Tertia allegoria.

Exod. 17. Aduersarius etiam quis.

Quæuis

11 Secundus sensus de vidua cupiente vindicari se ab aduersario suo.

Quæuis etiam Ecclesia suo pastore tanquam sponso (ad cuius tamen ecclesię expensas splendidè viuit ille, & deliciatur) destituta, vidua est, & ouile siue pastores, lupis expositū: & nauis in medio mari magna tempestate iactata sine nauta. Proinde cogitur clamare ad Deū omnis iniustitiæ vindicem, vt potestate sua cogat pastorem apud ecclesiam suā residere, & filiorum procreationi atque institutioni vacare. Postremò vidua est anima nostra, vt exponit Theophylactus, quæ deseruit primū virum diabolum; qui propterea redditus est eius aduersarius, & ob id in cunctis bonis operibus ei resistit, vt bellum ei continuum contra carnem, & mundum sit indictum. Sed huic viduæ ob continuas preces placatur ac misereatur Deus, licet ad tempus differat: & hoc timens, ne in nouissimo, scilicet die, veniens eū fugillet. Ita enim egit Deus nobiscum, vt omnem nobis amputet occasionem iustæ querelæ, quòd inuocatus noluerit exaudire. Timor ergo ille iudicis in similitudine fingitur, qui in Deo tamen non est, sed ita se gerit in exaudiendis precibus nostris, quasi timeret fugillari in nouissimo, si non exaudiret. Verbū fugillandi Latinum, non est quasi fugulare, deductum ex fugo & gula, vt ex Isodoro producit Albertus, quasi fugat sanguinem de gula mea, quod est proprium limiarum, sed est ex percussione carnem maculare à fugēdo, quòd succus id est liuor deducatur, & proprièad genas, oculos, & frontem pertinet: quæ fugillata dicuntur, quando ex percussione liuida redduntur. Vt fieri solitum erat in pugillatu; nā qui supernè fugillabant genis liuore notatis, infernè supplantabant impulso ad ruinā aduersario. Græcè dicitur ὑποπιάζειν, quod est propriè fugillare faciem, vel corpus plagis siue pugnis contundere. Vnde Paulus hac voce vtitur, dum ait: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo:* id est, vt in pugillatu corpus reluctans laboribus, & molestijs domo, & subiugo. Quem locū Augustinus explicans, & vim verbi Græci exponens, alicubi vertit: Liuidum reddo corpus meum. Et deriuatur ab ὑπὸ & ὀψὰ ος, id est oculus, & facies: quia propriè est oculos vel faciem liuore, seu sanguinis nota maculare. At quia ad hanc significationem accedit, quod Beda hoc loco secutus Augustinum, assiduis precibus hominis aures obtundere, ac tædio afficere, ac velut alapis incussis molestiā exhibere. Metaphoricè autem fugillare, est vituperare aliquem, & accusare, ac maculam alicuius infamię inurere. Vnde Hieronymus in Procœmio Pentateuchi, initio: *Quime asserunt,* inquit, *in septuaginta Interpretum fugillationem noua pro veteribus cudere,* vbi fugillationē id est, vituperationem intelligit. Et ita videtur hic accipiendum. Subiungit, *In nouissimo.* Id est, tandem, metuebat enim famæ suæ derogationem. In qua significatione non est ignota hæc vox bonis auctoribus. Quòd si obijcias, si metuebat fugillationem, id est, vituperationem, & famæ læsionem hic iudex, quomodò verum est quod dixit, quòd hominem non reuereretur? Dicendum est, illum etsi nullo hominum pudore teneretur, metuisse ne delatus à ciuibus potestate priuaretur sua: non enim dicitur non metuisse homines, sed nō reueritum, hoc est, omnem oculorum verecundiam abiecisse, cum quo esse poterat timor hominum: quia pudor, est rei inhonestæ: timor, vel metus, rei malæ. Nos igitur huius viduæ exemplo discamus ad Dominum clamare pro vindicta aduersarij nostri, id est, carnis, siue propriæ voluntatis, quæ caussa est omnium malorum: nā si perstiterimus, citò concedet nobis vt faciamus vindictam, animam, & corpus hic puniendo, ne in æternum puniat.

Beda lib. 5. in Lucam. c. 37. tom. 5. Aug. lib. 2. q Euang. c. 45. tom. 4.

Sugillare, iuxta metaphorā quid sit.

Hieron. tom. 3. initio ferè.

Sugillari in nouissimo, quid sit.

Deus iudex timere quatenus dicatur.

Alb. Mag. in Lucam.

Quomodò fugillari metuit iniquus hic iudex, qui tamen hominem non reueretur.

Pudor, & timor quid differant.

Quid fugillare, & quæ propriè fugillentur.

Et subdit Dominus concludens parabolam: *Audite quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum.* Id est: Si victus precibus fuit iniquus iudex, qui nec causſæ iustitia, nec personæ miseria flectebatur, ob solam improbitatem precum; multo magis ob similem constantiam iustissimè piorum afflictorum

Malorū omniū quæ causſa.

12

1. Cor. 9. Quid illud Apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo. *Augusti.*

flictorum in hoc seculo preces valebũt apud iustissimum, & clementissimum Deum? Verbum, patientiam habebit, Græcè est μακροθυμῶν. id est, lõganimis vel patiens erit super illis. Cuius vocis meminit Ecclesiasticus: *Et fortissimus, ait, non habebit in illis patientiam?* Est q; sensus; An non faciet vindictam, etiam cùm patiens fuerit, & longanimis super illis, etiam cum ad tempus videtur despicere, & negligere eorum iniuriam? Quòd sancti inducantur clamantes, expoſcentesque vindictam de aduersario, si de mundo & dæmone, & carne intelligatur, dubium aliquod non habet: si verò de proximis nos offendentibus, dubium est, cùm pro inimicis orandũ esse Dominus docuerit, & nos dicamus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Dicuntur autem sancti serui Dei orare iugiter vindictam, non quidem in particulari, sed in genere dicentes, *Adueniat regnum tuum:* in quo includitur destructio eorum, qui aduersantur regno Dei. Ecclesia etiam apertè orat: *Vt gentes paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dextera tuæ potentia conterantur.* Deinde licet orare, vt pœnis temporalibus hic contentantur, quia pœnæ omnes præsentis seculi medicinales sunt, & ad demõstrationẽ Diuinę iustitiæ, & ad emendationem vitæ eorum possunt vindictã petere, iuxta illud: *Imple facies eorum ignominia: & quarent nomen tuum, Domine.*

Alter sensus.

Possumus quoque simpliciter respondere, electos hic precari vindictam sui, quia petunt sui liberationem ab iniquis impiorum persecutionibus: sicut vidua quæ dixit: *Vendica me de aduersario meo;* non tam petijt vltionẽ aduersario suo inferri, quàm se ab illius violentia liberari. Et ita potest accipi oratio sanctorum illam precãtium: *Vsquequo Domine (sanctus, & verus) nõ iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra?* Vt significet non tam desiderium vltionis, quàm liberationis ipsorum. Quandiu enim sanctorum interfectorum corpora non sunt suscitata; tandiu sanguis eorum non est vindicatus de his qui illum fuderunt, quia ab eis cõculcatur, & vita eorũ, ac mors irridetur: cum verò declarabitur toti orbi, *quod computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est*, & induta fuerint eorum corpora stola immortalitatis & claritatis. tunc eorum sanguis erit vindicatus. Pro his verò qui insanabiles sunt, vltionem petunt iusti, ex zelo iustitiæ, & gloriæ suæ. Sed Deus non tam citò vlciscitur, quàm nos vellemus: quia vtitur perditorum hominum malitia ad bonum Ecclesiæ suæ. Hinc dicitur in Apocalypsi sanctos clamare, & dicere: *Vsquequo Domine (sanctus & verus) non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum. &c. Et data sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictũ est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum.* Et dicitur, quòd citò audiet, & faciet vindictam, quod alibi dicitur tempus modicum, vt excludatur vera tarditas: quia satis cito fit, quod congruò tempore fit & ordine: & satis celeriter punit, quia statim impios gratia sua priuat. Et hoc ipso mors celerrima est, quia breue est tempus humanæ vitæ, post mortem verò damnat ad supplicia gehennæ. Quanquam in hac vita multos non etiam puniat; ne quis neget iudicium extremum, vel non credat. Et subiungit aliam appendicem parabolæ.

Veruntamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Hæc verba Augustinus lib. de verbis Domini edisserens, scribit: *Hoc autem Dominus adjicit, vt ostendat quòd si fides deficit, oratio perit. Quis enim orat qui non credit? Ergo vt oremus, credamus. Et vt ipsa non deficiat fides qua oramus, oremus: fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem.* Sic ille. Quod verò ait: Putas inueniet fidem, non tam dubitantis est, quàm arguentis, vt ait Beda. Nam & nos aliquando de rebus quas certas habemus, increpando dubitationis verbum apponimus. Dicit enim seruo suo Dominus: Considera, forsitan seruus tuus nõ sum? Affirmat igitur Dominus paucos fideles in suo aduẽtu ad iudiciũ glorioso inueniẽdos, ac pro-

Ecclc. 35.

Quomodo sancti dicantur de aduersario suo à Deo postulare vindictam.

Primus sensus.

Matth. 5.

Infra 6.

Ibidem.

Psal. 82.

Apoc. 6.

Sap. 5. De sanguine sanctorum effuso quando erit vltio sumpta, atque vindicta.

Apocal. 6.

Ibidem.

Citò quid fieri censetur.

Cur Deus nõ semper hic puniat delinquentes.

13 Quorsum id quod sequitur: Veruntamen Filius hominis veniens putas inueniet fidẽ in terra, secundũ Augustinum. *Aug. libr. de verb. Dom. serm.* 36. *initio tom.* 10. *Beda lib.* 5. *in Lucam, c.* 37. *tom.* 5.

ac propterea cum veniet in iudicium ad faciẽdam vindictam electorum suorum, paucos deprecationi intentos futuros: nam orandi studium ex fide proficiscitur. Etsi ergo hæc videantur ad diem iudicij, eo quod charitas tunc multorum refrigescet, & abundabit iniquitas ob Antichristi sæuitiam, dolos, & signa, quibus homines dementabit,

Orandi studiũ vnde sit.

Matth. 24.

14 Expenditur sensus Augustini.

Videtur tamen coacta hæc expositio. Quorsum enim sermoni de orationis perseuerantia habito ingerit mentionẽ fidei, nisi quod huius defectus sit causſa quo minus homines in malis huius vitę positi perseuerent in oratione, & non deficiant. Quia ergo dixerat, Deum cito facturum vindictam electorum suorum, vt ob id perseueranter peterent liberationem à malo; ideò per aduersationem particulam subijcit: *Veruntamẽ Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* significans paucos in fide perstituros vsq; ad illum adventum, in quo perfecta fiat electorum vindicta, multis ob tribulationes, & liberationis dilationem deficientibus à fide, & orationis constantia.

15 Altera sententia dilucidior.

Non tantum ergo significat defectum, ac paucitatem fidei in his qui vlti reperientur in nouissimo die, sed etiam in hominibus cuiuslibet temporis. Et tamen sic loquitur, quasi tantum denotet fidei defectum in hominibus qui reperientur in terra in aduentu suo viui: propterea quod sic loquitur de aduentu suo, vt eum velit quouis tempore à fidelibus expectari, quasi ipsorum sit ipse vindex futurus. Cui sensui congruit sententia Habacuc: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit, Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet.* An vero nostra tempora verbo Christi designata sint, alijs cogitandum relinquo: mihi sanè videtur, si non illa postrema tempora aduentus sui nostra in ætate implentur, quam proximè tamen ad illa accedere, & expressam formam, & typum illorum gerere nostra secula videntur. Nam siue fides hic accipiatur pro eo assensu, quem Deo, ac diuinis dogmatibus ab Ecclesia propositis præstare debemus, siue pro virtute humana, qua sibi inuicem homines credunt, & quæ fundamentum iustitiæ à Cicerone dicitur, rarissimam nostro seculo fidem inuenies. Nam, vt omittam Turcas, Iudæos, & Paganos Fidei expertes, quorum imperium nostro vitio latissimè prorogatum est, quid dicendum de his qui sibi videntur, & ab alijs existimantur, & vocantur Christianissimi? Inter quos tot disseminatæ sunt hæreses, tot impiæ opiniones, tot schismata, tot intestina, & pluſquam ciuilia bella regnant, vt iam ferè tot sint fides, quot homines. Nam, vt pulchrè D. Hilarius ad Constantium Imperatorem scripsit: *Scribenda, inquit, atque innouanda fidei exinde (nempe ab Arrio) vsus inoleuit. Qui postquam noua potius cœpit condere, quam accepta retinere, nec vetera defendit, nec innouata firmauit, & facta est fides temporum potius, quam Euangeliorum: dum & secundum annos scribitur, & secundum confessionem baptismi non tenetur. Periculosum nobis admodum atque etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas esse, quot mores: & tot causſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia sunt; dum aut ita fides scribuntur, vt volumus, aut ita, vt volumus, intelligantur. Et cum secundum vnũ Deum, & vnum Dominum, & vnũ Baptiſma, etiam fides vna sit, excidimus ab ea fide, quæ sola est: & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, ne vlla sit.* Hæc ille, eleganter, & graphicè depingens inconstantiã fidei, & variationem, quam nostri seculi Hæretici inuexerunt. Si autem de fide sit sermo, quã homo homini habet, vel seruat, profectò & illam nostro seculo periisse, si diligenter perpẽdes, inuenies, vt quod Ethnicus quidam dixit, nobis mirificè conueniat,

Vivitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus:
Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est:
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Quotus enim quisque est, cui tu te fi-

Cicer. lib. 1. *de offic. prope initium.*

D. Hilar. Fidei Catholicæ ineonstantia sub Constantino Imperatore Constantini filio.

Ephes. 4.

Habac. 2.

Rom. 1.

Fidei vel humanæ, vel Diuinę apud nos modo paucitas, vel raritas quãta sit.

Humanæ fidei defectus quantus inter homines. *Ouid. libr.* 1. *Metam.*

Vnde proficiscatur tantus fidei defectus.

des,vel qui tibi fidere ausit?Quia enim neque Deo fidimus, neque fidem illi seruamus,ita & alij homines nec nobis fidem,vel seruant,vel habent, vt sic par pari nobis reddatur. Quamobrem studium orationis colamus, & per illud nobis auctiorem reddi postulemus, vt in tantis periculis , quæ nos vndique circumstant, & perturbant, consistere valeamus, inueniamurque tanquam similes hominibus expectantibus reuertentem à nuptijs Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre , & Spiritu sancto æternam possidet gloriam. Amen.

Luc. 12.

TRACTATVS XXXII.

In illam parabolam: Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisęus, & alter Publicanus : & habetur Luc. 18.

1

NAuigantibus mare Tyrrhenum versus Orientem plerunque accidit, vt inter Scyllam,& Charybdim sit transeundū, vbi nisi rectum nauigationis cursum experientia didicerint, facilè naufragium faciunt ; & vt Prouerbium ait,

Prouerbium Horatianū.

Decidit in Scyllam , cupiens vitare Charybdim.

Ad hunc modum,qui per mundi huius periculosum mare nauigantes,æternæ vitæ portū assequi cupiunt, diligenter sunt illis duo scopuli inter se contrarij declinandi , & cauendi. Alter est nimia de Deo diffidentia: ex qua oritur desperatio,& pusillus atq; abiectus animus. Alter est, nimia in se ipso confidentia,ex qua oritur superbia,tumor,& arrogantia. Cauendum autem ab vtroque scopulo , quia vt quidam Ethnicus dixit:

Ad portum æternæ vitæ contendentibus scopuli duo vitandi sunt.

Horat. Quinam ad desperationem soleant esse propensi.

Dum vitant stulti vitia,in contraria currunt.

Solent autem peccatores publici criminum suorum magnitudine, & enormitate deterriti,diffidentia laborare,& dicunt cum Caim:*Maior iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Rursus alij,qui iustitiam externam se colere profitētur, aliquid sibi tribuere, & iustitiæ laudem affectare solent, vt propterea sibi ipsis niti,& confidere videantur. Et tales erant apud Iudæos Pharisæi, ac plerique Iudæi,qui ignorantes iustitiam Dei, vt Apostolus testatur, & suam quærentes constituere,iustitiæ Dei non erant subiecti.

Gen. 4.

Pharisæorum superbia. *Rom.* 10.

2

Dominus igitur omnium morborum spiritualium medicus, pulchra hac & eleganti parabola vtrumque extremum declinandum esse docet: & humilitatis virtutem,qua orationes nostræ exaudiri promereantur,cum primis esse necessariam , & summo studio à nobis esse colendam ostendat;& superbiam, & de propria iustitia confidentiam vitandam erudiat. Hunc autem scopum & conclusio parabolæ quæ habet, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat,exaltabitur*,& prooemium parabolæ manifestè ostendunt. Ait enim Lucas:*Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti,& aspernabātur cæteros parabolam istam,dicens.* Hoc verbum nec est in Græcis, nec in plerisque Latinis , & emendatis codicibus, nec videtur necessarium. Hæc sanè verba maiori cautione(ne scilicet nos imprudenter committamus, contra quod Christus docuit) quam expositione indigent. Rectè tamē dixit aduersus quosdam. Et prudentię fuit neminem in singulari notare: fugienda est enim fratris infamia. Hinc est quod in Euangelio neminem ex Pharisæis malis legamus proprio nomine à Christo notatū;bene autem interdum bonos, vt Nicodemū, Simonem Pharisæum, in cuius ædibus Peccatrix remissionem peccatorum accepit,Simonem Leprosum, & alios, si qui fuerunt.Illud etiam aduersus quosdam, insinuat, peccatores sibi non esse notos, quatenus eorum malitiam , & delicta non probat:quibus dicitur:*Nescio vos. vnde sitis,discedite à me omnes operarij iniquitatis.* Ad hæc pulchrè illo verbo,

Huius parabolæ argumentum.

Fratris infamia fugiēda quoniā Christi exemplo.

Ioan. 3.

Luc. 7.

Peccatores Deo quatenus ignoti.

Infra 13.

Pharisæi in qua re diuisi, separatiq; à reliquis hominibus.

verbo,singularitatis vitium,quo superbi isti in se ipsis confidentes laborabāt, describit:tales enim quidam sunt seiuncti , & separati suo iudicio à reliquis, quasi criminosis,& peccatoribus.Ita enim Pharisæus iste dicebat: *Non sum sicut cæteri hominum*, & quæ sequuntur. Sunt autem alij diuites operibus bonis, & obedientia mandatorum Dei,qui tamen non sibi , sed Domino dant gloriam : neque se ex sua natura ab alijs peccatoribus secernunt, sed se tales, etiam dum iusti sunt,vocare non erubescunt : inter quos Paulus peccatorum primum se asserere non dubitauit. Loquitur ergo in quosdam , qui in oculis suis singulares sunt iustitiæ cultores, ambulantes in magnis, & mirabilibus super se.

1 *Tim.* 1.

3

Subdit, *Qui in se confidebant tanquam iusti.* Si parum, aut potius nihil debet homo in alijs confidere,iuxta illud Dauidis:*Nolite confidere in principibus,neque in filijs hominum , in quibus non est salus*: & Hieremias,*Maledictus homo qui confidit in homine,& ponit carnem brachium suum,& à Domino recedit cor eius*,quanto minus sibi ipsi fidere debet? Nā quid homine vanius,inconstantius, aut infelicius?Quam rectè dixit Propheta: *Verumtamen vniuersa vanitas , omnis homo viuens.* Et experientia teste, à nullo magis homo,neque frequentius,neq; fortè periculosius decipitur, quam à se ipso. Hinc Chrysostomus librum inscripsit, *Quod nemo lædatur nisi à se ipso*: quod nimirum ob propriam philautiam minus proprios defectus quam aliorum cognoscamus. Propterea Dauid, qui vir erat secundum cor Dei, & in longa illa, & periculosa persecutione Saulis nil detrimenti accepit , imò potius in illa auctæ fuerunt virtutes in eo : à se ipso autem deceptus euasit adulter, homicida,proditor:& dum plenus dierum populum enumerauit,superbus, & inanis etiam gloriæ cupidus. Quare agnoscens se ipsum rectè dixit in quodam Psalmo: *Ego dixi in abundantia mea* (id est) dum affluerent consolationum spiritualium opes, & omnia pro voto succederent (*Nō mouebor in æternum*) nempe à bono in malum,vel à Deo ad dæmonem. Et hoc quia sequitur:*Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem* (id est, gratiæ vim,qua intus decoratur anima mea)dedisti stabilitatem, & firmitatem bene operandi,decori vero sanctæ conuersationis, qua iusti lucent vt luminaria in mundo:præstitisti virtutem, qua cum aduersarijs colluctarer,& vincerē. Verum quia plus æquo inconsultè, & incautè tribuebam , confestim adfuit medicina tua curans superbiam meam: nam sequitur : *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus :* hoc est. Subtraxisti pium consolationis tuæ, & subsidij respectum, quod ego prior faciem meam à te auerterim,nec de te cogitauerim.*Auertisti faciem tuam à me*, iuxta illud:*Ad punctum,& in modico dereliqui te*,&c. *Et factus sum conturbatus:* dum videlicet sensus, & caro rationem pertraxit in adulterium, & homicidiū. Et quemadmodum aqua mota,turbantur etiam immunditiæ, & quæ erant in fundo,cleuantur, & aquam turbidam, & minus potioni aptam reddunt : ita homo derelictus à Deo totus turbatur, & ratio vitiosis affectibus quasi caligine obtenebratur,& dicit malum bonū, & bonum malum. Propterea subiungit: *Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor* , pro gratia nimirum,& misericordia impetranda. Hinc Petrus plus in se quam par erat , confidens,subito, id est,eadem nocte cecidit: quia *Perditio tua Israël : tantummodo in me auxilium tuum.* Et Salomon: *Qui confidit in cogitationibus suis , impiè agit.*

Quomodo etiam auertit Deus faciem suam à Dauide,& factus est conturbatus.

Isa. 54.

Qualis homo derelictus à Deo.

Isa. 5.

Ose. 13.

Prou. 12.

Subdit,*quod confidebant in se ipsis tanquam iusti.* Græca habent, confidebant in se quod essent iusti:id est,quasi essent ex se iusti,& perfecti,quibus nihil deesset,cum non essent reuera iusti: cum si quis confidere possit se esse iustum,nequaquam id in se debeat . Vt faciebat Paulus:*Ipse*,inquit, *Spiritus testimonium reddit spiritui nostro,quod sumus filij Dei:* & alibi,*Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.* Illi verò superbè in se ipsis confidebāt. Vt enim *fides sine operibus mortua est* , & ad salutē non

Quid item quod sequitur:Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. *Philip.* 2.

Rom. 8.

1. *Cor.* 15.

Iacob. 2.

Chrysost. *tom.* 5. Cur homo à nullo facilius,frequentius etiam,ac periculosius decipiatur, quàm a se ipso.

Reg. 13. *Infra* 24. *Psal.* 29, Quid illud Dauidis:ego dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum.

Luc. 17. Iaco. 4. & 1. Pet. 5. Sine humilitate Deo acceptus est nemo.

non sufficit, ita fides, & opera sine vera humilitate ad iustitiam satis non sunt. Vt in alia parabola docuit: *Cum feceritis*, inquit, *omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus.* Nullus ergo coram Deo iustus est, aut illi acceptus sine humilitate: quia *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

5.

Qualis iustitia Pharisaica.

Rectè autem dixit Dominus, tanquã iusti: quia iustitia eorum falsa erat, & larua potius quædam iustitiæ, ideò reprobanda erat illorum confidentia. *Et aspernabantur cæteros.* Qui enim se iustos existimant, facilè in aliorum contemptum, & iudicia temeraria prolabuntur. Ita describit, rectè tamen, scribas & Pharisæos. Graue autem peccatũ est alienum seruum, & interna eius, quæ non vides, diiudicare, & quos Deus tãti facit, contemnere: *Videte*, inquit Dominus, *ne contemnatis vnum ex his pusillis.* Reprehenduntur etiam murmurantes de Deo, quod bona malis, & mala bonis dispenser. Et qui in accidentarijs his & externis, relictis his quæ ad essentiam spectant, confidunt & gloriantur. Et hactenus de scopo.

Ij quam grauiter peccabant alienum seruum temere iudicantes. *Matth. 18.*

6

Præcipuus sensus parabolæ de Pharisæo, & publicano.

Iam vero parabolæ cortice prætermisso, quod nihil ferè habeat annotatione dignum, ad principalem parabolæ sensum explicãdum accedamus. *Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus.* Proprius templi vsus est, vt in illud deprecationis gratia nos conferamus, non ad negotia, vel ad pompæ ostentationẽ, ad aspectus vel obscœnos, & lasciuos, vt plerique faciunt, qui sub prætextu prædicationis, vel Missæ sacrificij ad illud solent confluere. Nullum enim tam bonum opus est, nec locus tam sacer, aut tempus tam sanctum, quibus humanæ mentis malitia non possit abuti: vt Saul sub prætextu sacrificandi animum suum obedire recusantem contexit: & hic Pharisæus sub colore orandi, & agendi gratias, tumorem, & superbiam suam in templo proferebat. Et quanquam ad literam locus templi in monte Sion constructi altior esset, vt propterea dixerit, *Ascenderunt vt orarent*: vnde in fine dicitur publicanus descendisse iustificatus in domum suam præ illo: oratio tamen, ascensus quidam mentis ad Deum est. Qui enim Altissimo per orationem coniungitur, procul dubio à terrenis, & supra se ipsum eleuatur. *Vnus Pharisæus, & alter publicanus.* Quæ magis imparia, atque superbia, & humilitas, pœnitẽtia, & philautia, timor, & cõfidentia? Pharisæus, hoc est, qui habetur inter bonos optimus, Publicanus, videlicet inter malos pessimus. Sed vt ait Optatus aduersus Donatistas: *Meliora sunt peccata cum humilitate, quam innocentia cum superbia.*

1. *Reg. 18.*

Proprius templi vsus.

1. *Reg. 18.*

Oratio quid sit.

Quæ sint maxime imparia, & inæqualia.

Optatus lib. 2. con. Donatistas.

7

Vbi stãs oraret iste Pharisæus.

Pharisæus stans, hæc apud se orabat. Quia Publicanus infra dicitur à longe stetisse; intellige Pharisæum prope altare, & corpore, & animo constitisse; vt ipso situ ostenderet confidentiam. Publicanus corpore sterit, animo verò curuato, & humiliato stabat: quia longè stabat, & oculis in terram defixis. Quod vero ex hoc loco colligit Caietanus, morem olim fuisse Iudæorum; vt stantes semper orarent, perpetuo verum nõ est. Nam Iesus orando procidit in faciem suam, vt Magi; & genibus flexis orauit Christus teste Luca, quemadmodum & Stephanus, & olim Salomon, Daniel, Ezras, & leprosus, & plures alij flexis genibus orarunt. Isaias etiam prædixit: *Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, &c.* Aliquando tamen stantes orabant, cum necdum Filius Dei humiliatus, & exinanitus ad nos veniisset: verum vbi ille iam venit, præstat in templo hanc humiliationis formam in deprecando obseruare. Stabat ergo hic Pharisæus, plus mente elatus quam corpore, & currit impius erecto collo contra Deum. Et cum cætera vitia Dei conspectum fugiant, sola superbia se illi opponit. *Orabat* (inquit) cum tamen nihil petierit. Quare vel precatio generaliter sumpta continet gratiarum actionem, & definitur esse colloquium mentis cum Deo: vel ironicè dixit, Orabat, cum nihil petierit. Hinc Augustinus lib. de verbis Domini: *Quid rogauerit Deum*, inquit, *quare in verbis eius nihil*

Quæ sint maxime imparia, & inæqualia.

Optatus lib. 2. con. Donatistas.

7

Vbi stãs oraret iste Pharisæus.

Proprium superbiæ.

Arrogãs ille Pharisæus quid oraret.

Aug. Serm. 36. de verb.

Domini, to. 10.

nihil inuenies. Ascendit orare, noluit Deũ rogare, sed se laudare. Hæc ille. Et orabat apud se, id est, tacitè in corde, sed à Deo cognito, seque vt patronem amabat & extollebat, & ad se ipsum per peccatum superbiæ redibat: vt docet Magnus Basilius. Cum enim preces eius debuissent ad cœlum ascendere, inanis meritorum gloriatio eum deprimebat, & faciebat vt apud se esset vt fumus ascendens in tectum, & ibi reuerberatus retruditur in terram, & vento valido dispersus, astantium oculos excæcat; cum tamen deprecatio orantem extra se rapiat.

Magn. Basil. Homil. 22. circa medium, tom. 1.

Effectus orationis.

8

Pharisæi superbiam ex ipsius verbis vix posse constare.

Vrbici cuiusdam error in Christi sententia: Oportet semper orare, &c.

Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum; raptores, iniusti, adulteri; velut etiam hic publicanus. Difficile sanè est venari Pharisæi peccata, & qualia exiterint, explicare, cum eius verba & bona, & sancta videantur. In primis enim non peccauit, eo quod bis tantum in hebdomada ieiunaret, quasi esset quotidie ieiunandum, vt Vrbicus ille existimauit, quem B. Augustinus ad Casulanum presbyterum reprehendit. Deinde non peccauit, quasi opera quæ se facere iactabat, essent mala, cum bona essent ex suo genere, & ieiunare, & dare decimas, & gratias agere, etsi postea vanagloria ea corrumperet. Et sæpe dæmon finit opera bona, & multa homini perficere, quo magis postea de illis superbiens confundatur, vt testis est Gregorius. Rursus non delinquit quasi tribuendo sibi bona opera ex superbia, quæ minime habebat, meritur: quia vt testatur Ambrosius in Psalmũ. 118. & Gregorius in Ezechielem, verum erat illis operibus incubuisse. Quarò nec peccato est imputãdum, quod enumerauerit omnia bona sua coram Deo: nam id interdum ad Dei gloriam illustrandam, & gratiarum actionem munerum datori impendendam, vel ad fratrum vtilitatem licitum est. Vnde & Iob, & Ezechiam, & Paulum idem fecisse legimus. Denique non peccauit gratias agendo Deo bonorum omniũ auctori, cum gratiarum actio religionis sit opus, & pars orationis, & fructus humilitatis. Ergo gratias corde habere, siue verbis gratias agere Deo, non est per se malum: quod tunc fit, cum homo Diuina dona Deo & non sibi tribuit. Secus autem est, quando ore tantum illa Deo tribuit: cuius rei signum est: cũ quis gloriatur de bonis operibus in se, quasi non acceperit.

Vrbici cuiusdam error in Christi sententia: Oportet semper orare, &c.

Augustin. epi. 86. tom. 2.

Secundũ argum.

Astus dæmonis.

Greg. lib. 7. Regist. epist. 66. vel cap. 126. & alibi tom. 2.

Tertium argum.

Ambros. sermo. 10. in Psal. 118. in fine tom. 4.

Greg. hom. 7 in Ezech. tom. 2.

Quartum argum.

Iob. 31. & seq.

Isa. 32.

2. Cor. 11. & seq.

Iste tamen peccabat, quia bona sua, quæ à Deo esse cognouerat, tanquam pro iustitia sua, & industria sibi donata existimabat; alias enim non gloriaretur. Ideo non ait; Non sum dono tuo, & gratia tua sicut cæteri homines, quemadmodum Paulus dicebat; *Gratia Dei sum id quod sum*; Sed, Non sum sicut cæteri, naturam suam, & semetipsum extollens. Nam veræ gratiarum actioni locus non esset, vbi quis gratuita Dei dona, & Christi sanguine redempta tanquam naturalia, siue naturæ suæ debita existimaret: quemadmodũ gratias agens de vase verè aureo accepto, quasi tantum esset argenteum, & non aureum, meritò censeretur ingratus. Hinc rectè Theophylactus ait: *Perniciosior est omnibus alijs superbia, quæ abominatio apud Deum est, cum quis non Deo, sed sibi sua bona opera tribuit: quid hoc aliud, quam negare Deum esse, & ei aduersari? Hoc igitur vitium, cui Dominus ita aduersatur, vt inimicus inimico, hac parabola medicari Dominus promittit.* Et infra: *Similia itaque sunt verba Pharisæi ab initio, grati hominis sermonibus. Gratias enim habeo tibi, inquit Deus, at cætera quanta reperta sunt arrogantia? Non enim dixit; Feci te me abstinere ab iniustitia, & à rapina; sed quomodo, Non sum. Sibi ipsi attribuit bonum opus, & suo robori. At alios iudicare quomodò est hominis scientis quod à Deo habeat quæ habet? Omnino enim si credidisset quod per gratiam haberet aliena bona, non contempsisset alios, considerans quod & ipse æquè nudus esset, quantum ad suam virtutem attineat.* Sic ille. Hic autem Pharisæus videtur omnes superbiæ species in se habuisse, de quibus B. Gregorius in libris Moralium latè disserit, & quæ in hoc versu includuntur.

Ex se, pro meritis, falso, plus omnibus, inflant.

Infra 12. & seq.

Quintũ argum. & vltimum.

Quale opus sit gratiarũ actio.

1. Cor. 4.

9

Superbus Pharisæus in quibus peccauerit.

Infra 15.

Theophyl. in Lucam.

Perniciosior est omnibus vitijs superbia.

Eccli. 13.

Qui quæ habet bona, ea se per gratiã habere agnoscit, & cõfitetur, non spernit cæteros.

Quod in superbo Pharisæo omnes superbiæ species liceat animaduertere.

Greg. lib. 27 Moral. c. 7. tom. 1.

Ex

Prima ſpecies ſuperbiæ. 1. *Cor.* 4.

Ex ſe putabat habere ille, cui dicebatur: *Quid habes quod non accepiſti?* Pro meritis, qui quod accipit, ſuis meritis datum exiſtimabat. Nam ſi gratia, vt ait Apoſtolus, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. Opera enim, hoc eſt merita, gratiæ natura ſua repugnant. Falſo dicens ſe habere, quod non habet, vt ille cui dictum eſt; *Quia dicis, Quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Ita Phariſæus pro iuſto ſe habebat, cum non eſſet: & licèt eſſet, hoc ipſum ignorare debebat anima eius (iuxta illud: *Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea*) & habere ſe pro peccatore ex natura ſua: vt Paulus qui dicebat ſe inter peccatores primum eſſe. Non expedit autem ſe nunc habere pro iuſto, ne ſuperbia de Dei donis oriatur, vt in Phariſæo. Quare Gregorius Gregoriæ petenti vt ſibi reuelaret an ſibi remiſſa eſſent ſua peccata, reſpõdit: *Rem & difficilem, & inutilem poſtulaſti: difficilem quidem, quia ego indignus ſum cui reuelatio fieri debeat: inutilè vero, quia ſecura de peccatis tuis fieri non debes, niſi cum in die vitæ tuæ vltimo plangere eadem peccata minimè valebis.* Plus omnibus, quia ſingularitatem affectabat, quaſi nullus eſſet ſibi par in ſanctitate, in ſapientia, vel eloquentia, in caſtitate, vel in alio quocunque dono. *Non ſum ego ſicut cæteri homines.* Superbia ergo fecerat eum gigantem, & cæteros homines Pygmæos, ſiue locuſtas. Et ita hic iactat ſe habere, vel ex meritis, vnde in ſe confidebat; vel falſo iactabat ſe habere veram ſanctitatem, qua tamen reuera carebat, & ſuper omnes alios ſe extollebat; cum tamen iuſtus prior ſit accuſator ſui, & in oratione tanquam mendicus, plagas, & laceras, humilesq́, veſtes ad excitandam ſui commiſerationem oſtentare videtur. Hinc Gregorius libro Moralium, *Phariſæus*, inquit, *ciuitatem cordis ſui inſidiantibus hoſtibus per electionem aperuit, quam fruſtra per ieiunium, & eleemoſynas clauſit. Incaſſum munita ſunt cætera, cum locus vnus, de quo hoſti patet aditus, munitus non eſt.*

Apocal. 3.

Iob. 9.

1. *Tim.* 1.

Gregorius lib. 6. epiſto. 22. ſiue, cap. 186. ad Gregoriam cubicularia Auguſtæ, to. 2.

Quid Gregorius ille Magnus mulieri cuidam reſpõderit petenti vt ſibi reuelaret an ſibi eſſent remiſſa ſua peccata.

Quarta & vltima ſuperbiæ ſpecies.

Prouer. 18.

19. *Morali. c. 17. tom. 1.*

Idem libr.

Hæc ille. Vſurpabat enim Phariſæus ſibi hoc verbo rem perfectis conuenientem, quibus ita conuenit ſacrificium laudis, ſicut imperfectis ſacrificium ſpiritus contribulati. Erat enim hæc gratiarum actio cum fratrum iniurioſo contemptu coniũcta, vt propterea Deo grata eſſe non poſſet. Hinc Bernardus ſuper Cantica: *Cernitisne Phariſæum agentem gratias, labijs quidem honorare Deum, cordis autem ſententia ſe? Sic vſu quodam magis quam ſenſu, vel affectu perſonare in ore multarum gratiarum actionem aduertere eſt, in tantum vt homines quoque ſceleratiſſimi, ad quæque flagitia, & facinora ſua ſoleant gratias Deo agere, quod benè proſpereque (vt quidem ipſi ſapiunt) ceſſerit ſibi in adimpletione peruerſarum voluntatum ſuarum.* Ita Bernardus. Peccauit etiam nonnihil hic Phariſæus in enumerandis vitijs, & virtutibus: nec enim omnia vitia cõplexus eſt. Non enim dixit; Non ſum ſuperbus, aut aliorum contemptor, aut propriæ nitens prudentiæ, & iuſtitiæ: nec omnes virtutes recenſuit, non enim cum ieiunio, & decimis addidit: Seruo humilitatem, & charitatem ad proximum. Sed hoc comparatum eſt, vt qui oculati, & perſpicaces ſumus in aliorum peccatis, etiam leuibus, inueſtigandis, ijdem in proprijs, & longè grauioribus cæcutiamus omnino, & caligine magna laboremus: vt quidam ſatyræ ſcriptor dixerit.

Perfectis quid congruat

Pſal. 50. Cur Deo ingrata Phariſæi gratiarũ actio.

Bernar. 13. *ſuper Canti. prope initiũ.*

Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,

Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum?

Phariſæi aliud quoque vitium.

Improba naturæ humanæ cõditio.

Horat. lib. 1. ſerm. ſaty. 3. Tertium peccatum Phariſæi.

Matth. 6. & 23

Baſil. in conſtitutionibus monaſt. c. 1. circa med. tom. 2. Inanis gloria, quid Baſilio

Quartũ Phariſæi vitium.

Ad hæc, etſi verbis gratias ageret, animo tamen, & mente tumebat, ab hominibus cupiens laudari, & de ſua gratiarum actione melior reputari. Nam tales omnia opera ſua faciebant, vt viderentur ab hominibus. Eſt autem inanis gloria virtutum tinea, teſte Baſilio, quæ vel innaſcitur ſimul à principio cũ bonis operibus, & tunc bona non ſunt; interdum vero poſt opera bona, & bonis circunſtantijs perfecta aduenit, & illa inficit vt tinea ligno ſuperueniens. Efferebatur etiam ſuper alios. Hinc

Aug. epiſt. 86. circa initium, tom. 2.

Grego. loco citato.

Hinc Auguſtinus ad Catulanum in perſona Vrbici lòquitur: *Quomodo*, inquit, *non cum Phariſæo damnabimur bis in Sabbato ieiunantes? tanquam Phariſæus ideò damnetur, quia bis in Sabbato ieiunabat, & non quia ſuper Publicanum ſe tumidus extollebat?* Et Gregorius in Moralibus: *Gratias rectè egit, ſed peruerſe ſe ſuper Publicanum extulit. Ciuitatem cordis ſui extollendo prodidit, quam abſtinendo & largiendo ſeruauit.* Et paullò poſt: *Vnde magnopere oportet & bona ſemper agere, & ab ipſis nos bonis operibus cautè in cogitatione cuſtodire, ne ſi mentem eleuant, bona non ſint, quæ non auctori militant ſed elatione. Eleazar namque in prælio elephantem feriens ſtrauit, ſed ſub ipſo quem extinxit occubuit. Quos ergo iſte ſignificat, quem ſua victoria oppreſſit, niſi eos qui vitia ſuperat, ſed ſub ipſa quæ ſubijciunt, ſuperbiendo ſuccumbunt? Quaſi enim ſub hoſte, quem proſtrauit, moritur: qui de culpa quam ſuperat, eleuatur?* Hactenus Gregorius. Eadem ferè repetit homilia in Ezechielem ſuper illud: *Totum corpus oculis plenum in circuitu.* Prætereà Phariſæus nihil amplius petebat, quaſi iam plenus eſſet, & ex ſe poſſet ſine Deo omnia perficere pro bona voluntate. Ideò ſcriptum eſt: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.* Et rurſus; *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari.* Poſtremò non òrabat vt cætera peccata, quæ oculorum ſuorum aciem effugiebant, quę q́; ipſe neſciebat, remitteret: de quib. dictũ eſt: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Nõ imitabatur etiã ſanctorum virorum perfectionem, qui aliorũ peccata ex charitate ſua faciebant. Vnde Daniel, qui ad hunc gradum perfectionis peruectus erat, peccatorum perſonam induens, ait: *Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & receſſimus; & declinauimus à mandatis tuis, ac iudicijs. Non obediuimus ſeruis tuis Prophetis &c.* Et ſubdit: *Quumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael, et reliq. ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio,* & quæ ſequuntur. Idem facit Tobias ſenior, & Chriſtus omnis perfectionis exemplum: *Nam peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum:* & qui pro nobis factus eſt peccatum, hoc eſt, piacularis hoſtia, dicebat: *Longe à ſalute mea verba delictorum meorum.* Iuſtorum ergo perfectionis arcem tenentium proprium munus eſt aliorum peccata induere, & pro illis Dominum deprecari, ac ſatisfacere, ac proinde à peccatoribus nequaquam ſeipſos diſcernere, cùm tales ſe natura eſſe agnoſcãt, etiamſi gratia Dei non ſint.

Sanctorum virorũ proprium quid.

Dan. 9.

Ibidem.

Tob. 3.

1. *Pet.* 2. 2. *Cor.* 5. Cùm dicitur ab Apoſtolo Chriſtus factus peccatũ, quid ſignificet.

Pſal. 21.

1. *Mach.* 6. Elephanti à ſe cæſo ſuccumbens ac moriens Eleazar, quorum typum gerat, teſte Gregorio.

Idem hom. 7 ſuper Ezech. ante mediũ, tom. 2.

Ezech. 1. Quintũ peccatum Phariſæi.

Matth. 5.

Eccle. 18. Sextũ & vltimum.

Pſal. 18.

Superbiſſimũ ergo verbum fuit Phariſæi dicentis, *Non ſum ſicut cæteri homines.* Quærit Auguſtinus, *Quid eſt cæteri homines, niſi omnes præter ipſum? Ego, inquit, iuſtus ſum, cæteri peccatores.* Idem docet Chryſoſtomus homilia De incomprehenſibili Dei natura. Hinc malè quidam reſtringit verbum, *Cæteri homines*, ad id quod ſequitur, raptores, adulteri, id eſt, ſicut cæteri raptores, &c. non enim cæteri omnes homines in illis tribus ſpeciebus concluſi ſunt. Ad hæc, parabolam induxit aduerſus quoſdam qui in ſe confidebant, & aſpernabantur cæteros. Cæteros ait abſolutè, & non cæteros; qui eſſent adulteri, & raptores. Neque mirandum eſt, Phariſæum tantum ſibi tribuiſſe, & omnibus hominibus ſe prætuliſſe: quia videmus Lutherum dixiſſe ſequintum Euangeliſtam, & Manichæum, ſe Chriſti Apoſtolum; & Montanum, Spiritum ſanctum in ſe deſcendiſſe. In quos inuehitur Scriptura: *Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia?* Nec obſtat quod ſubdidit, Et velut hic Publicanus: quia non vt à cæteris diſtinctum poſuit, ſed vt verbi gratia explicaret raptorem, iniuſtum, & omni peccato coopertum. Nec etiam impedit, quòd quiſquam noſtrũ poſſit dicere, Non ſum ſicut multi hæretici, & publicarum viarum graſſatores, & prædatores, modò ſe id habere ex Dei gratia agnoſcant & confiteantur, non autem à ſeipſis: nam omnes tales ſumus natura, niſi Deus ſua gratia id in nobis impediat.

10 Quid eſt dicere; Nõ ſum ſicut cæteri homines.

Augu ſerm. 36. de verb. Dom to. 10. Chryſ hom. 5. de incomprehen. Dei natura, circa finem, to. 5. Caietan. in Lucam.

Lutherus, Manichæus, & Montanus ſe quales vẽditarent impudentiſsimi omniũ mortalium.

Iob. 12.

Quorſum id: Et velut hic Publicanus.

Audi iam quales deſcribat eſſe alios à ſe, etiamſi non omnes. *Raptores*, per

11 Phariſæũ & raptorem, &

iniustum, & adulterum extitisse.

concupiscentiam oculorum. *Iniusti*, per superbiam vitæ, gloriam quę Deo debetur, vsurpantes. *Adulteri*, per cōcupiscentiam carnis. Et tamen ignorabat, quia ipse erat vere raptor, opinionē sanctitatis furto surripiens: quemadmodum meretrix illa impudens, cuius filius cùm esset mortuus, filium alterius rapuit, & vt proprium vsurpauit. Iniustus etiam erat, quia alienum seruum sine cognitione, & discussione caussæ iudicabat, atque damnabat. Adulter verò, quia gloriam bonorum operum, quam sibi Dominus, vt propriam sponsam vendicauerat, & retinuerat, ipso dicente: *Gloriam meam alteri non dabo*,

3. *Reg.* 3.

quasi alieni tori inuasor, vsurpabat. Ac subdit: *Velut etiam hic Publicanus*: Non contentus cæteros traducere absentes,

Isa. 42.

De alijs quid sentire debeamus per humilitatis virtutem.

etiam in præsentem iniurius esse voluit, illumque aculeo linguę suę vulnerauit. Cùm tamen regula certa sit, quod ad proximum attinet, vt certa bona eius, meliora: certa mala, minora: dubia bona, certa: dubia mala, nulla iudicemus. Secus in nobis, vbi contrario modo existimandum est: nam inter sanctos nos debemus reputare minimos cum Apostolo, & inter peccatores primos. Et in dubio si quid malè actum esset, *bonarum mentium esset ibi culpam agnoscere, vbi culpa nō esset*: & de benefactis timere, & dicere cum Iob: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti*. Impudenter etiam iudicabat de Publicano, cum rectè de illo sentire deberet: præsertim cum ad deprecandam Dei unam misericordiā in templū veniisset. Et cum duodecim sint horæ diei, & bonum Dominum habeamus, & potentem mutare nos, vt possit dici: *Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelsi*; erat etiam benè de illo cogitandi caussa, eo quod longè esset, & verecūdo vultu, & percutiendo pectus preces ad Deū funderet.

1. *Cor.* 15. 1. *Tim.* 1. De nobis quid sentiendum sit. Bonæ mentis indiciū. *Iob.* 9. Quare Pharisæus rectè de Publicano sentire debuerit. *Ioan.* 11. *Psalm.* 76. Secunda ratio.

Subdit: *Ieiuno bis in Sabbatho*. Id est, duobus diebus hebdomadæ, nimirum secunda, & quinta feria, vt testis est Theophylactus, numeratis ad Sabbatum præcipuum diem more Hebræorum, à quo tota denominatur hebdomada. Et gloriabatur de ieiunio, cùm plus ieiunet dæmon, sed ex superbia: *Et nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suā? &c. Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe*, & quæ sequuntur. Parum est corpore ieiunare, & mente manducare, & deuorare carnes proximi. Et postquàm se de prima parte iustitię laudauerat, id est, de mali declinatione, iam de secunda, quæ est facere bonū, gloriatur, subdens: *Decimas do omnium quæ possideo*. Decimas dicit in plurali: quia tres erant decimæ quas Iudei pendebant: vnam n. inistris templi: alteram in vsum venientium in templum, tertiam pauperibus, vt quidam volunt. Et ait, *decimas omnium*: quia Pharisæi etiam de minimis, vt de mentha, & anetho, & cymino decimas numerabant. Rursus ait, *Do*, Contra quod verbum Gregorius ait: *Gratuitum putas quod proximo impendis: velis autem, nolis, debitor es*. Sic ille. Non ergo do, sed reddo; quia ex iustitia aluntur ministri: & sua Pharisæus dabat deo, seipsum autem diabolo. Et ieiunia allegat contra adulteros: decimas, & eleemosynas contra rapinas, & iniustitias. Quod si obijcias, nihil mali fuisse, quod iste Pharisæus bona sua enumerauerit coram Deo: quemadmodum rex Ezechias fecisse videtur, qui annuntiata sibi morte per Isaiam, orauit ad Dominū, & dixit: *Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim*: quæ oratio non tantum reprehensa non est, sed à Domino commendata atque exaudita. Paulus etiam in fine vitæ dicebat: *Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat'. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c.* dicendum est, peccatum non esse de bonis suis meritis cogitare, modo vt dona dei agnoscantur, vt per illa iusti spem suam in Deū excitent, & pro illis auctori omnium bonorum gratias agant, & fixam cordi habeant illam planè aureā Augustini

Pharisæi qui inanis de ieiunio gloriatio. *Isa.* 58. Verum ieiuniū quod sit. Iustitiæ partes duæ. *Psal.* 33. 1. *Petr.* 3. Triplicem decimam olim pendebant Iudæi. Pharisæi etiā de quibus decimas pendebant. *Matth.* 23. *Gregor.* Quid peccauit Pharisæus suas virtutes commemorando, quod & ipsum rex fecit Ezechias. *Isa.* 38. 4. *Reg.* 20. 2. *Para.* 32. 2. *Tim.* 4. De beneficijs suis ac meritis quatenus cogitandum.

Aug. in psal. 98. *ante medium*: & *in Psal.* 102. *a-liquanto ante medium, tom.* 8. Planè aurea Augustini sententia. Bonorū operum iactabūdi suorū quibus similes. De suis cogitate virtutibus, quibus ficeat tantū, & quatenus. *Isa.* 38. *Gregor. li.* 12. *Moral. c.* 16 *tomo* 1. Alta quæ nō sunt.

stini doctrinam: *Dum coronat Deus merita tua, non coronat nisi dona sua. Quare etsi imperfectis ostentare thesauros suos nō expediat, ne illos amittant, nec recitare bona sua, quandiu in via sunt, & adhuc ad interiora se conuertere, & progressus maiores facere debeant, ne illis contingat quod gallinis, quæ mox vt ouа pepererunt, clamore suo dominos excitant, qui ouа edita illis auferant: perfectis tamen, & magnis viris licitum est non solum bona sua recogitare, sed etiā illa alijs pronuntiare, quando suadet necessitas gloriæ Christi, vel ad id vrget pia vtilitas proximi: modo illa dona Dei agnoscant, & per illa humilientur, & sine aliorum contemptu, qui tales non sunt, imo cum magna eorum commiseratione cogitentur*. Hinc de Ezechiæ verbis, *Memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, &c.* pulchrè scribit Magnus Gregorius: Alta non sunt, quæ humili corde proferuntur; quemadmodū hic Pharisæus elato corde dicebat; *Gratias ago tibi*, &c. Hinc Paulus recitatis victorijs suis, imò Christi per eum factis, subdit: *Factus sum insipiens: vos me coegistis*, id est, vt gesta mea gloriosa enarrarem, quod videtur esse stultorum, vos mihi caussam præbuistis. Et in simili caussa potest pastor bona merita tua ad Christi gloriam depromere, vt etiam in illis impleatur verbum Domini: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est*. Et B. Augustinus dicebat: *Si times peccatores, non habebis imitatores. Nec propterea periculum inest talibus, vel adulationis, vel inanis gloriæ: quia teda magna accensa à vento non extinguitur, sed potius incenditur: secus parua candela, quæ mox extinguitur. Nec tales in se gloriantur, sed in Domino, iuxta illud: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Nec tales sunt iudices in propria caussa, sed Deus, & proximus, cuius gratia, & vtilitate ad populum seipsos commendant*. Propterea pulchrè docet Gregorius in libro Moralium: *More itaque viatorum; nequaquam debemus aspicere, quantum iamiter egimus, sed quantum supereſt vt peragamus; vt paulisper fiat præteritum, quod indesinenter, & timide adhuc attenditur futurum. Amplius igitur debemus inspicere quæ bona necdum fecimus, quam ea quæ nos iam fecisse gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium; vt plus ei intueri libeat quod sibi in se placet, quam quod sibi in se displicet*. Et infrà: *Plerumq; hoc vitio tentantur etiam electi. Plerumq; eorum cordi suggeritur; vt bona quæque quæ fecerunt, ad animum reuocent, & securitatis iam lætitia exultent. Sed si verè electi sunt, ab eo in quo sibi placent, mentis oculos diuertunt, omnem in se de peractis bonis lætitiam deprimunt: & de his quæ se minus egisse intelligunt, tristitiam requirunt, indignos se æstimant, & penè soli bona sua non vident, quæ in se videnda omnibus ad exemplum præbent*. Et infrà, tractans illa verba Apostoli: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, Intuendum*, inquit, *summopere est, quia eo illud tempore intulit, quo iam ex corpore discessurum se esse cognouit. Ibi quippe præmisit, dicens: Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Tùc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis, cum iam præuidit ad largitatis spatium minimè subesse tempus operationis. Sicut enim dum viuimus, debemus bona nostra à memoria repellere, ne extollant; ita appropinquāte exitu plerumque ea ad memoriam iustè reuocamus, vt videlicet fiduciam præbeant: & desperatum timorem premant*. Hæc ille. Atque hac ratione dū Ezechiæ mors annuntiata fuit, bona opera ad memoriam reduxit: & Hilarion imminente morte seipsum in fiducia Domini confirmabat: *Egredere*, inquit, *anima mea, egredere, quid times? Septuaginta annis inseruisti Christo, & adhuc times?*

Vianorū prudentia quæ nobis in patriam cœlestē euntibus imitanda. Quo de vitio plerumque tententur electi. *Cap.* 7. *initio.* 2. *Tim.* 4. *Ibidem.* Illud Apostoli: Bonum certamē certaui, & reliq. pulchrè expendit Gregorius. *Isa.* 38. Qui sanctorum moribus bene ante actæ vitæ meritis sese confirmauerint.

His haud dissimilia scribit Theophylactus hoc loco: *Verum*, inquit, *admirabitur quis, quomodo superbus cum pauca verba humilitatis pronuntiauerit, condemnetur. Iob autem, cum multa de se magnifica dicat, coronetur. Quia Pharisæus quidem nullo cogente, sed talia nugans, & condemnans, alios nullo vsu vrgente; Iob vero prementibus se amicis, & grauius incumbentibus quam calamitas ipsa, dicentibusque quod propter peccata illa sit*

12 *Theophyl.* Quomodo superbus Pharisæus pauca verba humilitatis pronūtians condemnetur.

passus, compulsus est enumerare sua opera, idque propter gloriam Dei; ne scilicet homines à recto virtutum cursu exciderent. Nam si comperissent homines, peccata fuisse quæ fecerat Iob, & propter illa passum, cauissent ne eadem facerent, factique insuper fuissent osores hospitum, & inhospitales, immisericordes, & iniusti. Hæc enim erant opera Iob. Sic ille egregiè conscripsit. Discamus igitur ex Pharisæi errore, quod si superbia fuga vitiorum, & virtutum choro comitata, damnare Pharisæum potuit; quid faciet coniuncta vitijs, mendacijs, & virtutum fuga? Humilitas porrò sola, etiamsi vitijs sis plenus, seruare te potest: illam ergo amplectere. Audi Chrysostomum homilia De incomprehensibili Dei natura: *Atque vt planius intelligas, quam sit bonũ nihil magnum de se opinari, finge animo bigam duplicem: quarum sub altera virtus iuncta sit cum superbia, sub altera peccatum cum humilitate. Videbis enim bigam illam peccati virtutem facilè anteire, palmamque decursionis celerioris obtinere, nõ peccati pernicitate, sed coniugatæ humilitatis facultate. Contra, bigam alterã virtutis retardari, & vinci, non imbecillitate virtutis sed superbiæ mole, ac pondere. Vt enim humilitas præsumma sua excellentia, peccati supernat pondus, atque in cœlum peruehi; sic superbia præ nimio suo pondere, ac intolerabili onere suæ molis præualet, adeo vt etiam leuissimam illam, & supernam virtutem vincat, deorsumque versus facilè detrahat.* Hactenus illud os planè aureum.

Iob autẽ magnifice de se loquens coronetur.

Iob. 31. & *seq.*

Chrysost. homil. 5 *de incomprehen. Dei natura, longè à medio, tom.* 1.

Quàm sit bonum nihil magnum de se opinari egregia similitudine quadam ostẽdit Chrysostomus.

Peccati virtus quanta.

13 Sequitur: *Publicanus à longè stans nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori.* Quatuor narrantur de isto Publicano. Primum, quod longè staret: stabat autem, cessando à peccando, iuxta illud: *Quiescite agere peruerse.* Frustra enim quis peccando peteret peccati veniam. Et longè stetit per humilitatem, agnoscens se per peccatũ iuisse in regionem longinquam. Deinde agnoscens opera sua per se ipsa, & ex se longè à Dei maiestate stare, quia non sunt tantæ dignitatis, vt veniam promereantur: quemadmodum longe esset ab emenda domo pretij trium millium talentorum, qui tantum haberet in bonis tres drachmas. Tertiò ex humilitate in vltimo conuiuij loco edebat: quemadmodum leprosi longè steterunt misericordiam postulantes, & exemplo Centurionis qui dixit, *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Et quia æstimauit se indignum Deo appropinquare, Deus illi per gratiam suã appropinquare voluit, vt pater qui occurrit filio ad se venienti.

Publicanus quare staret, & quomodò. *Isai.* 1.

Secunda ratio.

Bonorũ operũ vtilitas ex seipsis.

Tertia ratio. *Luc.* 17.

Matth. 8.

Luc. 15.

14 Secundum est, quia nec oculos audebat ad cœlum leuare, nedum manus. Ex quo patet, quod Pharisæus & oculos, & manus leuauit: quod ostendit aduersatiua illa, *Sed percutiebat pectus suũ.* Oculos ergo impudicos, & peccatis pollutos, in terram defixos habebat, inferno se dignum propter illa cogitans. Et significatur pudor, & erubescentia peccatoris coram Deo offenso: sicut peccatrix stabat retro, & vt adulterio deprehensa, præ dolore, & confusione oculos non audet erigere in virũ. Deinde significat, per peccatum se faciem Dei, & cœlestem gloriã amisisse, quemadmodum Absalon faciem patris sui. Et non eleuat oculos Publicanus, ne cor eius percutiatur tantorum bonorũ quæ amisit, intuitu. Tertiò significat se in familiam cœlestem peccasse, id est, in Angelos, quorum inspirationibus restitit: in sanctos, quorum preces defraudauit: in Deum ipsum, cuius obedientiam cõtempsit.

Cur idẽ Publicanus nõ audebat oculos ad cœlũ leuare.

Pectus suum Publicanus quare percuteret.

Ioel 2. Cor, sedes peccatorum omnium.

Matth. 15. Simile.

Supra 7.

Secunda ratio.

2. *Reg.* 14.

In cõfessione quæ accusanda tantũmodo.

Dæmon quẽ solũ vincit.

Hugo de S. Victore in Lucam.

Tertia ratio.

15 Quod si dicas, Publicanum feciisse cõtra doctrinam Patrum, quorum vnus dixit: *Leuaui oculos meos in montes.* Et iterum, *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis.* Et bonus Iosaphat dixit: *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te:* respondendum est, pœnitentium pro remissione peccatorum supplicantium, proprium esse oculos ex pudore, & humilitate deprimere: sicut iustorum est per spem Diuinæ misericordiæ illos eleuare, & cum Propheta dicere: *Leuemus corda nostra, cum manibus, ad Dominum in cœlos.* Quanquam simul

Quorũ exẽplo sanctorũ videatur Publicanus oculos leuare in cœlum de. buisse. *Psal.* 120. 2, *Paral.* 20.

Pœnitentiũ quid proprium, quid verò iustorum. *Thren.* 3.

simul possunt pœnitentes vtrumq; præstare, nimirum & oculos externos deprimere ob diuinæ altitudinis, & iustitiæ considerationem; & suæ vtilitatis demeritum: & rursus interiores oculos per spem ad Deum misericordem erigere. Tertiũ opus Publicani erat, quod percutiebat pectus suum. Quo verbo innuitur contritio, & dolor cordis de admissis peccatis, iuxta illud: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Deinde innuitur cor sedes peccatorum omnium; ac propterea dignum plagis. Nam vt Dominus ait, *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes,* &c. Et vt olla tunditur, vt inde exeant musicæ; ita & cor nostrum, vt inde prodeant cogitationes malæ, & dæmonia. Ad hæc in confessione solum cor, id est, voluntatem peruersam accusare debemus, non fortunam, non societatem, non astra, non denique dæmonem ipsum, qui non vincit nisi volentem. Postremò cor percutit, vt quasi dormiens à somno excitetur. Et vt notat Hugo de S. Victore, in percussione est cor percussum, id est, contritio, & sonus, id est, confessio; & dolor, id est, satisfactio.

16 Quartum opus Publicani est breuis illa, & simplex oratio: *Deus propitius esto mihi peccatori:* quæ quinque dictionibus constat, vt Iesus quinque literis, qui & quinque plagis nos redemit. Inerat fiducia Publicano de Dei erga se indulgentia; aliàs enim nisi confisus fuisset, non orasset: nec tam paucis orasset, si non multum confisus fuisset de Dei benigni ate. Non credidit se exaudiendum in multiloquio more Ethnicorum. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Oratio sane verbis breuis, sed sensu, & efficacia magna. Quam Dominus ob id expressit, vt discamus & nos modum preces nostras ad Deũ fundendi; maximè cum à Domino parabolam confingente sit excogitata, qua nihil aliud, quam misericordiam reconciliationis petit. Nulla prætendit merita, nullas adfert excusationes in peccatis, sed se peccatorem libere confitetur. Et primum Deum inuocat, spectatorem cordis sui, & propitiationem petit, per quam sibi appropinquare dignetur: vnde se longe esse cognoscebat. Et vulnera, & paupertatem ostendit medico, vocando se peccatorem: & agnoscit Diuinam misericordiam etiam sine sacrificijs posse placari. Et cum ait, *Mihi,* naturam nudam indicauit, quæ opus est manuum Dei. Et peccatori, ait, non peccanti: quia ex arte, & habitu peccauerat, & à conceptione & natiuitate parentum peccatum contraxerat.

Qualis hæc oratio Publicani: Deus propitius esto mihi peccatori.

Matth. 6.

Eam precationem cur Dominus exprobrarit.

Quid agnouerit coram Deo Publicanus, appellãdo se peccatorem.

17 Præter hæc quatuor, addit Chrysostomus, Publicanum audiuisse verba Pharisæi, & se eius verbis contemptum, & maledicto affectum fuisse, tulisse tamen animo patienti, & ita probrum conuertisse in laudem suam, coronam, & commendationem: tanta est virtus patientiæ, & humilitatis, quæ signum fuit veræ suæ pœnitentiæ, & iustificationis. Sed vt quidam scripserunt, non videtur hæc annotatio satis firma, quia non est verisimile Publicanum longe stantem audiuisse verba Pharisæi, qui iuxta aram precabatur. *Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Quod ad Grammaticam attinet, aduerte, phrasim esse Hebræam, positiuum poni pro comparatiuo. Et vt illic dicitur: *Speciosus forma præ filijs hominum,* id est, speciosior cunctis hominibus; ita hic dicitur iustificatus ab illo, siue præ illo, siue plusquam ille: *Nam melior est peccator humilis, quam iustus superbus.* Non intelligas autem, Publicanum iustiorem Pharisæo, quasi hic iustus quoque descenderit, quia est cõparatio impropria, quia scilicet iste non descendit iustus. Vel potius dicitur Publicanus iustior descendisse, quã Pharisæus, quia & Pharisæus aliquam habebat, operum scilicet, iustitiam, quæ & coram hominibus est, & suo iudicio iustus habebatur: sed illam iustitiam vicit iustitia Publicani, vt quæ Dei esset iustitia, & coram Deo, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Quo in sensu adhuc est impropria. Est autem hic iustificatus, non quia habuit bona opera, sed quia illis carens,

Chrysost. homi. 15 *in Acta Apostolo.* 5. *de incomprehen. Dei nat.* 1. & *homil.* 3. *de Dauide, & Saule, ibidem.*

An Publicanus Pharisæũ audierit deprecantem.

Patientiæ, & humilitatis vis quanta.

Sup. 14. Quid est ad literam: Descẽdit hic iustificatus in domum suã ab illo.

Psal. 44.

Eadem sententia duplicẽ habet intelligentiam.

Rom. 2. Vnde hic Publicanus fuerit iustificatus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

carens, humilitatem, & cordis contritionem habuit, & ex fide precatus est. Neque hinc colligas operari bona, bonum non esse: quia non reprehenditur de hoc Pharisæus, sed de hoc tantum, quod iactaret opera sua; quasi Dei misericordia nō egeret. Neque rursus laudantur peccata Publicani; sed quod non debent peccata, etiam magna, in desperationem quenquam adigere, & adimere nostram in Deo confidentiam. Et concludit: *Quia omnis qui se exaltat*, siue sit Angelus, siue iustus homo, siue peccator. Nam per superbiam Angelus primus euasit dæmon; omnis etiam iustus, qui se putat esse aliquid ex se ipso, vel quod habet, tribuit meritis suis, & non gratiæ Dei; vel qui sibi falso ascribit iustitiam, & perfectionem quam nō habet; vel qui se plus omnibus recepisse existimat, dæmon quidem est. Tertiò qui confidit in se ipso, & in operibus suis, hic inquam talis, *Humiliabitur*. Et hîc in vita, dum gratia Dei destituitur, & post mortem, dum ad perpetuam gehennæ humiliationem adiudicatur. *Et qui se humiliat*, Euacuando se ipsum, vt in se tanquam in vas oleū Diuinæ gratiæ fundatur; & qui sibi ipsi non fidit, vel qui deniq; nihil ex se esse existimat, nihil meritis suis tribuit, non iactat iustitiam, quam non habet, vel per eam, quam habet, alijs non se præfert: hic, inquam, qui sic se humiliat, *Exaltabitur*. Hic per gratiam apud Deum, deinde in alia vita per gloriam. Melius enim est iustificari à Deo, damnante nos toto mundo; quam iustificari à toto mundo, solo Deo nos condemnante. Quemadmodum in caussa aliqua præstantius est sententiam iudicis pro nobis habere, etiamsi omnes alij iniquam causssam nos fouere existiment, quam quod omnes pro nobis sentiant, & parti nostræ faueāt, dummodo iudex contra nos decernat: cuius iudicium quia ex maiori lumine, & causssæ discussione procedit, præstare cæteris, & præualere meritò existimatur.

De quo tantum Pharisæus reprehēdatur, laudetur Publicanus.

Isa 14. Exaltet se quis, & quomodo humiliabitur.

Humiliet se quis.

Idem vri exaltabitur.

Simile.

18 Iam audi egregia Chrysostomi verba homilia De verbis Isaiæ: *Vidi Dominum, &c. Vñ*, inquit, *tibi dicam, quantum boni sit modestia, & quantum malum arrogantia? Peccator iustum superauit, Publicanus Pharisæum, & verba factis fuere superiora. Quomodo verba? Publicanus dicit: Deus propitius esto mihi peccatori. Pharisæus dicit, Non sum sicut cæteri homines: rapax, auarus; sed quid? Ieiuno bis in Sabbato, decimas do de facultatibus meis. Pharisæus opera iustitiæ præstabat; Publicanus verba dicebat modestiæ, & verba plus potuerunt quam facta: tantusq; thesaurus cum contumelia reijcitur, & tanta inopia in diuitias commutata est. Venerunt duæ naues habentes onus, ambæ portū ingressæ sunt; sed Publicanus pulchrè in portum appulit: Pharisæus autem naufragium perpessus est; vt disceres quantum malum sit animi tumor.* Hactenus insignis modestiæ cultor Chrysostomus,

Chryſ. hom. 4. De verbis Iſaiæ: Vidi Dominum, &c. paulò ante mediū, tomo 1. Iſa. 6.

Quātum bonum sit modestia, & quātum malum arrogantia.

Qualis nauis Pharisæus, qualis verò Publicanus Chrysostomo.

19 Et hactenus literalem sensum parabolæ exposuimus, quem facile est ad Iudæum superbum de proprijs operibus, & obedientia legis tumentē quasi Pharisæum, & ad Gentilem humilem quasi Publicanum, nihil de se, vel de sua iustitia confidentem, per allegoriā, quæ interdum in parabolis inuenitur, applicare. Nam ille derelictus est in sua superbia, hic autem illi in iustificatione præpositus. Iuxta mores etiam extendi potest ad Ecclesiasticum, siue religiosum, & ad simplicem laicum in illis repræsentatos, & facilis est, & commoda applicatio.

Quid Pharisæus, quid verò Publicanus significent.

In parabolis nonnunquā inueniri allegorias.

Ad quos etiā possit hæc parabola accōmodari.

Iam ad huius parabolæ fructum magis percipiendum assignandæ sunt in materia superbiæ, & humilitatis certæ aliquot regulæ omni acceptione dignæ, & in primis ad salutem necessariæ, non tantum religiosis, & qui perfectioris iustitiæ statum profitentur, sed etiam fidelibus omnibus, & communem præceptorum viam consectantibus.

Humilitatis cuiuis fideli, maximè perfectō, in primis vtiles, ac necessariæ regulæ septem.

20 Sit ergo prima regula: Laudabile est, atque adeo vtile in operibus suis bonis quæ Dei gratia homo perfecit, non cōfidere: nam si peccator esset & immunda opera haberet, nulla esset ratio nisi timendi, non autem confidendi. Si autē quis sit iustus, perfectus, vel sanctus, fidendum etiam non est. Primo, quia iustitiæ

Regula prima.

Homo iustus siue perfectus, in sua iustitia fidere cui minimè debeat.

Secunda ratio.

Iſa. 64.

Prouer. 20.

Matth 6.

1. *Ioan.* 1.

nostræ incertæ sunt, & ignotæ, siue per certitudinem euidentiæ, siue per assensum fidei Catholicæ. Stultum porro videtur ei rei certò fidere, quam certo te habere nescias. Deinde non sunt puræ, & integræ, sed admixtæ multis maculis, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ: Et, *Quis potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato?* Et quis non debet dicere, *Dimitte nobis debita nostra? Et si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est.* Tertiò, iustitia nostra stabilis non est dum viuimus; potest enim amitti, si in Angelis suis Deus reperit prauitatem. Vnde Sapiens rectè monet: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua.* Et Apostolus: *Tu fide stas: noli altum sapere, sed time:* & alio loco, *Qui se existimat stare, videat ne cadat:* & Dominus in Apocalypsi: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Cum ergo iustitia nostra periculo perditionis exposita sit, nemo potest illi, sine timore niti: & quantū accedit timoris, tantum decedit confidentiæ. Memores debemus esse Angelorū, & primorū parentū, qui ex tanto dignitatis fastigio ceciderunt: debemus etiam meminisse Dauidis, & B. Petri, qui in magna flagitia, à Deo destituti, collapsi sunt. Quartò, quia nostra iustitia nondū est examinata & à vero iudice probata, qui ait: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Tum mula, *quæ hominibus alta sunt, abominabilia erunt apud Deum:* & quæ nobis videntur argentū, & aurū, erunt scoria, & lutum. Propterea ait Apostol. *Non qui se ipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat.* Et alio in loco: *Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die; sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuiq; à Deo.* Vides Paulum aliorum, & proprium etiam iudiciū cōtemnere de se ipso, & tunc tantum futuram cuique laudem, cum commēdatus & probatus fuerit à Deo.

Tertia ratio.

Iob. 4.

Eccli. 27.

Rom. 11.

1. *Cor.* 10.

Apocal. 3.

Iſaiæ 14.

Gen. 1.

2. *Reg.* 11. & 24.

Matth. 26.

Quarta ratio.

Pſalm. 74.

Luc. 16.

2. *Cor.* 10.

2. *Corin.* 4.

Sed huic regulæ non præiudicat quod ad Dei laudem interdum bona nostra merita detegamus, vt fecit Mater Domini, dicens: *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius*; vel ad populi vtilitatem, vt Paulus fecit, qui enarratis suis laudibus dicebat, *Factus sum insipiens: vos me coëgistis*; vel cum in aliquam incidimus tribulationem, vel cum morte imminente ad erigendam spem nostram in memoriā reducimus benefacta nostra, vt exemplo Ezechiæ, & Pauli comprobauimus. Etsi autem minimè expediat honestis nostris actionibus niti ob dictas causssas; tamen hoc ipsa bona opera efficiunt, vt quo plura sunt, & maiora, eo maiorem de Deo, & bonitate, & misericordia eius confidētiam in nobis operentur: ita vt in illis tanquam de Dei donis liceat secundario confidere: sicut in fide, & Sacramētis ad sanctificationem nostram institutis, & in alijs seruorum Dei precibus, & sacrificijs, sicut & in Sanctorum, qui cum Christo regnant, meritis, ac patrocinijs.

21 Quibus tantum in rebus nobis cōcessum sit propria merita recensere.

Luc. 1.

2. *Cor.* 12.

2. *Tim.* 4.

Iſa. 38.

22 Secunda regula sit de gratiarū actione: Non solum licet gratias agere Deo, sed etiam ad illas indesinenter præstandas lege Dei tenemur. Est enim census, qui Domino nostro & conditori perpetuo pendendus est: modo gratias non tantum voce, sed etiam corde agamus, ne de nobis dicatur: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me:* existimando nos ex nobis nihil boni habere, vel ex meritis proprijs, sed ex gratia Dei, neque de ipsa gratia, aut bonis meritis; aut denique de ipsa gratiarum actione vllam gloriationis, aut inflationis laudem affectādo; aut illa dona inaniter iactando, & occultorum delictorum remissionem suppliciter postulando, neque in corde nostro, aut sermone cuiquam nos præferendo; & acceptorum donorum conseruationem à Deo ambiendo, cum nos instar adolescētioris prodigi ad illa dissipandum, & perdendum apti, & procliues simus. Vbi quicquam horum nostræ gratiarum actioni

Regula secūda humilitatis.

Cēlum Deus à nobis quē requirat.

Iſa. 29.

Matth. 15.

Perfecta gratiarum actio in quo consistat.

Luc. 15.

actioni defuerit, vitiosa profectò fuerit, aut saltem imperfecta.

23 Regula tertia humilitatis. Vsurpet Dei iudiciũ quis *Psal.* 61.

Tertia regula sit de iudicio aliorum: Nemo debet aliũ peccatorem iam deploratum iudicare, vel illi se conferre, quia vsurpat Dei iudicium, & ignota iudicat: & nemo est bonus iudex in propria causa. *Nam mendaces filij hominum in statera:* vt ait Dauid: & alia quidẽ statera nostra flagitia, alia vero aliena delicta ponderamus. Nam grauissima quęque scelera nostra amor ille quo nos ipsos diligimus, leuia, & venialia facit; aliena vero vel leuissima, odium, aut liuor, quo ad illorum auctores affecti sumus, ingentia, & vix expiatione, vel remissione digna reddere solet. Nec est quod non peccans infletur in peccãtem: quia, vt rectè dixit B. Augustinus, Nullum est peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere alter. Propterea rectè dictum est à Domino: *Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Omnes igitur comparationes ad excusanda delicta nostra diligenter, & sedulo vitemus, quia vt dicitur in Ecclesiastico, *Peccator homo vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem.*

Philautiæ proprium quid.

B. Augu. lib 50. homiliarũ, hom. 23. circa med. tomo 10.

Homo si desit rector, à quo factus est homo. Sicilie. *Matth. 7. Eccli. 32.*

24 Regula quarta humilitatis.

Quarta regula sit de iudicio bonorũ, vel malorum operum, quæ proximus operatur: nam certa proximi bona, maiora debes æstimare in oculis tuis, certa autem mala, minora. Dubia bona pro certis habere debes, dubia verò mala non debes illorum auctori certò adscribere, sed eo loco illum habere, ac si nihil mali operatus sit. Contra verò de nobis, si nos ex charitate diligimus, sentire debemus: nostra enim certa mala, maiora ducere debemus; certa vero bona nostra, minora: dubia mala, vera; dubia bona, pro nullis habere expedit; vt ita humilitatem colamus, & seruemus.

25 Regula quinta. *1. Cor. 4.* Nemo in propria causa bonus iudex.

Quinta regula sit de iudicio sui ipsius. Nemo enim se debet certò iudicare bonum propter opera quæ facit, quia hoc iudicium est Dei solius, vt ait Apostolus, & nemo est bonus iudex in propria causa. Et licet magna sit gloria testimonium conscientię: quia tamen multa latent occulta; propterea rectè dicebat: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Propterea iustus quisque se pro iniusto, & peccatore habere potest: tum quia talis est natura sua: vnde Paulus se peccatorum primum vocat: tum quia latere potest aliquod occultũ, vel alienum delictum, de quo sit orandum; *Ab occultis meis munda me; & ab alienis parce seruo tuo. Qui autem offenderit in vno, factus est omnium reus.* Iustus etiam quilibet multa peccat per omissionem, eo quod ex talento credito nõ tantum lucrum reportet. Ob quam rationem instituit in alia parabola suos dicere, *Cum fecerint omnia quæ præcepta sunt illis, serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus.* Deus igitur, vt amplius eluias, & sitias iustitiam, & vt in timore Domini perseueres, & per humilitatis virtutem augearis; voluit vt iustus quisque pro peccatore se gerat. Quod pulchrè expressit Iob illis verbis: *Si iustificare me voluero, os meum condẽnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.* Hoc est, vt eleganter exponit B. Gregorius, Si iustitia, & simplicitate prædituς fuero, geram me ad similitudinẽ ignorantis meam iustitiam, & pro peccatore me habebo, nihil propterea tribuens mihi. Qui loquendi tropus etiã apud Ethnicos iguotus nõ fuit. Dicitur enim apud Comicum:

2. Cor. 1. 1. Cor. 4. Iustus pro iusto ac peccatore cur se gerere debeat *1. Tim. 1. Psal. 18. Iaco. 2. Matth. 25. Luc. 17. Matth. 5. Iob. 9.* Illud Iob: Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, quid significet. *B. Gregor. lib. 9. Mora. c. 17. tom. 1.*

Tu pol si sapis, quod scis, nescias, neque de Eunucho, neque de vitio virginis. *Terent. in Andria.*

Id est, si sapiens fueris, meo consilio, quod scis, profiteberis te nescire, & geres te quasi ignores Eunuchum, & vitiũ virginis.

26 Regula sexta humilitatis.

Sexta regula sit, de assensu nostro, & operatione cũ Deo. Vult Deus, ita omnia quæ possumus ex parte nostra, præstari, ac si solis, & proprijs viribus nostris omnia essent peragenda: vult præterea nos agnoscere, nihil nos posse sine ipsius gratia, & ita omnia illi esse adscribenda, ac si ipse solus in nobis operaretur. Quam regulam vt exemplo aliquo illustremus, finge nauem aliquã à nobis

Ioan. 15.

Eadẽ triplici illustratur exemplo.

Primũ exemplum de naui.

nobis fabricatam, & omnibus necessarijs ad nauigationem munitam, & instructam: adde etiam, illam iam mercibus, & nautis, & commeatu præparatã, & in procinctu esse ad soluendũ è portu: profectò illa sine vento nauigabit nunquam, & sine aura flante ad portum optatum minimè perueniet. Vides hic omnia homines preparasse, præter ventum, quem solus Dominus mittit, & qui nauim reuera ducit in portum. Accipe iam & alia Scripturarum exempla. Præcepit Dominus Gedeoni congregare exercitum: ex illo eiecit timidos omnes, & qui eo anno vxores duxissent, aut vineam plantassent, aut domum nouam ædificassent iuxta legis præscriptum; rursus ex fortibus tãtum trecentos viros, qui manu aquam hauriebant, cæteris omnibus dimissis delegit, qui manibus tenentes lagenam cum facibus, & altera manu tubã personantes, hostes aggressi sunt, quibus victoriam Dominus contulit: nam omnia illa parum ad pugnam faciebant, nisi Dominus immisisset timorem in castra Madianitarum. Rursus præcepit Dominus ad euertendam ciuitatem Iericho, vt exercitus armatus septies ciuitatem circumdaret, sacerdotibus tubam sonantibus, quasi ipsi essent pugnaturi, & victoriam assecuturi: cum tamen voluntate Domini muri Hiericho corruerint, & victoriam populo suo tribuerit Deus. Ad hunc ergo modum nos in assequenda iustificationis gratia, siue in obseruantia Diuinæ legis, siue in magna aliqua tribulatione superanda, siue in vita æterna comparanda, siue in officio, & ministerio vocationis cuiusque præstando, ita nos ipsos gerere debemus, ac si omnia nobis efficienda essent, & nostris viribus præstanda: rursus ita quæcunque fecimus, aut ex nobis præstitimus, respicere debemus, ac si nihil ad illa deseruirent, nihilque esse essent: sed tantum ad Diuinæ gratiæ auxilium, Deique spiritum est animus erigendus, ac si ille solus pro sua bona voluntate omnia sit in nobis operatus, & quæcunque volumus, conceserit.

Secundum exemplum. *Iudic. 7.*

Tertiũ exemplum. *Iosue 6.*

Septima, & postrema regula sit, de quibusdam se ipsos interdum laudantibus, aut virtutes suas proferentibus: nõ esse omnes continuò vituperandos, aut damnandos. Quidam enim sunt, qui bona merita sua tanquam Dei dona agnoscentes, illa ad Dei laudem, aut ad proximorum salutem, aut ad spem nostrã in Deum erigendam depromunt: quod a vitio non tantum est alienum, sed etiam summa cum gratiarum actionis, & humilitatis virtute coniunctum: & ita egregiè dixit Gregorius: *In auribus Dei superba non sunt, quæ humili corde proferuntur.* Hinc Bernardus in Cantica: *Nec enim illa,* inquit, *gratiarũ actio (si bene recolis Euangelium) gratiorem eum (scilicet Pharisæum) fecit. Quare? Quia quicquid in ore deuotum sonuerit, cordis non sufficit excusare tumorem apud eum, qui alta à longe cognoscit.* Infrà: *Magna, & rara virtus profectò est, vt magna licet operantẽ, magnum te nescias, & manifestam omnibus, tuam te solum latère sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Fidelis re vera famulus es, si de multa gloria domini tui, etsi non exeunte exte, tamẽ transeunte per te, nil tuis manibus adhærere contingat. Tunc iuxta Prophetam proijcis auaritiam ex calumnia, & excutis manus tuas ab omni munere.* Idem libro De gradibus humilitatis, loquens de Pharisæo: *Dum in se,* ait, *singulariter exultat, in alijs arroganter insultat. Dauid autem aliter. Ait enim: Omnis homo mendax. Neminẽ excipit, ne quem decipiat, sciens, quia omnes peccauerunt, & omnes egent gloria Dei. Pharisæus se solum decipit, quem solum excipit, dum cæteros damnat. Propheta se nõ excipit à communi miseria, ne excipiatur à misericordia. Pharisæus exsufflat misericordiam, dum dissimulat miseriam.*

27 Regula septima humilitatis.

Grego. li. 12 Moral. c. 16 tomo 1. Bernar. ser. 13. super Cãtica, initio. Psalm. 137. Magna, & rara virtus quæ teste Bernardo.

Isa. 33. Proijcere auaritiam & calumniã, & excutere manus suas ab omni munere, iuxta Prophetã quid. *Idem Bernard. Psal. 115. Rom. 3.*

Hactenus Bernardus. Has igitur regulas si bene intellectas diligenter obseruemus, non dubito in via Dei magnos nos progressus facturos, & magnam nos tùm in præsenti, tùm in futura vita exaltationem apud Deum iustum remuneratorem consecuturos, præstãte Do-

mino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

TRACTATVS XXXIII.

In parabolam vineæ, & operariorum ad eam colendam sub mercede denarij conductorum: & habetur tantum apud Matthæum cap. 20.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamiliàs, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam, &c.

1 Quæ tria parabolam aliquã reddant intellectu difficilem.

Non semel in superioribus diximus, parabolas ex tribus capitibus difficultatem habere. Primò quidem ex scopo, qui non satis interdum coniectari potest. Deinde ex cortice ipsius similitudinis, quæ non satis nobis nota est, aut, etsi nota sit; non satis apprehenditur quò tendat. Postremò ex ipso sensu spirituali, & interno, & potissimũ à Spiritu sancto intento, quem multi non satis assequi valẽt: quia similitudines corporum & comparationes non possunt præcise rerum spiritualium proprietates repræsentare: & si in parte aliqua seruiunt, in multis tamen sunt dissimiles: nam vt verba minus perfectè res repræsentant in illo verborum idiomate, sed deficiunt in multis: ita res sensibiles in hoc rerum idiomate spiritualia ad plenum explicare nequeunt.

2 Quid sibi Dominus proposuit in hac parabola.

Scopus igitur præsentis parabolæ ex verbis postremis 19. capitis Matthæi venandus est. Cùm enim dixisset Dominus Apostolos sessuros tanquam iudices in duodecim sedibus, iudicãtes secũ duodecim tribus Israel (vbi illos præferebat Patribus & Prophetis) & centuplum accepturos eos, qui patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut domum, vel fratres, aut sorores, aut agros propter suum nomẽ reliquissent, cogitari poterat, quòd qui plus relinqueret, plus acciperet, & ita melior esset conditio diuitum, quàm pauperum, de quorum numero Petrus cum Apostolis erat. Proinde vt huic occurrat intelligentiæ, subiungit, quòd multi nouissimi in hac vita, quod ad facultates, & honores attinet, erunt primi in alia. Nota verbum, Multi, non omnes: non enim omnes operarij suo vitio existunt, contrà verò, multi primi in honoribus, & bonis temporalibus nouissimi erunt in futura vita: quia Deus nõ pensat quantum censum, sed ex quanto affectu quisque propter eum sua relinquat.

Deus quid expendat in donis sibi oblatis.

Quanquã alij probabilius existimẽt, non esse huius loci, & parabolæ scopũ talem, sed tantummodò multos tempore nouissimos, dignitate gratiæ & præmij primos futuros: & contrà multos vocatione primos, futuros postremos. Quam conclusionem proponit, & per parabolam explicat dicens cum coniunctione causſam reddente, quæ in Græco textu habetur Γάρ, & in quibusdam etiam emendatis codicibus Latinis dicitur: *Simile enim est regnum cœlorum.* Et rursus concludit: *Sic erunt nouissimi, primi, & primi, nouissimi.*

3 Alter sensus cõgruentior.

Est igitur scopus aperta quædam cõparatio ministrorum Noui Testamenti ad ministros Veteris, in qua veteris illius legis ministris hosce ministros nouæ præfert, iuxta illud Pauli: *Si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodò non magis ministratio spiritus erit in gloria?* Rursus, *Qui idoneos nos fecit ministros Noui Testamenti, non literæ, sed spiritus:* & Dominus, *Beati oculi qui vident quæ vos videtis: dico enim vobis, quòd multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.* Et quod hic sit sermo de ministris Noui Testamenti, constat ex

2. Cor. 3. Exod. 34.

4

2. Cor. 3. Luc. 10.

voce operariorum, de qua Dominus in Euangelio: *Dignus est operarius mercede sua.* Et Paulus, *Dei enim sumus adiutores*, siue, vt Græca vox habet, cooperarij, & Ioannes in tertia sua Canonica Epistola: *Vt cooperatores simus veritatis.* Idem etiam patet ex distinctione operariorum ad vineam, quæ domus Israël est, siue Ecclesia, missorum. Et refert hoc magnopere cognoscere, non solum propter ministros, vt proposito tanto præmio, & honore pro tam modico, & exiguo labore alacriter laborare adnitantur, sed etiam propter ipsam plebem: quia quæ est proportio ministrorum ad ministros, eadem est plebis ad plebem. Nam plebs Christiana debet esse suo modo perfecta, ad quod Ioannes missus est, nimirum vt pararet Domino plebem perfectam: & Apostolus ad Colossenses, *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.*

Ibidem, & Matth. 10.

1. Cor. 3.

Vinea quæ mystice.

Luc. 1.

Coloss. 1.

5 Quorundam interpretatio minus apposita.

Quod igitur quidam asserunt, ob id quod illa sententia: *Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi: & sunt primi qui erãt nouissimi*, qua Dominus apud Lucam vtitur ad significandum Gentes in regno cœlorum præferendas Iudæis, & tunc contra qui erant primi, id est, filios regni, expellendos de regno: quia ibi ad literam est sermo de Gẽtibus, & Iudæis; ac proinde idem significari hoc loco, non satis euincit. Quia nouum non est in Euangelio, neque insolitum, Dominum generales quasdam sententias ad diuersos scopos applicuisse: non tamen propterea idem hic dicere voluit, quod publicani, & meretrices debeant præcedere Scribas, & Pharisæos in regno Dei, Ethnici Iudæos, pauperes & abiecti diuites & honoratos. Nam hæc ipsa intelligentia cum parabola conuenire non videtur, in qua nouissimos docet æquandos primis, & primos nouissimis in vltima retributione: sed quod prius diximus, verè parabolæ intelligentiæ est magis consentaneum. Et eodẽ in sensu accipitur illa propositio parabolæ: *Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi primi.* Intelligenda est enim in epiparabola, quando concludit: *Sic erunt*

Luc. 13. Matth. 8.

Generalibus in dictis plures sæpe sensus Dominus cõplecti solebat.

Matth. 9.

Ipsa 19.

nouissimi, primi, & primi nouissimi. Non negabo tamen, præter sensum literalem, & principalem, posse optimè hanc parabolam accipere sensum allegoricũ, & mysticum de populo Gentili, & Iudæorum, eo modo, quo sæpe admonuimus in parabolis delitescere quandoq; pulchras allegorias, quę cum ipsa litera mirificè quadrare deprehenduntur, & talis est ista hoc loco. Hęc satis sint de scopo.

6 Parabolæ operariorum sensus historicus.

Quod ad corticẽ attinet, ponitur quidam pater familias cõlendi vineã suam studiosus, hora conuenienti ad laborãdum, hoc est, primo mane conduxisse aliquot operarios, qui prima hora cœperũt laborare, & alios, qui ab hora tertia; qui dicuntur stantes in foro otiosi, quia, iuxta morem, tales in loco publico se exhibent; vt ad labores conducantur ab his, qui eorum opera indigẽt. Vt autem declararet liberalitatem suã, voluit alijs etiam horis, id est, sexta, nona, & vndecima alios operarios mittere in vineam. Sed quoniam hæc liberalitas nota non fuisset primis operarijs, si ab illis cœpisset soluere, quia accepto suo denario statim discessissent, fingitur à nouissimis cœpisse pactam pecuniã pẽdere: ex quo alij occasionem murmurandi acceperunt, videtes se, qui tota die laborauerant, nihilo plus eis accepisse. Sed pater familias illos iuste reprehẽdit, suamque iustitiam erga illos obseruatam ostendit, dum ait: *Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade.* Rursus liberalitatem erga nouissimos commendans, ait: *Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Et ita primi, sunt nouissimi: & contra nouissimi, primi.*

7 Dies olim apud Romanos, & etiam Iudæos quot horis constaret.

In huius parabolæ cortice præmittendum est, diem non tantum apud Romanos, sed etiam apud Iudæos duodecim horas habuisse, siue dies essent longi, siue breues, siue æquales. Vnde & alibi dixit Dominus: *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Et ita qui vndecima hora vocati sunt, per vnam tantum horam laborauerunt. Erant autem

Ioan. 11.

quatuor præcipuæ diei partes, & totidem noctis: ideo hic fit mentio primæ, tertiæ, sextæ, & nonæ, de quibus in passionis Dominicæ mysterio fit mentio. Nox quoque quatuor habebat vigilias, de quibus Marc. 13. *Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane.)*

8

Annua merces quæ, & denarius diurnus.

Quod vero ait, *Ex denario diurno*, Græcè dicitur, ἐξ δηναρίου τὴν ἡμέραν, & supplenda est præpositio κατὰ, id est, denario secundum diem: quod rectè Latinus interpres vertit, ex denario diurno. Vt enim annuam mercedem vocamus, quæ pro totius anni labore persoluitur; ita denarius diurnus, qui pro vnius diei opera ex pacto penditur. Dictus est autem denarius, quod decem asses æreos valeret, & hæc moneta respondet nostro Iulio, vel Caroleno: & decem denarij conficiunt monetæ ducatum.

Denarius quare sic dictus.

9

Erasmi minus cõmoda translatio reijcitur in illud: Conuentione autem facta, &c. *Psa.* 18. *Psalm.* 117. *Ioan.* 8. *Infra* 9. 1. *Thess.* 5.

Quod dicitur: *Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno*, Erasmus male transtulit: Conuentione autẽ facta cum operarijs in singulos dies ex denario, misit eos: quia mutat diem in dies; & mysticum sensum corrumpit: est enim hic dies, de quo Dauid; *Dies diei eructat verbum*; Et, *Hæc dies quam fecit Dominus*; Et ipse Dominus, *Abraham exultauit vt videret diẽ meum: & vidit, & gauisus est*; Et, *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est*. Et Apostolus ad Thessalonicenses, *Omnes vos filij estis lucis, & filij diei*, illius scilicet, in qua vocati sunt operarij ad excolẽdam vineam Domini. Diei igitur vni multis horis distinctæ comparat hæc parabola totum vitæ nostræ cursum. Et æternæ vitæ præmium in denario adumbratum docet vnius diei labori respondere, iuxta illud: *Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. Quemadmodum etiam Propheta vitam hominis, vel secunda rerum humanarum euenta vni diei mane & vespere constãti assimilat, psalm. 89. Τὸ πρωὶ ὡσεὶ χλόη παρέλθοι: τὸ πρωὶ ἀνθήσαι, καὶ παρέλθοι, ἑσπέρας ἀποπέσοι: σκληρυνθείη, καὶ ξυρανθείη. Hoc est: *Mane velut herba virens proueniat, vel exurgat: mane floreat & transeat, vel euanescat, vespere languescat, vel decidat, induret, & arescat.* A principio enim homo proficit, & perficitur ad modum herbæ florentis, quæ postquam mane floruit, ad vesperam deficit, & vigorem perdit: quia homo postquam floruerit, & adeptus fuerit iustam, in vitæ medio perfectionem, efficitur aridus, & senio contabescens.

Qualis vita hominis, qualisue sit humana prosperitas, teste Propheta.

2. *Cor.* 4.

10

Erasmus. Πρωὶ Græcis quid.

Quod ait, *Primo mane*, Erasmus vertit, primo statim diluculo: Græca habent, ἅμα πρωΐ, & significat simul, vna protinus, statimve, & eodem tempore: & πρωὶ Græcis dicitur quicquid interualli temporis post galli cantum vsque ad solis exortum. Et ita significat, patrẽ familias summo mane egressum ad cõducendas operas, vel operarios. Et geminatum πρωὶ πρωΐ denotat celeriter velociter, iuxta illud, *Adiuuabit eã Deus mane diluculo, vel celeriter velociter.* *Psalm.* 45.

Romani Imperij monstrum Heliogabalus, quæ eius insignis erat stultitia, diem in noctem, noctem rursus vertebat in diem. *Aeli. Lamprid.* *Seneca lib.* 22 *Epist.* 24 *initio.*

Quod dicitur: *Cum venissent qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios*, Græca habent, accepérunt singuli denarium, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, id est, æqua portione denarium: nam illa præpositio ἀνὰ, inter alia significat proportionem, vnde & analogia deriuatur. Vt medici nostri temporis quoties in conficiendis pharmacis anà dictitare solent, æquam portionem miscendorum simplicium accipiendã intelligi volunt. Et vtitur Lucas. cap. 9. in hoc significatu, Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα: id est, Facite eos discumbere singulo discubitu per quinquagenos. Et Apocalyp. 21. *Et duodecim porta, duodecim margaritæ sunt: Ανὰ εἷς ἑκάστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου: Et singulæ portæ ex singulis margaritis.* Et Ioan. 2. Ανὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς χωρούσας ἑκάστην: id est, hydriæ capientes singulæ binas, vel ternas metretas æquali mensura. Ita hoc loco accipitur ἀνὰ δηνάριον, id est, singuli denarium, & quisque portionem æqualem præmij cum altero.

Anà Græcis quid.

Anà dictitare meditis hodie quid sit.

Ex hoc autem cortice parabolæ medelam

11

Ex cortice huius parabolæ de operarijs conductis documenta spiritalia quẽdã posimus elicere. *Apoc.* 22. Primum documentum.

delam aliquam spiritualem elicere possumus; quemadmodum ex corticibus plantarum ad corporum nostrorum salubritatem medicinale aliquod pharmacum eruere consueuimus. Cortex enim ligni Scripturæ sacræ, sicut & folia sunt ad sanitatem Gentium, vt ait Ioannes in Apocalypsi. Primũ ergo ex cortice vtile diluculo surgendi exemplum eruimus, quod sanitati corporis, & studijs philosophiæ, & curis rei domesticæ, teste etiam Aristotele in libro œconomico, valde conducit. Vnde mirandum est, olim quosdam magnos Principes extitisse, hodieque habere imitatores, qui naturæ ordinem inuertentes, diem in noctem, & noctem in diem, eo quo poterant modo commutarunt: vt Heliogabalus, horrendum Romani imperij monstrum, teste Aelio Lampridio faciebat, qui per totum diem somno, crapulæ, & voluptatibus obscœnis vacans, appetente nocte salutari volebat, & negotia, tùm publica, tùm priuata vsq; ad auroram tractabat. Tales extitisse quosdam suo tempore Seneca cõqueritur, salutans illos irridens, quod vt Sol diem nobis accumbit, alijs, qui Antipodes dicuntur, diem facit: ita, quasi essent ex illis, qui sub pedibus nostris sunt, volebant tunc negotiari. In quos detorquebat carmen illud Virgilianum de Sole:

Virgil lib. 1. *Georg.*

Nosque vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,
Illis sera rubens ostendit lumina vesper.

Principes tenebrarũ qui rectè dicãtur.

Sed pulchrè quidã magnus vir hos qui tenebris hisce delectãtur, vocabat Principes tenebrarum.

12

Secundum documen. *Eccli.* 33.

Docemur deinde, otium reprehensibile esse: *Quid hic*, inquit, *statis, vel sletistis tota die otiosi?* & Sapiens ait; *Multam malitiam docuit otiositas.* Inde enim desideria mala, egestas, latrocinia, rapinæ, spectacula, detractiones, lusus, scortationes, omnia denique peccata ortum habẽt. Rectè proinde dictum est à quodam: *Impossibile est semper nihil agentem bene agere.* Est autem otiosus, quisquis ab eo quod debet præstare, semotus, aliena, & quæ ad se minimè spectant, curat. Ideo otiosi sunt Episcopi, qui relicto grege suo, ad quem pascendum, & præsentia sua consolandum lege naturali, & ecclesiastica tenentur, in aulis Principum volunt consenescere, profana & secularia negotia sedulo tractantes. Et cum istis possit dici; *Quid hic statis tota die otiosi?* non possunt respondere, *Quia nemo nos conduxit*, cum à Deo ad vineam suam colendã conducti sint, & vt ille dixit, *Præstat otiosum esse, quam nihil agere* (quod Plinius epist. 9. ex Attilio eruditissimo, & facetissimo viro citat) id est; quam res nullius momenti, & friuolas tractare: vt qui totum diem forticibus assumptis; chartæ pro libidine scindendæ vacaret, res nullius momenti ageret, & deterior esset otioso. Ad hũc modum Episcopi, qui ingenio, & prudentia valent, & dimisso grege implicant se secularibus Regum negotijs, omisso eo quod à Principe Regum omnium acceperunt, profectò deteriores sunt, quam si otio indulgerent. Nam etsi tales aliquid sibi efficere videantur, quod Reipublicæ sit conducibile, intelligant tamen quod dixit Bernardus; *Ingratũ esse Spiritui sancto quicquid ei obtulerint, neglecto eo ad quod tenentur.*

Otiosi Episcopi quinã.

Id: Præstat otiosum esse, quàm nihil agere, quid significet. *Plin. Nouo comment.*

Qui nihil agant otioli.

2. *Tim.* 2.

Bernard. Ingrata quæ Spiritui sancto oblatio, teste Bernardo.

Tertio instruimur, nos esse natos ad laborem, & ad operandum, vt docet Adam in paradiso positus, vt operaretur terram; & maximè vacandum est honesto, & iusto labori, vt agriculturæ, piscaturæ, pascendis gregibus, & armentis, & similibus artibus, quas natura ad necessitatem docuit. Hinc olim antiqui Patres, & Hebræi, & Gentiles, præsertim Romani, etsi magni essent in administranda, tum in bello tum in pace Republica, non dedignabantur tamen terram colere: vnde quidam ex aratro vocati sunt ad Dictaturam: quemadmodũ Saul quærens asinas patris sui perditas, & Dauid de gregibus ouium, & de post fœtantes assumpti sunt ad regnum. Modò autem illicitas, & periculosas artes magna pars hominum sequitur: omnes enim aut mercaturæ, aut militiæ, aut aduocationi, aut vitæ aulicæ, aut denique mutuãdi arti sub fœnore, aut numulariorum industriæ, quæ cũ summo

Gen. 3.

Tertium documentum. Artibus quibus maxime vacandũ sit.

1. *Reg.* 9. *Infra* 10. *Psal.* 77. & 2. *Reg.* 16.

Otij pernicies.

Otiosus quis.

Christianis hominibus indignæ artes & studia. Quartũ documentum.

otio

otio coniunctę sunt, & lucrum magnũ pariunt, incumbũt. Nihil dicam de his, qui vt mollius, & delicatius sine labore viuant, Ecclesiastica munera, aut vitam Religiosam consectantur, quorum multi sub prętextu pietatis aucupium faciunt venandi maiores dignitates, & ad excelsos Ecclesię gradus ascendendi, & suos ex Christi patrimonio ditandi.

14 Quartum documentum.

Quartò instruimur, mercenarijs, & famulis mercedem pactam soluere: qua in re grauissimè hodie peccatur à multis, qui vel non reddunt quod pepigerunt, vel ex parte defraudant, vel in longum differunt solutionem, vel denique, nisi magistratus sententia cogantur, nõ soluunt. Cum tamen dixerit Spiritus sanctus; *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane*, & Iacobus; *Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.*

Leuit. 19.

Iacob. 5.

15 Quintum documentum.

Quintò docemur, nõ solum nos omnibus iustos exhibere, id est, reddentes vnicuique quod suum est: quod omni tempore præceptum fuit, sed etiam bonos, id est, munificos, & liberales ad proximos nos ostendere. Nam supererogare etiam supra quã debeas, id proprium Noui Testamenti, quod vnicam prædicat charitatem, & misericordiam, quæ nõ debitum, aut meritum, sed gratiam, & liberalitatem respicit. Nam ita Deus nobiscum agit, non respiciendo ad merita nostra, sed ad bonitatis, & liberalitatis suæ magnitudinem, tùm in condonandis peccatis, tùm in remunerandis bonis operibus supra condignũ, & meritum: cuius exemplo nos excitati, iniurias nobis illatas libenter condonare debemus, & omni nos petẽti propter Christum facilè tribuere, etiamsi illi minimè promeriti sint: Christus tamen in illis dignus est, qui à nobis omnia impetret. Et hactenus de præludijs huius mensæ.

Quid proprium Noui Testamenti.

Diuinæ beneficẽtiæ magnitudo.

16 Parabolæ operariorum spiritalis intelligentia.

Iam ad medullam huius parabolæ accedamus. In qua declarandum quis sit pater familias, quæ vinea, qui operarij, & quæ conductio. Quæ sint illę quinque vocationes distinctis horis factæ, & cur cum primis pepigerit sub certa mercede denarij. Cur vocatis tertia, sexta, & nona horis tantum promisit in genere: *Quodcunque iustum fuerit, dabo vobis*. Cur vocatis iuxta vndecimam horam, nihil promisit iuxta Latinam literam, etiamsi in Græcis codicibus habeatur idem quod in alijs tribus. Et cur primi non reprehenduntur de otio, neque alij, sed postremi tantum. Quis procurator vineæ, quæ sit merces denarij, quæ sit denique murmuratio, & quomodò sedata sit. Primò igitur pater familias, Deus pater est, qui Ecclesiam suam à se creatam non tantum vt Dominus, & Rex, sed etiam vt paterfamilias magna diligentia, & prouidentia curat. Insigni namque iustitia, & misericordia erga eam vtitur: nosque vt domesticos, & ciues tractat, iuxta illud: *Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei.* Est autem ingens gloria tali deseruire Patrifamilias: qui neminem decipere, sed omnes ample, & supra meritũ remunerare consuescit. Vinea vero aliud nihil est, quam ordinata series vitium ad producendum fructum vuæ, & vinũ inde cõficiendum: à quo, tanquam à fine vltimo, vinea dicitur. Et ita vinea dat quod edatur, & quod bibatur. Talis est Ecclesia Dei, quæ tanquam castrorum acies ordinata est: in qua peculiariter quiuis filius Ecclesiæ vitis est, ad producendũ fructum boni operis ordinatus. Sed principio quidem fructum edit acris vuæ, postea verò ob habitus bonos cõparatos, & gratię subsidium perfectum fructum vuæ maturę: deinde vero conficitur vinum dulce: ad hunc modum fidelis quisque fructum profert imperfectum, & cum carnis repugnantia, & quasi cum dolore parturiens. Deinde vbi profecerit, & gratiam auctiorem acceperit, fructum maturum cum spiritus dulcedine producit. Postremò qui rectè Domino fructificat, dignus est, qui vt vua conculcetur in torculari, vt vinum efficiat amoris patientis, siue patientię amantis, quo Deus potatur, & inebriatur.

Pater familias quis ille.

Ephes. 2.

Vinea quid sit, vnde dicatur, quid signet,

Cant. 6.

In vite, quinã apte designantur.

Eorum fructus dulcis, in quam vineam missi operarij a patrefamilias.

Etsi

16 *Gene. 4.* *Gregor. Homil. 19. in Euang. initio, tom. 2.* Alter sensus, congruentior. *Psal. 79.* *Isa. 5.*

Etsi autem per vineam tota possit ad literam Ecclesia intelligi, à primo Abel vsque ad vltimum electum, vt Magnus exponit Gregorius: videtur tamen proprius hoc loco accipienda Ecclesia, quę cœpit in Abraham. Cui rei Prophetę videntur concinere: ait enim Dauid de populo educto ex AEgypto: *Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.* Et Isaias: *Vinea Domini exercituum, domus Israël est: & vir Iuda, germen eius delectabile.* Scripturę etiam radicem Ecclesię, principium, siue stipitem Abraham faciunt, vnde & Christus filius Abrahę dicitur in Genealogia Matthei: & semen Abrahæ apud Paulum. Isaias autem, *Attendite*, inquit, *ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci vnde præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos*: & Zacharias: *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis*; & B. Virgo: *Sicut locutus est ad patres nostros, Abrahã & semini eius, in secula*, & Paulus denique ait: *Quid dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum*: & infra: *Vt sit pater circumcisionis, & credentiũ per præputium.* Nam etsi ante Abraham, electi, & fideles fuerint, & consequenter ecclesia Dei: tamen non erant ita deducti ad vnum ouile per externa sacramenta, & ordinẽ sacerdotij, & vnius capitis obedientiam, vt post Abraham esse cœperunt, sed erant tanquam vites dispersæ, antequam à Noë, qui primus vineam plantauit, in ordinem redigerentur. Est enim vinea, vti diximus, nihil aliud, quam ordinata series vitium, iuxta illud Poëtæ:

Matth. 1. *Rom. 11.* *Isa. 51.*

Luc. 1. *Ibidem.*

Rom. 4.

Ecclesiæ ante Abraham cum illa quæ post eũ fuit comparatio:

Gen. 9.

Virg. 1. Eclog.

Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.

Et vt oues antequam assumerentur ab Abel, & efficerent vnum ouile, erant quidem prius, sed sparsę, & sub nullius pastoris cura, & vt homines antequam ciuitates conderentur, in omni loco erant, sed non sub certæ alicuius regimine ciuitatis. Ab Abraham ergo cœpit Ecclesia magis esse distincta, quæ prius laxior, & sine signo erat externo: & cœpit esse quasi vinea quædam, & quasi ouile quoddam, & quasi ciuitas.

18 Quoti in vinea exitus patrisfamilias extiterint: eiusdem etiã vocationes operariorum externæ.

Tertiò quinque egressus patrisfamilias, & vocationes etiam externæ enumerantur, quæ de quadringentesimo in quadringentesimum annum computari possunt. Etsi enim Deus omni tempore ad se confugientem, & pœnitentiam ingemiscẽtem recipiat, iuxta illud: *Impius si egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est*, &c. *omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor*: tamen certis temporibus publicè & externè per pastores, Propheras, Apostolos, Martyres, Doctores, Religiosos, & reformatores vocare consueuit. Quia ita comparatum est, vt humana omnia primò quidem ferueant, deinde tepescant, & postremo algeant. Propterea ad Diuinam prouidentiam semper spectauit, vt operarios quosdam eximios, & singulares vineæ suę colendæ cultores, & vinitores destinaret. Diluculum ergo, siue prima hora, tempus illud Abrahæ fuit, cui vt primo operario vineæ dictum est: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Rursus: *Ego sum, & ponam pactum meum tecum, eritque pater multarum gentium.* Vt autem meliùs operaretur, dictum illi fuit: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi.* Et sub hora prima sunt Isaac, Iacob, Ioseph: & duodecim Patriarchæ computandi hora tertia. Nempe post quadringentos annos ab Abraham fuit tempus Mosis, sub quo ipse, & Aaron, & Iosue, & septuaginta Seniores, & Sacerdotes, & Leuitæ, & alij prophetantes in vineam missi sunt, & factum est pactum expressum de terra promissionis danda, & de decimis, & primitijs, & oblationibus; occultè verò de bonis spiritualibus æternis tãquam de denario, de quo apertius Moysi dictum: *Ego ostendam omne bonum tibi.* Hora sexta fuit post totidem alios annos tempus Dauidis, cui dictum est: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*: erantq; tunc greges Prophetarum: renouatus est diuinus cultus, constructum templum per filium eius Salomonem,

Dei erga ecclesiam suã mira semper prouidẽtia.

Per primam horam quid sit accipiendum. *Gen. 15.* *Infra 17.* *Rom. 4.* *Gen. 12.*

Act. 7. Sub horam primam qui fuerint.

Hora tertia qui venerint,

Exod. 33. Hora sexta quæ fuerit. *Psal. 131.*

3. *Reg.* 6. 1 *Paral.* 29. *& seq.*

Salomonem, quanquam ipse materiam templo necessariam præparauerit. Et ante hoc tempus, id est, ante Samuelem, erat sermo Domini rarus. Hora nona ab eo tempore computanda post alios penè quadringentos annos, tempore scilicet circa transmigrationem Babylonis: & tunc missi sunt multi operarij in vineam, vt Hieremias, Ezechiel, Daniel, Zacharias, Aggæus, Malachias, Esdras, Nehemias, Zorobabel, Iesus Iosedech filius: tunc reædificatum templum, & cultus renouatus, vineaque magis culta: tunc denique dictum est: *Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator quem vos quæritis, & Angelus Testamenti quem vos vultis.*

Quæ autem hora nona.

1. *Esd.* 9.

Malac. 3.

19

Hora vndecima fuit circa tempus aduentus Christi: tunc enim operarij erãt otiosi, quod reprehendens Dominus, dicebat: *Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines. Vos enim non intrastis, nec introeuntes sinitis intrare.* Ex dictis constare potest, quæ sit conductio sub mercede denarij, & qui sunt operarij. Sunt enim operarij, ministri, siue rectores ecclesiarum, siue illi, qui præficiuntur Rebuspublicis, siue ciuitatibus gubernandis: nam de his omnibus intelligi possunt verba Domini: *Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suã;* &, *Dignus est operarius mercede sua.* Vtinam intelligat Episcopus, Magistratus, Rex, Sacerdos, & Religiosus, quid est esse operarium in vinea Domini, & quorsum accipiat tam pingue stipendium, & quid proprie significet nomen Episcopi, id est, operantis, & alijs operantibus præfecti, de quo Apostolus ait: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Vtinam intelligat, operarium esse propter vineam, non vineam propter operarium. Vtinam intelligat vineã non esse suam, sed suæ curæ commendatam, vt de ea quasi locata rationem reddere meditetur. Conductio autem, est inuitatio ad laborandum tota die, hoc est, per totam vitam sub spe remunerationis vitæ æternæ. Sed hæc ratio mercedis vitæ æternæ non tollit iustificationem gratuitam: ait enim hoc loco B. Hilarius: *Merces quidem ex domo nulla est, quia debetur ex opere: sed gratuitam Deus omnibus ex fidei iustificatione donauit.* Hæc ille, significans gratis donari, sine merito, vnde tendamus ad meritum.

Quæ fuerit hora vndecima.

Matth. 23. Quos miserit paterfamilias operatios in vineam suã.

Matth. 9. *Luc.* 10. *Ibidem.* *Matth.* 10.

Nomen Episcopi quid sonet.

1. *Tim.* 3.

Conductio Operariorum quid.

Hilar. Can. 20. *in Matth.*

20

Obijcies: Licet ergo operari propter meritum: at hoc mercenarium, & illiberale est, præsertim cum operari sine gratia Dei non sit operari: cum gratia vero qui operatur, non solet respicere ad meritum. Sed dicendum est, id maximè licere, vt exempla Sanctorum testantur. Petrus enim dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* & de Moyse testatur Apostolus, quod respiciebat ad remunerationem, & Dauid inclinabat cor suum ad faciendas iustificationes in æternum propter retributionem: & Paulus, *Bonum*, inquit, *certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* Et Christus reprehendit Iudæos, qui gloriam ab inuicem, & non illam quæ à solo Deo est, quærerent. Et præterea fides his verbis ab Apostolo describitur, *Substantia rerum sperandarum.* Fides ergo præmium æternum quod speramus, respicit. Externus quidam vates recte dixit:

Quod liceat propter meritum operari exemplo sanctorum.

Matth. 19. *Hebr.* 11. *Psal.* 118.

2. *Tim.* 4.

Ioan. 5.

Hebr. 11. Fidei obiectum.

Quis enim virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas?

Iuuenal. sat. 10.

Ad hæc, si sanctum est, & licitum ob præterita, & hactenus recepta beneficia Deum colere, eiusque seruitutẽ amplecti; quidni multo magis idẽ liceat ob futura, & quæ maioris ponderis, & momenti sunt munera?

21 Vilis mercenarius quis.

Matth. 6. *Luc.* 16.

Mercenarius igitur reprehensibilis ille tantum est, qui ad lucra tantum temporaria spectat, & de quo Dominus: *Receperunt mercedem suam.* Et quod dictum est Epulonì: *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua.* Qui autem mercedem æternam, & ipso operante digniorem respicit, vilis mercenarius non est: nam eiusmodi præmium tale est, vt sua natura inuitet paruulos, & incipientes ad exeũdum ex mystica peccati Ægypto, sustentat proficientes, vt per hunc modum

dum tanquam per desertum quoddam trãseant, perfectos consolatur, qui non curãt ob id perdere facultates suas, sciẽtes quòd maiora bona eos manent. Diligenda ergo gloria æterna est propter nos, sed ita, vt nos, & omnia propter Deum diligamus, qui tandem tota est merces nostra, secundum illud: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Et iterum: *Ecce venio citò: & merces mea mecum est.*

Vita æterna nobis quatenus diligenda sit.

Gen. 15.

Apoc. 22.

22

Supereſt vt declaremus, quare vocatis prima hora, certum mercedis præmium promiserit, alijs verò vocatis hora tertia, sexta, & nona, in genere tantũ promisit quod iustum est, postremis verò nihil? Sed non est ignorandum, varia esse hominum genera, & quosdam quidem tanquam paruulos non nisi sub certa mercede pacta ad operandum excitari: quales in genere fuerunt patres in lege Naturæ degentes. Alij verò sunt proficientes, quibus satis est in genere certo statuere, Deum esse iustum remuneratorem: apud quem nullum vt opus iniquum remanet impunitum, ita & nullum bonum opus absque remuneratione: de quo Paulus: *Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quã ostendistis in nomine ipsius.* Postremò alij sunt viri perfecti, qui nihil pacisci volentes, Diuinæ tantùm bonitati & clementiæ confidunt: & isti digni fuerunt maius præmium accipere. Quemadmodum in domo Principum qui familiariter in cubiculo Principis seruiunt, nullum certum habent stipendium, quemadmodum muliones, & coqui, sed toti pendent ex voluntate, & munificentia domini: tales sunt viri Noui Testamenti, qui magnitudine charitatis Dei, & multitudine beneficiorum Christi obruti, oculũ claudũt ad quodcunque præmium, siue æternum, siue temporale: ita vt si demus (quod tamẽ fieri nequit) nullam futuram præmiũ, non propterea & maxima operari ipsi recusarent, & extrema quæq; pati propter Christum haud formidarent.

Operariorum in vineã conductorũ tria genera.

Secundum.

Hebr. 6.

Quibus merces amplior operarijs debeatur.

23 Cur secundò vocatis dictũ sit: Quod iustum fuerit, dabo vobis: quia Gentes non ex vllo debito, cũ nullam promissionem acceperint, sed ex mera munificentia, & gratia misericordiam, & vitę æternę hęreditatẽ consequuti sunt. Quod verò primi non dicantur otiosi, secundi verò, tertij, & quarti otiosi quidem dicuntur, sed de otio non reprehendantur, quemadmodum qui postrema hora vocantur, ratiõem suam habet, significatur enim, quod omnis homo ex se otiosus est ad operandum sine Diuina gratia, quemadmodum scriba sine penna & charta scribere nequit, Per vocationem autẽ quisque fit operarius. Et prima hora vocationi obicem non ponẽtes, negotiosi dicuntur, nec de otio reprehenduntur: hora verò tertia, sexta, & nona vocati, otiosi sunt ante vocationem, sed de otio minimè vituperantur, quia ante vocationem operari non poterãt. Postremis verò dicitur: *Quid hic statis* (vel stetistis; est enim ἱστήκατε præteriti temporis) *tota die otiosi?* Et respondent, *Quia nemo nos conduxit*: quia non successione sanguinis, vt Leuitæ olim, & sacerdotes in lege ad munera ecclesiastica assumpti sunt, & quia Apostoli ex se inepti erant ad tanta munera, & nihil minus quam de seipsis cogitabãt: *Quia ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Quanquam Cyrillus in Geneſim verba hęc, *Nemo nos conduxit*, referat ad Gentes, quæ ante Saluatoris aduentum in Dei cognitionem vocatæ non erant.

Postremis quare sit dictum: Quid hic statis tota die otiosi.

1. *Cor.* 1.

Cyril. lib. 3.

24

Iam dicẽdum de procuratore vineæ, qui distribuit mercedem operarijs. Hic autem, Christus homo est, cui dicitur, *Voca operarios*: quia per tubam, & Archangelum dicet: *Surgite mortui, & venite ad iudicium.* Et hic verè procurator est, fidelis tamen, & prudens: Fidelis quidem, in tuendo honore Domini, & defendendis bonis Patris sui, id est vinea, siue Ecclesia, prudens verò, in recuperando, & conseruando, propter quod meruit iudicium facere, quia Filius hominis est. Hic ergo dicitur reddere denarium: quia reddet vnicuique secundum opera sua. Merces verò promissa, vita æterna est, pulchrè in denario re-

Procurator vineæ quis, & qualis ille sit.

1. *Thess.* 4. *Ioan.* 5.

Matth. 16. Cur reddere mercedẽ dicatur.

Vita æterna in denario quâ aptè repræsentatur. *Coloss.* 1.

rio repræsentata: quia merces obseruatiæ Decalogi redditur. Hic autem nũmus homines beatos faciens, potest dici ipse Christus, quatenus Deus est, quia imago Dei inuisibilis, superscriptio verò literarum significat, quòd in eo sunt

Infra 2. omnes thesauri sapientię & scientię absconditi. Ideò se in præmium promittebat his, qui eius humanitatem nouerant, dicẽs, *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo ei meipsum*: &, *Ecce venio citò: & merces mea mecum est reddere vnicuiq; secundum opera sua*: &, *Ego sum via, veritas, &*

Ioan. 14. *Apoc.* 22. *Ioan.* 14. *vita*. Rotunditas huius denarij est æternitas. Et dicitur vnus denarius: quia omnes eundem Christum vident: sed quidam maiori intellectus perspicacia & gustu, quidam minori: ita vt in eadẽ beatitudine multi gradus existãt. Quẽ admodum si eundem librum multi vario & diuerso ingenio præditi legerent eiusdem libri esset lectio: sed varia, & diuersa pro ingenio & captu vniuscuiusque esset intelligentia, aliter enim intelligeret Grammaticus, aliter Rhetor, aliter Philosophus, aliter Theologus: & quisque in illo colligeret quæ ad disciplinam quam profitetur, spectant. Ita etiam vnus & idem Sol est, sed vario & diuerso modo à stellis participatur, ita vt stella à stella differat in claritate. Atque sic impletur verbum Domini:

Ioan. 14. *Luc.* 19. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*. Et quod alibi dicitur: *Tu esto super decẽ ciuitates: & tu super quinque*: ad hunc modum idem est Christus variè participatus: in via quidem, pro varia fidei, & charitatis capacitate; in cœlo verò pro varia portione luminis gloriæ: idẽ tamẽ beatitudinis obiectũ, siue eadẽ est Dei visio, sed pro cuiusque captu, seu pro diuersa gloriæ luminis portione, quod respondet proportioni charitatis, siue gratiæ. Et ita argumentum Iouiniani, quo vnum & eundem gloriæ gradum putabat omnibus dari, & non esse maiorem virginitatis remunerationẽ, quã nuptiarum, apertè per seipsum ruit. Et quia in æterna vita ad arctissimã charitatẽ beati inuicẽ colligantur, hinc fit, vt quod vnius est, & vnus possidet, omniũ aliorum sit, propter eximium amorem quo se inuicem complectuntur: ita vt quisque non tantùm quod suum est, & sibi datur, sed etiam omnia, quę alij obtinent in illis, quos æquè ac seipsum diligit, possideat. Et hęc est etiã rotũditas denarij: qui diurnus proptèreà dicitur, quia pro labore vitæ cuiusque, quæ vni diei cõparatur, redditur. Est enim pueritia humida vt aurora: Tertia, in qua crescit calor, Iuuentus: Meridies clara, feruens, & stans, Virilis, & matura ętas: Vesperum verò, Senecta declinans. Est etiam in die gratiæ in vinea laborandũ, si mercedem velimus accipere, de quo ait Dominus: *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari*. Anticipatio soluendi mercedem a nouissimis incipiendò (ex quo apparuit gratia, & detecta est murmuratio) significat maiorem & magis intentum gloriæ gradum: cuius differentia in denario non designabatur, imò eadem gloria insinuabatur.

Denarius quare diurnus appellatur. *Ioan.* 9. Quid anticipatio mercedis soluendæ à nouissimis incipiendo designet.

Sed dices: Quomodò primum remunerati, qui vltimò vocati sunt? Respõdeo: Ministris Noui testamẽti prius detectus est in via Christus, qui est denarius: *Beati*, inquit, *oculi qui vident quæ vos videtis*. Hoc agnouit Irenæus libro aduersus hæreses: *Et propter hoc*, inquit, *à nouissimis cœpit dare mercedem, quoniã in nouissimis temporibus manifestatus Dominus omnibus semetipsum repræsentauit*. Hæc ille. In hoc etiam isti sunt primi, quia primitias Spiritus acceperunt, & vt Apostolus dixit, *Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi*; id est, ad celsiorem resurrectionis gradum, quàm Patres Veteris Testamenti. Hinc dixit Dominus: *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo*, id est: Minister quilibet Noui Testamẽti ob potestatem conficiendi Eucharistiam, & absoluendi à peccatis, maior est Ioanne Baptista.

25 Quare, qui vltimo vocati sunt, prius mercedem accepere. *Luc.* 10. *Irenæ lib.* 4. *c.* 4. *sub fin.* *Rom.* 8. 1. *Thess.* 4. Quid est illud Apostoli: Mortui qui in Christo sunt resurgent primi. *Matth.* 11. Explicatur illud Christi dictum, Qui minor est in regno cœlorum, maior est Ioanne Baptista.

Quòd autem viri Noui Testamenti minus laborent, quod attinet ad substãtiam operum, intellige hoc illis contingere ob vitam breuiorem, & minorem curam temporalium bonorum: ob

26 Operarij euangelici in quo minus laborauerint.

Act. 15. ceremoniarum legis iugi importabilis ablationem; ob maiorem gratiam, & copiosiorem consolationem; ob efficaciora, & magis nos permouentia Christi Domini, & Virginis Matris exempla, quibus labor vineæ amabilis, & dulcis redditur; ob doctrinam Euangelicam clariorem; ob gloriam cœlestem iam apertam, nam tunc expectabant in limbo, & magis ministri Noui Testamenti fructificarunt; ob oppositа verò

Veteris Testamenti patres illis Noui cur amplius laborauerint. est pondus patrum, qui dicebant: *Qui portauimus pondus diei, & æstus*: quia prolixius viuebant, minorem gratiam consequebantur, & temporalibus magis vacabãt, & magno legis onere premebantur, nec habebant ianuam cœli apertam, sed post mortem opus erat eos diutius expectare, vt Christum, & denarium acciperent. Et interim etiam orationibus laborabant, populum iuuãdo,

2. *Mach.* 15 vnde de Hieremia dicitur: *Hic est*, inquit, *qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta Ciuitate, Hieremias Propheta Dei*.

27 Quo iure inæqualiter laborantes, parẽ mercedem recipiant. 1. *Cor.* 3. 2. *Cor.* 5. *Infra* 12. Hoc loco, vt puto, obijcies, quomodo data eadem mercede inæqualiter laborantibus, iustitia seruetur? cum scriptum sit: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*, & *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi; vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum*, &, *Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*. Respondendum est, præmium non respondere operum substantiæ, sed gratię Dei, quæ operibus, siue laboribus coniuncta fuit: quæ quo maior est, vel cum minori, vel pari labore, maius præmium habet. Idẽ enim iciunium in Christo, & in sancto aliquo, & in peccatore æqualiter cruciatus, & affligens corpus, si Deo offeratur, variam remunerationem habebit: nam oblatum à peccatore valebit, vt eum ad gratiam suscipiendam disponat: oblatum à sancto, vitam æternam promerebitur: à Christo vero Domino oblatum, infinitum meritum habet, ob personam infinitè Deo gratiosam. Idem etiam seruitium impensum à seruo, & ab amico, & à filio pro maiori amore exhibentium, diuersum habet præmium apud homines: quemadmodum annulus aureus drachmam vnam auri pendens cum adamante valoris mille drachmarum, plus valet quã annulus pendens decem auri drachmas cum smaragdo centum drachmarum. Et duo annuli aurei eiusdem ponderis, gemmis tamen differentis dignitatis, ac diuersi pretij exornati vario modo æstimantur; ita opera minus laboriosa cũ maiori gratia exhibita maiori præmio afficiuntur, quam magis laboriosa cum minori gratia. Rursus opera æqualiter laboriosa, sed non ab æquali gratia producta, variam remunerationem habent: posita tamen paritate gratiæ Dei in duobus, certè qui eorum plus laborauerit, & plus operatus fuerit, amplioris remunerationis fructu dignus existet. Et in hoc sensu intelligitur illud *Reddet vnicuique secundum opera sua*. Ita Gregorius Nazianzenus Oratione in secundum Pascha hanc difficultatem expedire videtur, dicens: *Ex qua die, atque hora ad fidem quisque accesit, ab ea dem quoque ipsi operam nauare necesse est. Deinde tametsi, quantum ad laboris modum, plus contulerint qui priores ingressi sunt: non tamen quantum ad animi, libereque voluntatis modum, ex eoque efficitur, vt æquali huic mercedis distributioni æquitas sua constet, nimirum animi voluntate cum labore compensata*. Sic Gregorius, vocans animi voluntatem, diuinam gratiam, quæ hilaritatem, & alacritatem in laborante efficit, & per quam fit, vt minus laborans alteri magis laboranti in præmio coæquari valeat.

Tertium exemplum. Quartũ exẽplum, vnius scilicet operis cum inæquali pretio, & valore. *Matth.* 16. *Greg. Naz.*

Primum exẽplum huius æquitatis, & iuris.

Rursus dubitabis, quomodò laboranti, siue operanti datur vita æterna, cum Apostolus dicat: *Gratia Dei, vita æterna*? Sed hoc facilè soluitur, quia opus, & labor ex gratia Dei proficiscitur: vnde Apostolus cum dixisset: *Abundantius illis omnibus laboraui*, vt intelligeres illum laborem gratiæ Diuinæ esse fructum; protinus subiunxit: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum*. Et in alio loco: *Non enim iniustus*

28 Cum gratia Dei, sit vita æterna teste Apostolo: quomodo laboranti, siue operanti detur vita æterna. *Rom.* 6. 1. *Cor.* 15. *Heb.* 6.

Secundũ exẽplum.

Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius: & Salomon, *Mitte illam* (scilicet sedium tuarum assistricem sapientiam) *de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam, quid acceptum sit apud te.*

Sap. 9.

29 Si Deus supra cõdignũ remunerat, cur primo loco vocatos secũdum iustitiam remunerat?

Tertiò obijcies; Quomodò verum est quod Deus supra condignum remunerat, si primo loco vocatos secundum puram iustitiam remunerat? dixit enim illis: *Tolle quod tuum est, & vade.* Dicendum est, mercedem à Deo pactã, siue promissam supra omne meritum, & dignitatem operis sitam esse. Quod Paulus non ignorauit, cum dixit: *Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Nam vt Rex cursu certantibus præmium supra omne meritum, & cursus laborem pro sua liberalitate proponit: ita Deus, qui opulentus est, & munificentissimus, præmium super omnium operum dignitatem sua magnificentia proponere voluit, vt cum remunerat, verè dici possit quod supra condignum est præmium, & quod coronat nos in misericordia, & miserationibus.

2. *Cor. 4.*

Simile.

Psal. 102.

30 Operatiorũ murmuratio qualis de æquali mercede inæqualis laboris, & operæ.

Iam dicendum de murmuratione. Quæ certè in cœlo esse non potest, vbi nec oculus est inuidus, aut malus: nec illinc potest vllus discedere, vt possit dici, *Tolle quod tuum est, & vade.* Proinde Chrysostomus docet, hanc partem simpliciter non posse applicari, sed propositam propter responsum quod sequitur: *Amice, non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Vt enim capulum in gladio non scindit, sed seruit, vt acies gladij scindat: ita parabola, etsi non scindat per hanc partem murmurationis, seruit tamen vt rescindat per responsum murmurationi datum. Sed sanè vt diximus in parabola filij prodigi, potest & hæc murmuratio applicari, non quod tunc vlla reuera futura sit murmuratio, sed vt nos modò tales cogitationes interdum nos infestantes, & de Diuinis iudicijs temere iudicantes à nobis repellamus, & discamus omnia ex Dei gratia procedere: nec alios minus nobis laborantes contemnamus, quia fortè maiori cum gratia pauca operantes, maiorem, & honorabiliorem locum in via æterna sortientur. In gloria verò talis murmuratio fingitur: quia natura nostra gratia Dei, & gloria destituta, in similia murmurationis verba prorumperet, si sensum, aut prudentiam humanam, aut inferiorem rationis portionem consuleret.

Simile.

Altera. *Luc. 15. & seq.*

Quod ergo dicitur: *Tolle quod tuum est, & vade*, sensus est: Remoue te ab hac opinione, quia non te vocaui vt iudicẽ mearum actionum, sed vt vineę meæ operarium. Vnde Theophylactus pulchrè ait: *Non inuidẽt autem sancti his, qui ex æquo accipiunt charitatem, sed hoc ostẽdit hic, quod tanta, & talia sunt bona quæ dantur iustis, vt & inuidiam excitare possint.* Hæc ille.

31 Quo sensu dictum sit: Tolle quod tuum est, & vade. *Theophyl. in Matth.*

Conclusio vero huius parabolæ duplex est, prima: *Sic erunt nouissimi primi: & primi, nouissimi.* Altera est: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Prima ergo conclusio, & præcipue intenta à Domino, per nouissimos intelligit ministros Noui Testamenti vltimo vocatos: qui primi effecti sunt dignitate gratiæ, & præmio vitæ æternæ: vt in publicis supplicationibus contingit, vbi quo quisq; posteriorem locum possidet, eo nobiliorem, & digniorem gradum habet. Rursus primi tempore, vt illi Patres, qui ad Vetus Testamentum spectãt, nouissimi fiunt in honore, & præmio: & ita Petrus, & Apostoli præcedent Patres Veteris Testamenti. Nam illorum nomine interrogauerat Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis?*

32 Duplex huius parabolæ conclusio,

Nouissimi qui.

Primi qui sint.

Matth. 19.

Quod ergo dicitur: *Multi erunt primi, nouissimi, & nouissimi, primi:* non videtur intelligendum respectu ætatis, vt Chrysostomus accipit, quia videlicet multi iuuenes, & adolescentes vincent in præmi: quem senum habeat. *Chrysó. loco dicto.*

33 *Ibidem.* Illud: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi:

in præmio seniores: quia hoc potius morale est, quam literale: nullam enim de ea re Petrus quæstionem mouerat. Rursus quod Theophylactus interpretatur per nouissimos, Gentiles, & per primos Iudæos: etsi ex parte verum sit, quia Gentiles vltima hora vocati sunt, non tamen soli, sed etiam multi Iudæi, qui primi ministri Ecclesiæ Christi extiterunt, & Apostoli, septuaginta discipuli, & quam plurimi alij, qui ad Christum conuersi sunt. Profectò Gentiles, qui illos sunt tempore consecuti, in gloria, vel in gratia non solum superiores non sunt, sed neque pares quidem existunt. Qui verò per nouissimos, homines dignitate, & fortunæ bonis inferiores intelligunt, vt Caietanus, ita vt sit sensus: Nouissimi multi in mundi bonis, & honoribus, fient primi in dignitate, & præmio, non tam congruit literæ: quia Petrus non videtur de ea re quæstionem mouisse, an pauperes huius mundi præcedant eos, qui hic opulenti, & diuites extiterunt, in præmio vitæ æternę. Neq; verum est in vniuersum, eos, qui pauciora propter Christum reliquerunt, præcedere in præmio eos, qui ampliorib⁹ facultatibus se propter Dominum spoliarunt.

Nouissimi qui secundũ aliquos, non tamen aptissime *Caiet. in c. 19. Matth.*

Propterea verus sensus illorum verborum parabolę: *Multi erunt primi, nouissimi: & nouissimi, primi,* de tempore quo quisque vocatus est, locum habet: nam postrema hora (de qua dixit Ioannes, *Filioli, nouissima hora est*) vocati Apostoli, & primitiui ad celsiorem gloriæ, & gratiæ gradum assumpti sunt. Et expende verbum, *Sic erunt.* Id est, hac ratione, & hoc modo ex bonitate, & munificentia Dei postremo vocati, & minus laborantes, cũ maiori tamẽ gratia, & charitate, maiori præmio afficientur: & primo vocati, & plus laborantes cum minori charitate minori præmio remunerantur.

34 Tertius sensus cęteris cõsequentior.

Quid illud: Sic erunt.

Ioan. 2

35 Quid sit ad literam: Multi sunt vocati, pauci verò electi.

Secunda vero conclusio multos terrere solet: sed hoc loco, meo iudicio, potius omnes cõsolatur: ait enim: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Vbi illud primo notandum, vocati, & electi, non esse participia, sed nomina: Græcè enim, κλητοὶ, & ἐκλεκτοὶ habetur: quẽadmodum Paulus, cum ait, *Vocatus Apostolus*, per nomen dicitur, non per participium, id est, vocatione Apostolus, vt intelligamus, istos vocatione, & electione Dei peculiari, & nõ proprijs viribus, aut se ipsos vltro ingerentes ad regnum peruenisse. Et cum tam electi, quam vocati denarium beatitudinis accipiant, & omnes in cœlestem gloriam recipiantur, non est quod quenquam perterrefaciat hæc sententia. *Multi enim sunt vocati.* Id est, omnes operarij ad vineam vocati sunt colendam: *Pauci vero electi:* quia pauci sunt habentes prærogatiuas, & priuilegia ministrorum Noui Testamenti. Et hactenus parabolæ sensum germanum, & literæ congruum expediuimus.

Rom. 1.

Cur pauci electi ex vocatis.

Hęc parabola ad mores accõmodatur.

Extendendo autem parabolã ad mores, quiuis nostrum operarius est vineæ suæ, & vineæ proximi: quia *mandauit vnicuique de proximo suo.* Quisque ergo det operam, vt quod in se est, id cum proximo faciat; ne possit dicere: *Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui:* &, *Nunquid custos fratris mei sum ego?* Essentia animæ, est vinea plantata in terra huius corporis: cuius facultates, ordinatæ sunt vites: cuius vinum, sunt opera charitatis. Vites alligãdę sunt palo Crucis, cuius pedi foueam facimus, dum mortem instare, & foucã sepulturæ cognoscimus. Seruanda est hęc vinea ab apro exterminatore de silua, id est, à vitio obscœnę voluptatis, quod omnia bona à nobis exterminat. Seruanda quoque est à singulari fero, id est, à vitio superbiæ, quæ singulariẽ hominem facit, à vulpe astutę adulationis, à lupo voracitatis, à cane detractionis. Rogãdus Dominus, vt mittat pluuiam doctrinę suæ, & calorem charitatis suæ, & stercora, hoc est, memoriam mortis, & passionis Filij sui, & sanctorum Martyrum suorum. Reuiresci⁹ anima tanquam vinea per flores, & folia, id est, per sancta desideria, & sermonem ędificantem producit lachrymas compunctionis, emittit odorem bonum virtutis, iuxta illud: *Vineæ florentes dederunt odorem suum,* edit maturas vuas bonorũ operum,

36

Eccli. 17.

Cant. 1.

Gen. 4.

Vinea nostra quænam sit.

Psal. 79.

Hæc vinea quomodo custodienda.

Eadem vti reflorescat, & fructificet.

Cant. 2.

operum, ne Christi dentes eas manducantis obstupescant.

37 Quibus horis vinea eadem eúique colenda.

Esto ergo bonus operarius huius vineæ, quia *Militia est vita hominis super terram; & sicut dies mercenarij, dies eius.* Nitatur quisque, siue mane pueritiæ sit vocatus, siue hora tertia iuuentutis, vineam suam colere: quia teneræ plantæ facile diriguntur, & culturam accipiũt; siue sexta hora sit stantis virilis ætatis, siue nona senectutis frigentis, siue deniq; vndecima hora decrepitæ ætatis, siue in extremo vitæ spiritu, vt latro in Cruce, quia etiam in senecta licet resipiscere, & regnum cœlorum assequi. Ita enim horas interpretantur Chrysostomus, & Hieronymus, & Augustinus, vt distribuant illas in hominis ætates: sed nos ex Origenis, Hilarij, Gregorijq; sententia, de distributionibus seculi superius magis ad literam exposuimus.

Iob. 7. Luc. 23. Chry. Hom. 65. in Matt Hier. in Matth. to. 9. Aug. tom. 2. in Dominica 19. post Pet. tom. 10. Orig. tract. 10. in Mat. tom. 2. Hilar. Can. 20. in Mat. Greg. Hom. 19. in Euã. tom. 2.

38 Pondus diei, & æstus qui portent. Vltima hora vocati qui sint.

Pondus diei & æstus portant, qui à pueritia vsque ad senectam Deo inseruierunt: quia tales cum affectibus, & cupiditatibus suis certarunt. Vltima hora vocati, illi sunt, qui Christum, siue in iuuentute, siue in senectute agnouerunt: paucis tamen diebus, aut mensibus, aut annis ad beatitudinis regnum peruenerunt. Maximè ergo damnanda est oscitantia, & socordia nostra, si cũ tot modis patefacta nobis sit Diuina bonitas, salutis nostræ sitientissima, & omni hora pateat ad salutem & regnũ eius aditus, nostra tamen incuria, & negligentia illud amittamus. Qui ergo parum hactenus laborauit in vinea Domini, aut temporis angustijs impeditus laborare non potuit, multa tamen in animo suo proponat, & multa pro gloria Christi præstare desideret: nam voluntas pro facto plerunque à Deo acceptatur, vt ita non tam pro his quæ fecerit, sed & pro his etiam quæ facere disposuerat, remunerationem accipiat, & impleatur in eo illud verbum, *Consummatus in breui explenit tempora multa*, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto omnis cultus deferatur in perpetuas æternitates. Amen.

Sap. 4.

TRACTATVS XXXIIII.

In illam parabolam: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti: & habetur apud Lucam tantum. Cap. 19.

1 *Luc. 19.*

RElert Lucas Euangelista, Dominum ex Galilæa per ciuitatem Hiericho transitum fecisse, vbi publicanorum principẽ Zachæum conuertit: & cõtinuo subiungit: *Hæc illis audientibus adijciens, dixit parabolam, eo quod esset prope Hierusalem, & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur.* Quibus verbis apertè declarauit subiunctæ parabolæ scopũ. Iudæi enim omnes quæcunque Prophetæ de Christi regno, & salute per eum danda vaticinantur, vt est illud Isaiæ: *Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia à modo, & vsque in sempiternum.* Et Hieremias: *Ecce*, inquit, *dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germẽ iustum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël ambulabit confidenter: & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Omnia hęc, & similia Iudęi nequaquam de salute spirituali hominum accipiebant, sed, vt erant rudes, & carnales, ad externam quandam pompam, & laruam referebant: quemadmodum etiam verba ipsius Domini, quæ de spirituali animarum salute proferebat, etiam illud: *Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat,* ad eundem sensum capiebant, & putabant eum de recuperandis oppidis, & castris loqui, & de libertate, in quam asserendi erant, à iugo Romanorum: ita vt etiam discipuli post resurrectionem dicerent; *Nos autem sperabamus, quia*

Hæc parabola in quem scopum tendat.

Isa. 9.

Hiere. 23.

Luc. 19.

Infra 24.

2 Rudis, & stulta, de regno Christi Iudæorum opinio, eamque Christus vt illis eximere conetur proposita similitudine.

ipse esset redempturus Israël.

Cum igitur Dominus frequentẽ in ore haberet de regno suo sermonem, & illud breui apparituru ostenderet, putabant, quod in ascensu illo in Hierusalem, & in illa tanquam regia sede, & ciuitate Dei, illud esset occupaturus, & auspicaturus. Cum igitur Dominus hãc sententiam illorum mentibus insidere agnosceret; voluit illos commonefacere, regnum suum spirituale esse, & rem aliter casuram, atque ipsi putabant: non enim in vicina Hierusalem, sed in longinqua regione regnum sibi acceptum, Iudæos regnum ipsius detractaturos, & Apostolos, aliosque Doctores ministros suos tempore quo ipse abesset, spiritualiter regnaturos, & negotiationem consentaneam regno exercitaturos, donec redeat, & fidelibus ministris sui regni consortium tribuat; rebelles verò, & incredulos seruos meritis pœnis plectat; docet & à morte sua, & resurrectione sui initium regni sumendum: ita vt in cordibus hominum per fidem, & charitatem regnum obtineat suum. Ideo in ascensu illo voluit sibi tãquam Regi Messiæ acclamari, & in cruce pendens voluit titulum Regium, & suscitatus à mortuis dixit, *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Hominum quidem regna solum dũ viuunt, regibus assignãtur, quibus defunctis regale eorum nomẽ amittitur. Secus verò euenit Domino Iesu, qui à morte, & resurrectione sua (quod certè insolitum, & admirandum est) regnum cepit. Et hoc est quod presenti parabola demõstrare nititur, cuius tempus & locum Lucas diligenter præscripsit, & Dominus illã publicè coram omnibus dixit; vt post Christi resurrectionem huius doctrinæ memores, Apostolis prædicantibus regnum Christi facile crederent, atq; amplecterentur.

Quando cœperit regnum Christi. *Matth. 21.*

Infra 27.

Infra 28.

Regni aliorum hominũ, & regni Christi diuersa conditio.

3 Regnũ Christi spirituale quomodo innotescat.

Etsi autem regnum hoc vsque ad secundum Domini aduentum palam nõ manifestetur, ita vt omnes etiam inimici eius illud videant: interim tamen satis reuelatur omnibus oculos fidei habentibus. Nam vbique ostenditur gens Christiana, & Ecclesia, quæ Christum Dominum colit, sacerdotes, Episcopi, & summus Christi Vicarius in terra, & reliqua ad ordinem & hierarchiam huiusce regni spiritualis spectantia.

4 Quid Christus doceat in hac parabola.

Completa vero parabola, adiungit Euangelista: *Et hæc dicti, præcedebat ascẽdens Hierosolymam.* Vt quasi hæc parabola fuerit in eum finem dicta; vt præmuniret eos, ne se de regno temporali, & terreno quicquam loquutum existimarent, neque turbarentur, vel de puerorum laudibus, quasi regnum eius esset puerile, & contemptibile. Declarat etiam hæc parabola, Iudæos pertinaciter incredulos quale reportaturi sint præmium pro contempto Messia sibi ipsis promisso, & misso, sed minimè agnito, vel suscepto: per occasionem autẽ de seruis bonæ, vel malæ fidei, qualem sint mercedem relaturi, explicat. Et hactenus de scopo.

Alterũ documentum. *Deut. 18.*

5 Hanc inter, & illam talentorum parabolã multum esse discrimen.

Quod ad corticem parabolæ attinet, illud est prænotandum, hanc & illam de talentis parabolam in quam plurimis videri non solum simillimam, sed eandem prorsus: reuera tamen distinctæ sunt. Primum in tempore: quia hæc à Domino dicta est in die Palmarum, antequam conscenderet asellum; illa vero de talentis pridie ante Dominum ad mortem comprehensum, vt habet Matthæus. Secundo, hæc est parabola minarum, illa vero talentorum conflat autem, talentum quinquaginta minas complecti, vt ex litera Hebręa Exodi colligitur: quęlibet vero mina Latinè dicta est, Grœce μνᾶ, Hebraicè מנה vocatur, centum drachmas continet, vt docet Plinius: quæ cõtinet duodecim vncias cum semisse. Cum enim drachma octaua pars sit vncię, sicut octo drachmę vnciam faciunt, ita duodecies octo drachmæ, hoc est, nonaginta sex duodecim vncias, quæ veram libram Romanam reddunt, efficiunt; sed ob numeri perfectionem addebantur quatuor drachmæ, ita vt centum drachmæ dicerentur libra, & mina Attica, de qua hactenus locuti sumus. Nam mina Hebræa valet amplius, nempe duas libras cum semisse, teste

Ibidem. Secundũ discrimen.

Exod. 38. Talentũ, Mina, Drachma in quo differant. *Plin libr. cap. vlt.*

teſte Ioſepho, & conuenit cũ eo quod dicitur apud Ezechielem: *Viginti ſicli, & viginti quinque ſcili, & quindecim ſicli, mnam faciunt.* Qui numerus efficit ſexaginta ſiclos; at ſiclus cum ſit dimidium vnciæ, ſicli ſexaginta faciunt vncias, quæ ſunt duæ libræ, & ſemis. Et ita Hebræa mina non ſolum eſt dupla ad Atticam, ſed & vltra excedit eam in quinque vncijs: mina autem excedit libram Romanam in quatuor drachmis.

Ioſe. lib. 14. Antiq. cap. 13. initio.
Ezech. 45.

Tertium diſcrimen.
Matth. 25.

Tertio differt in numero ſeruorum: quia ibi tantum trium fit mentio, hic vero ſeruorum decem.

Quartum.

Quartò ibi talenta non ex æquo diſtribuuntur, ſed vni dantur quinque, duo alteri, alteri vnum, & denique vnicuique ſecundum propriam virtutem; hic verò cuique ſeruorum datur vna mina, quæ Græcè dicitur μνᾶ, Latine verò mina dicitur: Græcam vero vocem retinuit Latinus interpres. Præterea ſerui, qui talenta acceperunt, duplicatum fructum edidere: vt qui quinque accepit, lucratus ſit alia quinque, qui duo, alia duo, & hic ex vna & eadem mina à diuerſis accepta, vnus lucratus eſt decem minas, alter verò quinque, quia varius eſt negotiationis aduentus, & eos qui æqualem impendunt laborem, non ſemper idem conſequitur commodum.

Quintum.

Sextũ, ac poſtremum diſcrimen.

Is poſtremo qui abſcondit talentum, in foſſã dicitur illud abſcondiſſe, eo quod magna eſſet pecuniæ quantitas; hic vero dicitur abſcondiſſe in ſudario: quia cum ſit mina ſexageſima pars talenti, poterat facilè in ſudario abſcondi; haud ita talentum.

6 Ciues regionis illius (vt dicitur in parabola) ad quem miſerint legationem dicentes, Nolumus hunc regnare ſuper nos. Euge quid.
Pſal. 34. Pſal. 69. Pſal. 39.

Cum dicitur miſſa à ciuibus legatio, intellige, ad ipſum Regem abſentem, cuius regnum ſuperbè ſola voluntate recuſabant, ac proinde ne curaret venire ad eos, à quibus erat profectus. *Euge*, vox Græca eſt ab εὖ, & γε, id eſt, bene. Eſtque alibi lætantis vox, vt illud indicat: *Non dicant in cordibus ſuis, Euge, Euge animæ noſtræ*, id eſt, Non dicant cum pro voto ſucceſſerit quod volebãt: Bene bene ſanè eſt animæ noſtræ. Et ita dicitur, *Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi Euge, euge*, id eſt, qui videntes flagella, & aduerſitates quibus premor, lætantur. Hoc loco nõ tam eſt lætantis, quam laudantis, & commendantis vox.

Tollere vbi nihil quis poſuit, & metere vbi non ſeminauit, ſpeciem habet prouerbij: & ſignificat, aliena quæ noſtri iuris non ſunt, vt propria ſibi vſurpare. Poſtremò quod habet: *Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem illud?* Id eſt: ſi negotia periculoſiora aggredi timebas, cur ſaltem faciliora, & certiora non tentaſti? Et vulgari modo loquitur, quia lucrum vſurarum olim apud multas gentes licitum, & iuſtum habebatur, & ſaltè Iudeo licebat dare ad vſuram extraneo, vel Gentili. Atque ex decem ſeruis tres tantum examinauit, & de lucro facto rationem popoſcit, de ſeptem verò quia fortè diſſipauerant minas, & in profanos & impios vſus conuerterant, nihil dicitur: quia ſi tam ſeuerè eſt punitus, qui minam ſeruauit, & abſconditam integram retulit domino, quas minas, & tormenta promeretur, qui domini pecunia abuſus eſt?

7 Tollere quod quis non poſuerit, & metere vbi non ſeminauerit, quid ſignificet.
Quid item illud: Quare non dediſti pecuniã meã ad vſuram, & reliqua.
Deut. 23.

De decẽ ſeruis cur tantũ tres domino rationem reddiderunt creditæ ſibi pecuniæ.

Sed iam medullam, ſiue ſenſum præcipuum huius ſimilitudinis explicemus: *Homo quidam nobilis abijt in regionem lõginquam accipere ſibi regnum, & reuerti.* Chriſtus Dominus homo verus eſt, & quidam homo, quia ſolus inter homines Deus. Verè quidam, quoniam illo nihil maius notum, & illo rurſus nihil ignotius. Opera enim eius admiranda eum omnibus faciunt manifeſtum: at vnio illa hypoſtatica, qua duæ ſibi inuicem naturæ copulantur, ignotiſſima eſt, & incomprehenſa. Eſt etiam nobilis, ſiue claro genere natus, id enim eſt ἀγενὴς: quia vnigenitus eſt à Patre Deo, & primogenitus ex matre virgine, ac ex domo regia Dauidis deſcendens. Quod ſi Philoſophus dixit: *Nobilitas eſt maiorum claritas*: profecto Chriſtus nobiliſſimus ſit oportet, quia infinitos diuinæ ſapientiæ, potentiç & bonitatis theſauros ab æterno poſsidet. Nobilis quoque, vt non tantum poſteros, ſed etiam progenitores ſuos nobilitare potuerit; vt propterea genus

8 Homo nobilis quidam, quis ille, qui abijt in regionem longinquam.

Eius nobilitati, inſignia.
Luc. 2.
Nobilitas quid ſecundum Philoſophum.
Ariſt. lib. 2. Rhetor. ad Theodec. 15 Coloſſ. 2. Apocal. 22. Iſa. 11.

Dauid dicatur. Nobilis demum, ſi nobilitas vnica eſt, atque inclyta virtus: quia in eo ſupremo quodam modo, & planè heroico atque diuino, non vnius vel alterius virtutis decus, ſed vniuerſus omnium virtutum chorus & comitatus nullo vnquam vitio corruptarum, aut vllo remiſſionis gradu imminutarum extiterit. Vt vel illud dilucidum fiat, quod Apoſtolus ad Romanos docet, multo potentiorem fuiſſe Chriſti virtutem & obedientiam ad mundum ſeruandum, quàm Adæ delictũ, & præuaricationem ad perdendum. Hic ergo nobilis abijſſe traditur in regionem longinquam. Hęc regio longinqua alia eſt ab ea regione longinqua, in quã abijt filius hominis prodigus: vt vel hinc colligere liceat, vnam & eandem vocem in diuerſis parabolis diuerſa habere ſignificata. Quemadmodum ſuperiùs annotauimus, volucres cœli in prima parabola ſeminantis in quatuor partes terræ ſignificare demones: in parabola verò ſinapis, denotare Angelos ſiue viros ſpirituales fide ſua ſuper terrena hæc omnia volitantes. Sicut etiam ſeruus inutilis aliter accipitur apud Matthæũ, & aliter in alia parabola apud Lucam. Ad hunc modum regio longinqua in parabola prodigi, in qua filius fingitur, ex ædibus paternis diſceſſiſſe, merito denotat peccatum, quod diſtantiſſimũ eſt à Deo, hic verò cum Dominus Ieſus fingitur ex hac regione mortali profectus in regionem longinquam, cogimur explicare cœleſtem beatitudinem, in qua immortalitate, & beata vita omnes perfruuntur, atque illa eſt diſtantiſſima regio ab hac rerum cõditione mortalium. Et dicendo abijſſe, innuitur quod ſponte per viam vniuerſæ carnis, & per pontem crucis à ſe, & pro ſe, proque ſuis fabricatum vltro ſe receperit. Dixerat enim: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam?*

Rom. 5.

In quánam abijt regionem longinquam homo nobilis quidam.
Luc. 15.
Supra 8.
Infra 13.

Matth. 25. Luc. 17.

Supra 15.
Ad quam iunior filius cõtendit, quæ ſit regio longinqua.

Quòd hic homo nobilis dicitur abiiſſe, quid denotet.
Ioan. 10.

9 Idem cur dicitur abijſſe vt acciperet ſibi regnum

Dicitur autem abijſſe, vt acciperet ſibi regnum. Finis enim mortis Chriſti fuit Dei gloria, & mundi ſalus, vt in hominibus ſuo ſanguine ſeruatis, per fidẽ regnaret. Vnde primò in reſurrectione dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*: in acceſſione poſſeſſionem regni accepit, dictumque eſt illi: *Sede à dextris meis.* Et, *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Ex quo poſtquam ſuſcitatus eſt, partem regni aſcẽdens tulit ſecum, quando captiuam duxit captiuitatem: regni verò partem reliquam, quam in terra habebat, Apoſtolorum fidei, & curæ commiſit gubernandã, cùm dixit: *Euntes in mundũ vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ*: præcipuè autem vni Petro, cui totum ouile Chriſti creditum eſt.

Matth. vlt.
Pſal. 109. Ibidem.
Pſal. 67. & Epheſ. 4. Marc. vlt.
Ioan. 21.

10 Ille homo nobilis cur accipit ſibi regnum, non comparat.
Matth. 2. Philipp. 2. Luc. 24.
Quare ſibi, & non alijs regnum accipit.

Præterea addidit: *Accipere ſibi regnũ, & reuerti.* Non ait, comparare, vel acquirere: quia ipſe ſuapte natura natus eſt Rex Iudæorum, & Rex mundi: quãquam nouo titulo mortis ſuæ, & obedientiæ illud cõſequi voluerit. Ita enim dixit: *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam*: vt cum multiplici iure regnum ſibi debeatur, poſſit vnum illorum aliquod nobis communicare, quo & nos aliquid iuris in id regnum habeamus. *Aitq; accipere*, ſcilicet regni poſſeſſionem; *ſibi*, non alteri, aut procuratorio nomine, ſed ſibi ipſi, qui in cœlo per ſe ipſum, & in Eccleſia per paſtores & vicarios ſuos, & in cordibus hominum per fidem, ſpem, & charitatẽ cum Spiritu ſancto datam regnat; per Euangelicam doctrinam etiam ſalutariaq; Sacramẽta regni ſui iura exercet. Ita autem ſibi ipſi regnũ cõparauit, vt poſſit illud in membra transferre, & in filios ſuos deriuare: ita enim dictũ eſt: *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ Filij dilectionis ſuæ*, & poſtremò ſuis dicturus eſt: *Venite, benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Sic enim parentes comparant ſibi regna, vt ea in filios ſuos transferant.

Qua ratione Chriſtus regnum ſuum, id eſt, Eccleſiam, admini ſtret.

Pro quibus etiam ſibi regnũ accipit homo ille nobilis.
Coloſſen. 1. Matth. 25.

Sunt qui interpretantur, Chriſtum Dominum per mortem regnum in Gẽtibus per Apoſtolos ad prædicandum emiſſos accepiſſe; illi enim verè erãt in regione longinqua peccati, & idololatriæ, & denſiſſimis ignorationis tenebris verſabantur. Quæ ſanè expoſitio mihi videtur non inepta: modò intel-

11 Altera ſententia de regno Chriſti accepto in regione longinqua.

ligamus regnare nos non posse, nisi, mundo, carne, & omnibus affectibus nostris emortuis: quemadmodum nec Christus regnauit nisi post mortē suā: neque ille regnat in nobis, nisi peccato, & dæmoni mortuis, ipsi verò Christo, gratiæque eius viuentibus.

12 Quis reditus hominis nobis in regionem lōginquam, & regnū accipientis.

Subdit: *Et reuerti*. Quanquam dicipossit quod pluries reuertatur Dominus modo spirituali ad diuersos effectus Sacramētorum, & ad ministros in Ecclesia constituendos: hic tamen de vltimo, & sensibili reditu suo, qui erit in secundo aduentu, in quo omnes inimici eius interficientur, & nouissimus hostis eius, id est, mors ipsa, destruetur, sermo fit. Reuertetur autem in pompa, & specie regali, innumeris Angelorum turmis constipatus, & .vt ait Scriptura, in sede maiestatis suæ.

1. Cor. 15. Qualis erit reditus. *Matth. 25*

13 Dona nobis sua cur Deus tribuat.

Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos. Negotiamini dum venio. Inspice finem donorū Christi. Vt enim arbores non plantantur vt otiosæ maneant, sed vt fructū vberrimum proferant; ad hunc modum nobis Dei dona communicantur, vt maiores indies progressus, tum in nobis ipsis, tum in alijs faciamus. Cùm enim Deus ab initio suam cuiq; perfectionem tribuerit, quam natura duce, nisi impediantur, assequuntur; soli homini datum est, vt per liberum arbitriū seipsum perficiat. Et ita scriptum est: *Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc*. Et qui credit, dicat, *Adauge nobis fidē*. Secūdò indicat hic locus, totū tempus vitę præsentis, quod vsque ad secundum Christi aduentum protenditur, atq; cuiq; nostrum in morte clauditur; tempus esse negotiationis, & meriti, siue augmenti. Moneta ergo merendi per integrum vitæ nostræ spatium currit. Mira est verò nostra ociosa tantia, qui cùm omnia temporalia, & carnalia augere nouerimus, & multiplicare, sola dona spiritualia sepulta tenemus; cùm tamen tempus negotiandi sit breuissimum simul, & incertissimum.

Propriū hominis quid.

Apocal. 22.

Luc. 17.

Quid tēpus vitæ nostræ Diuino nobis munere concessum.

24 *Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.* Hęc cùm dicta fuerint à Domino, prophetica fuerunt, iam verò per rei euentū facta sunt historica. Porrò Iudæi sub eadem lege viuentes, & in vno, eodemque communicantes templo, ab eodemq; patre Iacob descendentes, meritò ciues siue fratres secundum carnem, & secundum legem dicuntur. Cæterùm traduntur illum odisse vsque ad mortem ipsam, vnde scriptum est: *Nunc autem & viderūt, & oderunt & me, & Patrem meum*. Et odij caussa fuit, quòd vellent temporalem, & potentem Messiam, non pauperem, & spiritualem. Deinde quia omnis *qui malè agit, odit lucem*, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius, atque vt dici assolet,

Iudæi Christi ciues, & fratres quare dicantur.

Iudæi cur Christum o. disserent. *Ioan. 15.*

Supra 3.

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Terent. in Andria.

Accedit maioris odij cumulus, quòd post mortem eius prædicatur a Iudæis interfectus: ex quo insultabant Iudæi, & erat illis crux scandalum.

1. Cor. 1.

Miserunt porrò legationem post illum, & ad illum dicentes, *Nolumus hunc regnare super nos?* Quæ quidem legatio fuit nihil aliud, quam persecutio Christianæ fidei, & discipulorum qui Christum profitebantur, nō verbis modò contumelijs, verū etiam factis impijs, & nefarijs, & scriptis ad Iudęos per vniuersum orbem dispersos literis, vt doctrinæ tunc insurgenti se opponerēt, & acriter contradicerent, vt docet Hieronymus in Isaiam. Quæ quidem legatione non solū regnum Christi non est imminutum, imò etiam auctum & locupletatum: ea enim est Christianę fidei natura, vt quo magis examinata sit, ac discussa, tanto maiores veritatis splēdores emiserit: & quo magis sœuitum est in professores Christiani nominis, eo auctior, atq; amplior illorum numerus sit redditus: quēadmodū filij Israel quo magis affligebantur à Pharaone, eo amplius augebātur semper; & multiplicabantur. Vox fuit Iudæorum, *Nolumus hunc regnare super nos*, cùm dixerunt, *Nō habemus Regem nisi Cæsarem*. Et, *Noli scribere, Rex Iudæorū*, hoc est, Nolumus hunc habere in Messiam, quia non quadrat nobis, nec consonat: cum ipsi tanquā muri, & parietes regulę quadrare, & consonare deberent. Dicebant etiam operibus ipsis: *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorū*: vnde & silentium Apostolis imponebant. Expende etiam illud, *Nolumus*: quod non ratione, sed voluntate prauè affecta Christum, & doctrinam eius primates Iudæorum persequerentur. *Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisq; negotiatus esset*. Quam hoc loco vocat pecuniam, & inferius, Syriacum Euangelium vocat argentum: erat enim mina monetæ argēteæ pondus certum. De hoc reditu Domini Iesu dixit Angelus in Actis: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlū? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eū euntem in cœlum*. Rursus Paulus hūc reditū ad exigendā rationem interpretatus est, cum inquit: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum*.

Iudæi Christum o. disserent. *Ioan. 15.*

Mina quid.

Supra 1.

2. Cor. 5.

16 Qualis hic sermo: Vt scirer quantum quisque negotiatus esset *Ioan. 2. Hebr. 4.*

Quod vero ait: *Vt sciret quantum quisque negotiatus esset*, more humano locutus est. Nec enim Christum nostra opera latere poterunt, cum ipse sciat, vt Euangelista ait, quid sit in homine, & omnia sint nuda, & aperta oculis eius. Vt sciret ergo, tropus est, id est, vt scire faceret, & manifestum alijs redderet, quid, quisque superlucratus esset. Quod iussit vocari seruos, missionem Angelorū designat ad congregandum electos à quatuor ventis ad iudicium,

Matth. 24.

17 Quid seruorū vocatio, quibus minæ concreditæ.

Venit autem primus, dicēs, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Prius Dominus seruos fideliter negotiantes remunerat, quā puniat impios, & rebelles. Expende diligenter, quam humili voce vtatur. *Mna*, inquit, *tua decem mnas acquisiuit*: lucri omnem accessionem minæ, id est, gratiæ Dei tribuēs, & nihil sibi; contra vero Dominus omnia tribuit nobis, nihil sibi, cum ait: *Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis*. In parabola etiam talentorum dixit primus, *Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum*: vt intelligas, lucrum quod accessit, tum ex nobis, tum ex gratia Dei proficisci. Id quod Paulus egregiè expressit, cum dixit: *Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laborauī: non ego autem, sed gratia Dei mecum*. Quibus in verbis Apostolus cum omnia primum tribuisset Diuinæ gratiæ, deinde omnia tribuisset sibi, postremo vtrumque dictum colligens, coniunctioni gratiæ cum libero arbitrio ascripsit.

Explicatur hæc sententia boni, & fidelis serui: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. *Matth. 25.*

Psalm. 2. Act. 4. Principum Iudæorum in Christum malignitas.

Psalm. 2.

Act. 4.

Principum Iudæorum in Christum malignitas.

1. Cor. 15.

Illud cognoscendū, etiam vnam, eandemq; minam, siue vnum eundemque gradum gratiæ in altero operari decem minarum augmentum, in altero verò quinque: quod ex parte gratiæ solū non procedit, sed ex maiori, vel minori conatu voluntatis liberæ, qui etiā procedit ab ipsa gratia. Posita enim paritate gratiæ, magis laborans, maiori præmio afficitur, secundum illud: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*. Ita enim loqui consueuimus, drachmam vnam auri in manu vnius valere duplum, at in manu alterius vix pro simplici,

18 Vna mina cur vni decem, alteri quinque minarum operetur augmētum.

1. Cor. 3.

Tertius minam acceptam reposuit in sudario. Septem vero alij, qui minas suas habuere, in iudiciū non veniunt. In quibus repræsentantur illi, qui minis abusi sunt, illasque vitio suo amiserunt: quos Deus alloquio non dignatur suo. Est ergo multiformis munerum Dei fructus, & longè varios effectus pro industria & labore operantium vna & eadē gratia edit.

Septem seruī alij qui minas acceperunt absque lucro domini sui, quos referant.

Iam vide quanto applausu Dominus excepit bonum negotiatorem: *Euge*, inquit, *bone serue, quia in modico fuisti fidelis*. Hæc autem laus, & commendatio Domini, omnibus omnium Regum diuitijs, voluptatibus, & honoribus præferenda, & pro eā omnes iniurjæ, dedecora paupertatis, & mortis acerbissima supplicia quoque perferenda sunt: quemadmodum Martyrum exempla testantur. *Et alter venit, dicens, Domine, mna tua fecit quinque mnas.*

19 Boni serui, & negotiatores quām honorificè excipiantur à domino suo.

Quid per domiū in plures, paucioresve ciuitates nobis Dominus insinuauerit.

Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates. Dubium non est per hanc similitudinem dominatus in pauciores, pluresve ciuitates, explicari nobis diuersa regni cœlorum præmia, mansionesque cœli varias, si hæc quasi dicta intelligantur in extremo iudicij die. Si autem hæc dicuntur in morte iusti, in qua suum cuique est iudicium peculiare, possunt per hanc eleganter intelligi diuersa Sanctorum charismata, qui plus vni loco, quam alteri, tanquam diui tutelares, & peculiares aduocati opitulantur atque patrocinantur. Idque cum ratione coniunctum videtur: quia illis locis, dum viuerent, patrocinium suum præstiterunt, vel pro illorum incolis sanguinem profuderunt suum, vel denique eorum corpora magna cum veneratione in illis locis asseruantur. Hinc Romanorū singulis aduocatus Petrus est, Florentinorum Ioannes Baptista, Iacobus Hispanorum, Gallorum Dionysius, Venetorum Marcus, Genuensium Georgius, Mediolanensium Ambrosius, Neapolitanorum Ianuarius martyr. Præsunt Sancti etiam certis quibusdam, & priuatis gratijs atque beneficijs conferendis: & vnus quidem oculorum infirmitati, alter pesti, & aëris corruptioni, & alij alijs morbis, & languoribus. Neque est in his quicquam superstitionis, si rectè intelligatur: nam vt vnus & idem animus per diuersa corporis membra tam diuersas functiones exercet, ita vnus & idem Christi spiritus per varios Sanctos tanquam membra sua, varia charismatum beneficia confert, vt Paulus in epistola ad Romanos ratiocinatur. Lege quæso Theodoriti librū VII. de Martyribus, qui de his egregiè philosophatur.

Christiani orbis singulorum locorum proprij veluti dij tutelares.

Eorundem varia in suos cultores beneficia, ac propriæ quasi fūctiones.

1. *Cor.* 12. *& seq.* *Rom.* 12. *Theodorit. tom.* 2.

20

Et alter venit, dicens, Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Hic eorum typum gerit, qui nusquam non Deo obstrepunt, perpetuoq; conqueruntur, quasi Dei donis destituti sint, obijcientes, in cura animarum pastorali, verbi diuini prædicatione, audientia confessionum, & huiusmodi, quæ ad lucra spiritualia exercētur, multa occurrere pericula perdendi animas, multos exandandos labores, & idcircò tutius ducunt non exercere has negotiationes, quam manifesto periculo se exponere, dicuntque tales in corde suo: Deus plerumque requirit fidem ab hominibus, quam eis non dedit: exigit bonorum operum fructum, cum bonam voluntatem non dederit, sed vel ab æterno reprobauerit, vel ex tempore indurauerit corda eorum: cum tamē cessatores sint, neque faciant quod leuissimè facere possent. Et ita duplici nomine semetipsos reos agunt: tum quod nihil boni operantur, tum quod etiam impieratis suæ auctorem volunt facere Deum; cura tamen ipsi nos perditionis nostræ simus causſa. Vnde Paulus: *Contemplantes*, inquit, *ne quis desit gratiæ Dei*: & iterum, *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*: & rursus Timotheo: *Noli negligere gratiā quæ in te est: quæ data est tibi*, &c. Quod vero ait: *Timui te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti*, non est equidem in eo exponendo magnopere laborandum, cum fallæ æstimationes serui de Deo sint: plerunque enim eiusmodi tentamenta inuadunt pusillos, & abiectos animos, nimirum quod Deus exactè rigorem iustitiæ de negotiationibus requirat, hoc est, de cura animarum, de studio prædicationis, de audientia confessionum, & huiusmodi, quæ ad lucra spiritualia exercentur. Cumque tot ocurrant perdendi pericula, tutius videretur ab illis ministerijs abstinere, & sibi tantum, suæque saluti consulere.

Reatus illorum duplex.

Heb 12. 2. *Corin.* 6.

1. *Timot.* 4.

Pusilli, & abiecti animi scrupulis, & tētationibus de Diuina prouidentia quibus frequenter augantur, & crucientur.

Porro, quod abscondit minam in sudario, in quo inuoluta est facies Lazari mortui, Dominique, denotat eum, qui donum Dei mortuum, & sepultum tenet, vt Theophylactus exponit, non euoluens, neque lucrum faciens. Vnde dici solet: Pecunia mortua, frumentum mortuum, dum in horreo est, non excrescit, manna seruatum in alterum diem, computrescebat: & Sapiens, *Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?* Et vane sese

Ioan. 11. Minæ in sudario repositio quid denotet.

Theophyl.

Exod. 16. *Eccli.* 20. & 21.

talis excusat: imo ipsa excusatio magis cum damnat, quia respondet Dominus:

21

Hic sermo qualis sit: De ore tuo te iudico, serue nequā, quid significet.

De ore tuo te iudico, serue nequam: sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui. Prouerbialis est sermo iste, quo significatur magna in exigendo seueritas. Videlicet timor Dei, quem prætexunt pigri, & consideratio Diuinæ seueritatis, debebat esse illis potius incitamentum ad sedulo studioseque operandum, quam ad cessandum ab opere. *Et quare*, inquit, *non dedisti pecuniā meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem eam?* Quod Dominus committit pecuniam suam nummularijs, & cum vsurā eam accipere voluit, nihil aliud significat, nisi quod in lucrum semper intendere debemus, vt ad Dei gloriam, & proximorum salutem quæ accepimus conuertamus. Ergo si non ad actiones magni periculi, saltem ad eas, quæ minores erant, debebat pecuniam acceptam exponere, vt veniens Dominus cum fœnore acciperet. Hieronymus tamen in epistola ad Heliodorum, aliam præclaram proponit intelligentiam: *Ve*, inquit *illi, qui acceptum talentum in sudario ligans, cæteris lucra facientibus, id tantum quod acceperat, reseruauit: illico indignantis Domini clamore ferietur: Serue nequā, quare non dedisti mihi pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exegissem eam? Id est, Deposuisses ad altare, quod ferre non poteras. Dum enim tu ignauus negotiator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniā duplicare poterat, occupasti.* Hæc ille, etsi idem in Matthæum exponat, Dominum illis verbis velle, vt Euangelij prædicatio, & sermo diuinus commendetur fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere, sicut Timotheo præcipit Apostolus, vel cunctis fidelibus, qui possunt duplicare pecuniam, & cum vsuris reddere, cum quod sermone didicerunt, opere complent. Tres hæ expositiones parabolicæ sunt, & accommodæ ad hunc locum expediendum.

Quorsum id: Quare nō dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam

Altera interpretatio pereleganS.

B. Hieron. in epist. 1. *tom.* 1. *in initio.*

Tertius sensus eiusdem. *Idē in Matth. cap.* 25. *tom* 9.

2. *Tim.* 2.

22

Porro cum vsura accipiet Dominus commissam minam, quando in nouissimo die ex donis quæ contulit fidelibus, cumulos meritorum, & animarū multarum millia quasi lucra recipiet. Qua de re pulchrè Gregorius philosophatur: *Ponamus ante oculos nostros illum tantæ districtionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum seruis suis, quibus talenta credidit, ponet. Ecce in maiestate terribili, inter Angelorum, atque Archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine, electorum omnium, & reproborū multitudo deducetur, & vnusquisque quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Iudæa conuersa, quam post se traxit, apparebit. Ibi Paulus conuersum, vt ita dixerim, mundū ducens. Ibi Andreas post se Achaiam, ibi Ioannes Asiam, Thomas Indiam, in conspectum sui iudicis conuersam ducet. Ibi omnes Dominici gregis arietes, cum animarum lucris apparebunt, qui sanctis suis prædicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni Pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorū nomen habuimus, & oues quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus?* Hæc ille, quæ ad excitandos Episcopos, & animarum pastores adducere voluj, vt intelligant, quanto cum timore, & solicitudine in commisso sibi grege pascendo versari debeant, de quo tam stricta reddenda est ratio pastorum omnium Principi Christo: in qua reddenda ipse Gregorius, tantus in Ecclesia Dei Pontifex, & timebat, & contremiscebat.

Creditā seruo minam cum vsura dominus exiget quando. *Gregor. homil.* 17. *in Euangelia sub finem, tom.* 2.

Petrus, Paulus, Andreas, Thomas, reliquiq; Apostoli quas accepere minas à Domino, vt reddent cum vsura.

Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnā, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet: & quod habet, auferetur ab eo. Illa duo verba, *& abundabit*, non sunt in Græcis, nec in Latinis emendatis quibusdam, sicut nec in Syriaco Euangelio, nec Mar. 4. nec Luc. 8. & ideò videntur assumpta ex Matth. 13. & 25. & huc inuecta, nec lædunt sensum. In vltionem porro peccati iubet Dominus auferri

Cur à pigro seruo minā auferri dominus iusserit, & dari decē minas habenti.

auferri minam à seruo pigro, & iubet dari seruo fideli habenti decem minas; ad significandum, quod sæpe in hac vita contingit. Frequenter enim is, qui gratiam quam accepit, in otio consumit, ea priuatur: & is, qui acceptis gratijs bene vtitur, augeri sibi sua dona meretur. Vt enim Apostolus ex bonis diaconis iubet ordinari presbyteros, ex presbyteris bonis promoueri Episcopos, & ex eis qui meliores sunt, ad celsiora ecclesiarum loca prouchēdi sunt. Et quod dixi de gradibus Ecclesiasticis idem merito nō solum in regularibus, sed in profanis, & secularibus ministerijs obseruandum est. Maioribus enim semper dignus est, qui minoribus bene vtitur: & qui fidelis est in exiguis, & in magnis fidelis erit. In futura quoque retributione ex impiorum, & pigrorū seruorum condemnatione, bonorum, & fidelium gloria augebitur: quoniam hoc illis ad singulare gaudium deputabitur, quod tanta dignatione se viderint peruenisse ad gloriam æternam, vbi suos conseruos vident æternis supplicijs addictos.

1. *Timot.* 3.

Luc. 16.

24 Inimici domini qui noluerint eū regnare super se: à quo, & ante quē mādantur interfici.

Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Hæc propriè ad Iudæos spectant, qui impietatis emeritas pœnas, partim quidem dederunt, quando Hierusalem, & templum sub Tito Imperatore euersa fuere, partim etiam in iudicio dabunt, vbi & præmia iustis, & pœnas negligentibus, & minam ad mensam non ponentibus redditurus est. Veruntamen acrius adhuc puniet Iudæos, quod Christi nomen persecuti sunt. Et illos coram se jugulari mandat, vt verbum Græcum significat, quod ad maiorem eorum confusionem, & summā Christi gloriam spectat, & impletur verbum populi: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Qui enim noluerunt inimicitias interficere, id est, peccata per pœnitentiam in Christi sanguine pro eis fuso, digni sunt, vt ignominiosè eorum fundatur sanguis. Sequitur in textu: *Et his dictis præcedebat ascendens Hierosolymam.* Quorum verborum sensus esse videtur: Cum his dictis, Dominus suorum animos ab errore liberasset, quo putabant ipsum ascendere in Hierusalem, vt ibi regnum suum auspicaretur, & consciam se esse odij Iudæorum ostendisset: declarans tamen se illos non metuere, cœpit auspicari profectionem suam in regionem illam longinquam, præcedens eos in ascensu Hierosolymæ, à qua suos sibi metuere non ignorabat. Et Dominus tam in his, quæ periculi sunt, quā gloriæ, nos præcedit.

Quare Christus præcedebat ascendēs in Hierusalē. *Matth.* 27.

In quibus Dominus nos præcedat.

25 Quādo Christus regnabit super nos.

Ideo nos, si sapimus, contendamus omnes inimicitiæ nostræ cum Deo rationes extinguere, & rogare illum, vt velit super nos regnare, qui quotidie dicimus, *Adueniat regnum tuum*, & cum Propheta canimus: *Intende prosperè procede, & regna.* At vero cum Christus nolit regnare super inuitos, sponte nos ipsos illi offeramus in subditos, leges eius sanctissimas obseruemus, in eius hostes, mundum, carnem, diabolum conspiremus, strenueq; decertemus; sed potissimum otiosam, & mortuam donorum Dei retentionem fugiamus, qui vitam, felicitatem, & spirituales delicias semper scaturientem remunerationis loco expectamus recipere à supremo iudice Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto tribuatur omnis virtus, honor, & imperium, in sempiternum, Amen.

Matth. 6.

Psalm. 44.

Christi hostes qui nobis debeāntur.

TRACTATVS XXXV.

In parabolam de duobus filijs à parente ad laborandum in vineam emissis; quæ tantum narratur à Matthæo cap. 21.

QVID *autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum, dixit, Fili, vade hodie operari in vinea mea. Ille autē respondens ait, Nolo: postea autem pœnitētia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter,* & reliqua.

Huius parabolæ scopū facilè ex præcedentibus conicētare possumus. Cum enim Iudæi, & Pharisæi Dominum essent adorti quæstionem illam de expulsis nummularijs & animalibus de templo proponentes, *In qua potestate hæc facis? propria ne, an aliena? Et si aliena, quis tibi dedit hanc potestatem? Deus, an Cæsar, an Pontifex, an tua propria temeritas?* prudenter Dominus, vt clauum clauo truderet, aliam quæstionem illis proposuit de baptismo Ioānis: *Interrogabo vos & ego vnum sermonem* (id est, vnam rē, more Hebræo) *vnde esset, è cœlo, an ex hominibus?* Hoc est, qua autoritate Ioānes baptizabat? Nō debebat autē Dominus tacere, ne cōscius alienæ potestatis vsurpatæ videretur, ac illorum autoritati cedere. Nec rursum conueniebat illi dicere quod erat rogatus, quod indigni essent illud audire, & sine fructu vllo essent audituri. Nec rursus conueniens erat dicere illos indignos esse qui audirent quod interrogabant; ne videretur subterfugere responsionem, vel illis iniuriam inferre. Ideo prudenter aliam similem proponit quæstionem, ad quā si respondere recusarent, perspicuū fieret indignos ipsos esse qui audirent, quod ab alio quærebāt: sin rectè responderēt, ipsi se sua sententia condemnarent, & propositæ quæstioni satisfacerent. Nam si dixissent Ioānis baptisma fuisse è cœlo, etiam Iesum de cœlo esse conuinci poterant, cui Ioannes tantū testimoniū perhibuit. Cum ergo ad hanc quæstionē illi respondere non possent, etiam prius inter se communicatis consilijs, quia dicitur: *At illi cogitabant inter se, & quia dicunt, Si dixerimus, è cœlo:* idcircò cum se haud posse labi considerent, dixerūt, mentientes, & fingentes qui omnium se profitebantur magistros, *Nescimus.* Tunc Dominus: *Nec ego*, inquit, *dico vobis, quod scire cupitis, etiamsi illud nouerim:* idcircò nō dixit, vt ipsi, Nescio; sed, Nō dico. Quo verbo significauit & illos quidē dicere, & nolle dicere, & se quoq; scire quod quærebatur, sed merito illis nolle dicere, quia indigni erant, respon-

1 Quare hanc parabolam Christus induxerit.

Matth. 21.

Hebraismus.

Cur Dominus Iudæis interrogati ea quæ poterat dicere in tēplo, via propositionis quæstione respondit.

Ioan. 1. & *seq.*

Quamobrē Iudæi Christo respōdērint, Nescimus.

Christi Dñi in respōsis sapientia.

2. Reg. 12. *Iob.* 5. & 1. *Corin.* 3.

Quisnam filius, qui patri dixit se iturum in vineam, nec iuit: quis verò alter qui negauit iturum se, iuit tamen.

2 Cortex similitudinis propositæ. *Matth.* 20. Seruorum, & filiorum operantium ratio diuersa.

3 Homo iste qui habuit duos filios, mysticè quis.

verò,

vero, qui & amantur à Deo, & illum amant, filij eius sunt, qui paterna Dei prouidētia gubernātur. Vnde ait Moyses: *Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Quamquam nostra conditione, & iure belli, quo à morte æterna seruati sumus, seruos nos agnoscere, & profiteri debeamus. Vt in Veteri Testamento frequētius serui, quam filij; at in Nouo filij densius, quam serui, vocamur. Et interdum ad humilitatem colendam iubemur seruos nos vocare inutiles, ne videlicet in prosperis efferamur, & in aduersis rursus ne succumbamus, nos filios vocitat. Vnde Apostol. *Flagellat omnem filium quem recipit. Quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes; ergo adulteri, & non filij estis.* Qui sint autem hi duo filij, varia est sententia Doctorum. Quidam enim per primum filium, populum Gentilem intelligunt, qui cum per deorum diuersorū cultum erraret, publicè profitebatur se nolle in vineam ire, verum postea pœnitentia ductus, & ab idolis reuersus, veri Dei cognitionem, ac veram Christi fidem amplexus est. Per filium verò secundum, intelligunt populum Iudæorum, cui cum promissus esset Messias, legemque accepisset, atque dixisset: *Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes*, perinde est, ac si dixisset, Eo in vineam; postea tamen cupiditatibus suis excæcatus, Messiam ad se missum non agnouit, doctrinæ eius restitit, fidem, & fidei cultores persecutus est: vnde qui primus esse debebat in vinea colenda, in eam venit nunquam.

Deuter. 32.

Melior quæ Noui, quàm Veteris Testamenti hominum conditio.

Luc. 17. Cur seruos nos appellare iubemur à Domino: ille verò nos filios nominat *Heb.* 12.

Duo filij missi in vineam à parēte, qui sint.

Exod. 24.

4 Improbatur ille sensus tripliciter, *Hieronym. in Matth. c.* 9.

Hic sensus, etsi verus sit in seipso, & veritatem duorum populorum in genere contineat, non tamen videtur ad literam Textui congruere. In primis, quia textus, vt ait Hieronym. non meminit Iudæorum, neque Gentilium, sed ad diuersas tantum Iudaismi personas Dominus parabolam retulit, cum dixit: *Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Deinde, quia Gentilibus nō prædicauerat Ioannes, aut Dominus, vt ab eis instructi, fide & pœnitentia saluarentur. Tertiò, quia Iudæi nondum viderant Gentes ad fidem cōuersas, vt eorum exemplo excitarentur, cum Dominus hanc pronuntiauit parabolam.

5 Alter sensus probabilior. *Hilar. can.* 21. *in Matthæum.*

Proinde sententia Hilarij maximè probanda est, qui per priorem filium Pharisæos, & maiores Iudæorum; per posteriorem verò plebem Iudæorum, in qua sunt publicani, & meretrices, intelligit: quanquam mysticè, siue per allegoriam in parabolis contentam, possit parabola illū sensum complecti. *Pater ergo accessit ad priorem filium, & ait illi, Fili, vade hodie, & operare, in vineam meam.* Ita legitur Græcè ἐργάζου in imperatiuo, non in infinitiuo ἐργάζεσθαι, operari. Et accusatiuus In vineam meā, regitur à verbo, *Vade in vineam, & ibi operare*. Accedit Deus per lumen rationis, & gratiæ excitantis, vt meminerimus muneris nostri. Est autem singularis Dei fauor, quod aliquid nobis pro sua bonitate præcipiat; qui nihil præcipit, nisi vt iustam habeat rationem remunerandi.

Qualis Dei accessus ad nos.

Idem cur nobis præcipiat.

6 Quid est q prior filius à patre in vineam missus, illi respondet: Nolo.

Ille autem respondens, ait, Nolo. Hic est populus numero maior, tempore antiquior, quia populus præcessit in Aegypto ministros; posterior vero filius, maiores sunt, postea electi numero pauciores. Primus ergo dixit, *Nolo*: quia exterius manentes in communi vita, & fortè præceptorum, non profitentur altiorem perfectionem; tales verò postea pœnitentia ducti ad vineam eunt, iustitiam operum, tum in seipsis, tū in alijs exercentes, agnoscētes seipsos, & proximos tanquam vineam Domini locatā, vt alia in parabola mox explicanda dicitur, & ad colendum datam. Quanquam minores non nisi generalem quandam aliorum curam habēt, de qua dicitur: *Mandauit illis* (scilicet Deus) *vnicuiq; de proximo suo.* Et eius potius est se à superioribus coli finere, quam se ipsos, & alios colere? quanquam nemo ita coli se sinit, quin ipse se ipsum colat; vt propterea, siue populus, siue sint maiores eius, ad colendam vineam adstringantur.

Inferiorum cura præcipua à Domino commissa *Eccli.* 17.

Dicere ergo, *Nolo*, irreuerentiæ, & contu-

Quale hoc verbum filij respōdentis, Nolo, eiusq; excusationes.

contumaciæ vox est, quam multis excusationibus colorare soliti sumus; Non suppetunt vires, infirmus sum, vel pauper, durum est hoc, & laboriosum opus & ingenio meo contrarium. Et quemadmodū qui ex nimia imbecillitate rationis vsu destituuntur, multa indecora & dicunt & faciunt, quorum, cùm ad sanam mentem redierunt, dolent, & resipiscunt: ita iste irreuerenter peccato absorptus respondit, sed mox eum pœnituit, & ad laborandum eo ardentiùs quo respondit contumaciùs, surrexit.

8 Cum secundo filio qui dicit, eo, scilicet ad laborandum in vineam. Spartam suā colere, quid

Secundus filius rogatus & ipse vt iret in vineam, id est, Sacerdotes, Reges, Iudices, Doctores, siue Scribæ, & Religiosi, isti omnes vita sua, & professione dicunt, Eo, & profitentur se vineam colere. Quisque enim qui alijs præficitur, Spartam suam habet, quam colat: vt habet Prouerbiū. Et cum negligentius susceptum munus administrant, admonentur à Deo, siue per se, siue per Angelum siue per Prophetam, & prædicatorem, vt vno die, quo vita tota significatur, vt supra exposuimus, elaborandæ, excolendæque vineæ incumbant. Illi tamen postea pollicitis minimè stetēre, & otium, ac vitā mollem, ac iocundam labori, quem ex officio præstare debuerant, prætulerunt.

Quare postea non iuit in vineam.

9 Christi lenis, ac dulcis Pharisæos se tentantes increpandi ratio. *Luc.* 7. Christum vicerint qui soli. *Ioan.* 4 & *seq. Matth.* 15. *Ioan.* 9. *Matth.* 8.

Interrogauit ergo Pharisæos Dominus: *Quis ex duobus fecit voluntatē Patris? Dicunt ei, Primus.* Horribilis veritatem iudicandam proponit, vt sententiā, qua condemnarentur, proferrent, vt vel sic resipiscerent: si autem sine parabola increpasset, fortè non audissent, sed recessissent. Et hæc erat dulcis increpandi ratio, qua vsus est Dominus cum Simone Pharisæo, & in subiuncta parabola de vinea, quam mox explicaturi sumus. Noluit autem Deus in disputatione confundere astutos, siue interrogando, siue respondendo, & finit se vinci à simplicibus, vt à Samaritana, Chananæa, Cæco nato, & Centurione. De Ioannis autem consilio non acceptato, potiùs quàm de lege violata, aut de se ab eis non audito redarguit, quia lex tollenda erat: & quia in hoc non excedebantur à populo, vel publicanis: & quia nō ita nota erat legis violatio. Populum autem prudens nō laudauit, quòd videlicet doctrinam suam audiret: noluit namque sibi videri testimonium ferre: de Ioanne etiam præcesserat sermo. Et ita probat eos malis peiores: sicut alibi probauit eos pueris sedentibus in foro insipientiores.

Post priorem filiū filiū, qui scilicet fecit voluntatē patris *Infra* 11.

10

Tunc ergo Dominus subiunxit: *Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei.* De præsenti legendum præcedunt, vt Græca, & emendata Latina habent exēplaria. Et erant duo hominū genera apud Iudæos infamia, alterum in sexu masculino, alterum in fœminino: id est, omnes viri, & fœminæ de media plebe deprōpte, & peccatis infamibus inuolutę, quę maximè per concupiscentiam carnis, & oculorum delinquunt: etsi meretrix propriè sit, quæ quęstus gratia sui corporis copiam facit. Et Græcè de præsenti dicitur, Præcedunt vos in regnum Dei, & hoc, quia non loquitur de futuro, sed de eo quod iam per efficaciā passionis Domini factū erat, siue de præsenti fiebat. Non blanditur Christus vitijs, neq; bona opera damnat: quia non loquitur de meretricibus & publicanis, qui adhuc tales perseuerant, sed de ijs, qui pœnitentia moti redierunt ad bonā frugem. Nemo ergo, qui malè vixerit, desperet, etiamsi alioqui meretrix, & publicanus sit, quia ante alios ad regnum peruenire potest. Nemo, qui virtutem colat, nimium in seipso confidat, & dormitet: quia anteuertent eum meretrices & publicani.

Duo hominū genera apud Iudæos infamia, quæ.

Meretrix prope priè quæ sit.

Quomodo publicani, & meretrices Pharisæos præcedūt in regnum Dei.

11 Falsa, & inepta interpretatio reijcitur.

Neque verò est sensus de principatu temporis, vel dignitatis in cœlesti regno: quia non esset huius caussa Ioannem non recepisse: & sermo hic ponit, quod vtriq; in regnum regrediantur, & quod alij sequantur post præcedentes, quæ falsa videtur. Sensus ergo est, quod publici peccatores ad Christum cōuersi, priùs in regnum Dei, siue in Ecclesiā recipiantur, sicut prius acceperunt Ioannem vt prophetam, & eius monitis auscultarunt. Alij autem vel nunquam, vel serò in regnum Dei ingrediuntur: atq; hac ratione ad summum quod expectabant,

Publicani, & meretrices, qui Pharisæos præcesserint in regnum Dei,

Matth.9. Luc.19. Supra 7. Ioan.4. Ionæ 3.

bant, id est, Messiam, qui est verum Dei regnum, præcesserunt publicani, vt Matthæus, & Zachæus, & meretrices, vt peccatrix, & Samaritana. Quemadmodum prædicante Iona in ciuitate Niniue, post alios multos iam conuersos peruenit verbum ad Regem. Cùm enim duo pro aliqua re contendunt, vnum alteri præpositum, vel præcessisse dicimus, non solùm cũ vni damus prio rem locum, alteri posteriorem, sed etiã cùm res illa, pro qua erat contentio, vni est concessa, & alteri denegata: ad hunc modum publicani, & meretrices pœnitentes præcedunt Pharisæos impœnitentes, etiamsi in regnum minimè ingrediantur.

12 Et subiungit: *Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. Vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.* Declaratio est verborum antecedentium: nam Ioannes dicitur venisse in via iustitiq; quia tota vita eius pœnitentiam, & peccati vindictam prædicabat: verbo etiam pœnitentiam, & pœnitentiæ baptismum populo proponebat, hoc est, dolorem de peccatis, & satisfactionis fructus condignos, vt redderentur iusti. Sed quia hoc facilius creditu, licet non sit factu, ideo subdit: *Nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.* Em phasim habet, quod etiam meretricum, & publicanorum exempla præuia cernentes Pharisæi, nihil moti fuerint: hoc est, qui primo loco conuerti debuistis ad pœnitentiam, & fidem, non estis cõuersi: videntes etiam tot peccatorum conuersionem. debuistis saltẽ illorum exẽplo permoueri. Deinde non ait: Vt crederetis mihi, hoc est illi non credidistis, nec Messiæ, qui tamen ad nihil denuò obligans vltra legem naturæ, venit per viam gratiæ prædicans, Messiæ ipsius fide, & Sacramento homines iustificãdos, quod difficilius est creditu: sed facilius factu: quemadmodũ etiam, quod ad vitam attinet, Ioannes venit, neque manducans, neque bibens, Dominus autem Iesus venit comedens, & bibens. Ioannes etiã non promittebat regnum, vt Christus, sed tantum dispositionem ad illud. Et hæc sint satis ad explicationem parabolæ.

Qua ratione Ioannes venit in via iustitiæ.

Matth.3. & seq.

Christus vt venit ad Iudæos.

Matth.11.

Ex qua nonnulla elicere possumus ad rectè instituendos & formandos mores nostros accommodata. Atque illud in primis, non satis esse cuique promittere obedientiam in Baptismo, vel Sacerdoti in Sacramento Pœnitentiæ, vel religioso in professione: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum,* vt qui multa pollicentur, *sed factores legis iustificabuntur.* Factis ergo præstandũ est quod possumus; votis, & voluntate, quod non possumus: vt ita volũtas vim facti habeat. Quot autem sunt, qui eorum, quæ in baptismo, vel in professione sua polliciti sunt, ne meminerũt quidem: qui quo magis in terram promissam accedere deberent, eo magis & corpore, & animo regrediuntur in AEgyptũ. Et multi religiosi sunt, qui in Decalogi obseruantia à laicis præcedũtur, atque superantur.

15 Ex hoc loco salutaria eliciuntur nonnulla documenta. Primum documentum, *Rom.2.* Auditores legis qui non sint iusti apud Deum.

Instruuntur deinde Episcopi, & omnes qui alijs pascendis præsunt, & qui publicè profitentur se in vineã Domini proficisci, deinde verò professionis suę obliti ad aulas principũ, ad venationes, & ad ludos accedunt, ibiq, diu immorãtur, quandoq; etiã quieti cõscenescunt, aut interdum neglectis curis spiritualiũ rerum, tẽporaria munera, & quæ sibi minimè cõueniunt, curant. Isti profectò ad eos spectant, qui dicunt, Eo in vineam, & posteà non eunt: nã in cõsecratione sua Episcopi destinãtur ad prędicandũ populo suo. Atq; istis illud euenit, quod plerumq; pueris, aut famulis nostris, qui negotij alicuius gratia à nobis aliquo destinantur, euenire solet: nam eius mandati, quod à domino suo acceperunt, obliti, & in platea nouo aliquo, & vano spectaculo detẽti, totũ diẽ consumunt, noctuq; redeũtes vapulãt, quòd officio defuerint suo, & domini sui mãdatum neglexerint. In hunc propè modum pastoribus accidit, qui dignitatis suæ, & amplitudinis honore deliniti, & diuitiarum voluptatibus inescati, officij sui omninò redduntur immemores: vnde vitam in luxu, & otio degunt: sed aduẽtante morte, cùm se in domum

14 Secundũ documẽt. Episcoporum scilicet absentium ab ouili suo.

Ijs quid euenire soleat.

domum recipere volunt, acerbis & æternis supplicijs iuste à Domino plectuntur.

15 Quod si rursus hoc exemplo nõ permouentur, quicumque ad animarum curam habendam assumuntur, siue qui vt assumantur, ipsi nullum non mouent lapidem, volo alia elegantiori similitudine vti. Fingamus nos, obsecro, magnum quendam, & opulentum patrem familias vineam ingentem posslidere, ex qua vna annuos reditus colligere ad honeste vitam transigendam consueuerit, decem, aut duodecim operarios sub amplæ cuiusdam mercedis stipendio ad vineam suam excolendam conduxisse eodem die sub vesperam pendendæ. Fingamus præterea, quo illi alacriori animo munus suum præstent, ientaculũ splendidum obtulisse, & vini optimi potu illos, dum labori vacant, prosecutum fuisse: certè qui tam lautè, & benignè tractantur, incitamenta habent omnem industriam, & laborem vineæ colendæ impendendi. Sed iam ponamus, illos in vineam aduentasse, & communicatis consilijs de sectando otio, & nouis ludis ineundis inter se agitasse, & ita patris familias beneuolentia abutentes, quis alteri aut cursu, aut palæstra præstet, decertare: deinde vt periculum suarum virium faciant, vitibus, vel virgultis extirpandis inter se contendere, atque ita totum diem transigere: pone illos omnes appetente nocte ad domũ patris familias, vt mercedem pactam accipiant, se recipere: qualem putas mercedem esse apud illum omnium rerum non ignarum tales nebulones, & nequã operarios promerituros? Et qui vnquã magis digni sunt qui detrudantur in tenebras exteriores, vbi in continuo fletu, & stridore dentium miseram vitam ducant, quam isti? Quid putas futurum, quando Episcopi omnes, & pastores comparebunt ante Deum? Neque solum hæc quæ narrauimus, & quæ natura sua leuissima sunt; sed vbi constiterit grauissima eos delicta, & flagitia perpetrasse, & annuos Episcopatus prouẽtus in nefarijs, & turpissimis actibus consumpsisse, quo putas illos pudore

Elegans exẽplum alterũ, pro Episcopis, atque pastoribus in officio continendis.

suffundendos? quo gehennæ supplicio digni non erunt? Pudet me certè actoribus rem exaggerare verbis, si tamen exaggerationis est locus, quando verba omnia culta, & omnes eloquentię vires longè à demonstranda re absunt. Quisque eorum, qui tanta dignitate in Ecclesia gloriatur, oculos cordis aperiat, & tempestiuè sibi prospiciat, quo tantum iudicium euadere valeat, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto eundem adorationis honorem, parem laudem, & potestatem in æternum possidet. Amen.

TRACTATVS XXXVI.

In parabolam illam: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis; & peregrè profectus est. Matt. 21. Marc. 12. Luc. 20.

1 Ordo, & scopus dictæ huius parabolæ à Domino.

PRAESENS parabola post præcedentem duorum filiorum, quorum alter promisit in vineã se iterum, & non iuit; alter verò cum negasset se iterum, postea iuit, proximè à Domino dicta est. Vnde Matthæus ait: *Aliam parabolam audite.* Cuius scopus est indicare beneficiorum Dei multitudinem, deinde malignitatẽ Sacerdotum, agricolarumque volentium sibi vineã vsurpare, & grauissimam eorum punitionem, & acerbissimas quas erant daturi pœnas, ob ingratos animos, & abusum tantorum beneficiorum. Nam cũ apud aduersarios Domini nõ valeret, quamuis vehemens, adhortatio, & commonitio, fideliumque exempla nequicquam eos permouerent; propterea Dominus in præsenti Euangelio annuntiat iudicium Dei super eos, redditúque inexcusabiles,

Iudæorum in Christum ingrati animi magnitudo.

sabiles, ne possint prætexere ignorantiam. Docet etiam, Dei fauores, & veteris amicitiæ testimonia nihil prodesse ingratis, quin regno priuentur, & in alios dona eorum conferantur: ait enim per Hieremiam Dominus; *Hierem. 22.* *Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim Regis Iuda, annulus in dextera mea, inde euellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam.* Quod etiam alibi idem Propheta expressit in lumbari lineo, quo Dei iussu lumbos suos texit, quod cum in foramine petræ ad Euphratem reposuisset, post aliquot dies inuenit putrefactum. In quo significare voluit dilectos Deo, & qui illi intime hærent. Et subdit Dominus: *Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Hierusalem multã, populũ istum pessimum.* Et alio loco minatur illi populo, quod erit in caudam, & non amplius in caput. *Ipsi* (inquit) *me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gẽte stulta irritabo illos.*

Supra 13. Quid lumbare Hieremiæ mysticè significet.

Deuter. 28.

Infra 32.

2

Lucas refert, hunc sermonem dictum ad turbas; Matthæus verò, ad Sacerdotes, Scribas, & Pharisæos. Vnde in parabolæ fine dixit; *Et cum audissent Principes Sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas; quoniam sicut Prophetam eum habebant. Conscientia enim ipsorum erat interpres parabolarum Christi.* Quod propterea scriptum est, ne mireris, si tu ipse, & tua doctrina non proficit apud populum. Et si veritate aliqui offendantur, mali auditoris est veritate euangelizata scandalizari, atque vti: boni prædicatoris est viuum tangere, neque consuere puluillos sub omni cubito manus, vt solent assentatores, qui fauorem populi captare contendunt. Ostendit ergo, nouum non esse, Sacerdotes, aliosque Ecclesiæ proceres Deum suo iure impiè fraudare: nam simili latrocinio grassatos esse Iudæos olim in Prophetas, & nunc ad Filium Dei interficiendum paratos esse, legimus. Sed non impunè laturos, quia Deus sui iuris vindex exurget.

Pharisæorum conscientia, parabolarum Christi sæpè erat interpres.

Quid propriè mali auditoris euangelici; & quid boni prædicatoris.

Ezech. 13.

Matth. 23.

Itaque exprobrat Sacerdotibus animũ ingratum perfidiæ plenum; & tollit offendiculum, quod ex sua morte instabat imminenti.

Marcus ad Matthæi coronidem addit: *Et relicto eo, abierunt.* Quia auersi sunt à bono incommutabili, & conuersi ad bonum commutabile creaturæ. Hæc ergo parabola, & ad Scribas, & Pharisæos prolata est: quoniam illi coguntur reddere rationem vineæ; & ad plebem etiam dicta est, quia illã instruit, vt reddat fructum fidei, & iustitiæ, qualiscunq; fit procerum, vel præpositorum vita. Hæc de scopo.

3

Marc. 12. Pharisæi cur Christo relicto abierũt.

In litera quædam veniunt annotanda. In primis vinea plantata describitur, non empta, aut donata: quia tales vineæ minus diliguntur, minusque æstimantur, quam quæ nostris manibus, & industria constitæ sunt. Et vinea naturalis, & inculta non profert nisi fructus labruscarum. Et psal. 79. dicitur translata ex AEgypto, & transplantata in terra promissionis, vt vberiores & meliores fructus ferret: vbi etiam dicitur: *Dux itineris fuisti*, quia multis beneficijs & fauoribus egressi de AEgypto intrarunt in terram promissam: solent enim vites, vel arbores ex vno in alium locum transplantandæ magna diligentia asseruari, & in humiditate cultodiri, ne siccitate pereant: fuit autem illa vinea ex tribus vitibus orta Abraham, Isaac, & Iacob, & ex duodecim filijs Iacob propagata, sicut & euangelica vinea ex duodecim Apostolis tanquam Christi filijs in vniuersum orbem dilatata & amplificata. Deinde dicitur in optimo loco plantata; vnde Isaias, ait eam plantatam in cornu filio olei, id est, in colle, loco pingui. Nam vineæ debent esse plantatę in monte, conuersæ ad Austrum, clausæ autem ad Aquilonem: nam Bacchus amat colles. Intelligitur etiam elapidatio, vt dicitur ibidem: *Lapides elegit ex illa*: non quidem paruos, & vulgares lapides, sed magnos, qui ordinem vitium impedirent: nam alioqui terra saxosa vtilis est vineis. Item plantata fuit vitibus optimis, siue plantis electis, vt tradunt Isaias, & Hieremias, siue vt Hebraicè

4

Paterfamilias quare plantauit vineam, Vineæ Iudaica, & Euangelica, ex quibus vitibus propagatæ sint.

Ibidem.

Isai. 5. Vineæ situs optimus.

Ibidem.

dicitur, vinea Schorech, quam quidam interpretes exponunt, vuam absque acinis, siue producentem vinũ dulce, & generosum, quale est Creticũ, vel Phalernum. Huius vocis vim septuaginta interpretes apprehendẽtes, nõ sunt interpretati apud Isaiam: nã Græcè est Σωρήκ; qui tamen apud Hieremiam, vbi illa eadem vox ponitur, transtulerunt, vineam Καρποφόρον, hoc est, fructiferam. Symmachus cum Chaldæa paraphrasi hic, & Hierem. 2. verterunt, electam. Cum tamen non videatur hæc eius vocis germana significatio, vt auctor est Hieronymus in Isaiam, etiamsi ipse in vtroq; loco verterit, electam: admonet tamen asserere Hebræos, Sorech genus esse vitis optimæ, quod vberes fructus faciat atque perpetuos. Denique Sorech à quibusdam χαλλιπάρπους interpretatur, quod nos, in pulcherrimos fructus vertere possumus ille. Rursus adduntur alia vineæ necessaria, vt sepes, torcular, & turris in medio eius, vt toti vineæ custodiendę subseruiant. Et omnibus enumeratis, vt rebus necessarijs instructam indicaret, subdit Isaias; *Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Postea fingitur illam locasse.*

Ierem. 2. Vinea Schorech cur sic dicta.

Symmachus interp.

Hiero. to. 5.

Vineæ necessaria.

Ad sensum principalem respondendo, frequens est in sacris literis hæc similitudo vineæ, cuius meminit Moyses in Cantico, Dauid in Psalmis, cum ait; *Vineam de Ægypto transtuliſti*, & reliq. De eadem etiam Hieremias loquitur, dicens; *Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es in prauum vitis aliena?* Sed nullus apertius, neque clarius Isaia, qui ait; *Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit vineam electã, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Et paullò post subdit: *Vinea Domini exercituum, domus Israël est: & vir Iuda, germen eius delectabile*: quia ex illo proditurus erat Dominus Iesus, vitis vera, cui omnes fideles quasi palmites insiti, fructum optimum proferunt. Sequitur: *Et expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitia, & ecce clamor.* Hæc omnia Glossa, quam ordinariam vocãt, & quidam alij viri eruditi, de regno decem tribuum, & non de regno Iuda docent esse intelligenda: quia vineæ huius sepes dissipatur, & est in conculcationem & diripitur, & non putatur, nec compluitur, & ascendunt super eam vepres, & spinæ. Decem enim tribus electæ sunt, vt non essent amplius populus Dei. Deinde viri Iuda, qui remanserunt in fide, constituuntur iudices inter Deum, & vineam. Ad hæc, vinea declaratur esse domus Israël, non domus Iuda. Erat etiam illa in monte vberi Samariæ plantata, & habebat templum, & alia priuilegia communia cum regno Iudæ. Nõ desunt tamen qui hanc Euangelicã vineam, & illam Isa. 5. vnam & eandem esse interpretentur. Et prophetat hæc Isaias longè ante transmigrationem, de qua in 4. Regum volumine est sermo. Et patruelem vocat fratrem patris, cum ait, *Canticum patrui mei de vinea sua*, sic enim legit Hieronymus ex Hebræo. Fratres autem erant regnum Israël, & regnum Iacob. Isaias autem, qui lugubre hoc carmen cecinit, filius Iuda erat. Et vocat Israël patruum, siue patruelẽ suum. Christus autem hoc loco non comminatur vineam dandam in direptionem, sed tantum colonos occidendos, & vineam alijs agricolis locandam melioribus: quare longè diuersa est ratio huius vineæ ab illa, de qua Propheta.

Gloſſa ordin.

Quæ vinea ludæorũ ita, quæ fructũ Deo non retulit suum, quem debebat.

Alter sensus.

4. Reg. 17. & seq.

Quis patruelis Isaiæ, cuius canticum canit.

Hiero. to. 5.

5

Vineæ similitudo in scripturis frequens.

Deut. 32.

Psal. 79.

Hierem. 2.

Isa. 5.

Iam per singulas partes parabola explicanda est: & primo ad literam de populo illo Dei, deinde de Ecclesia Catholica, quæ illis successit, exponenda. Hic paterfamilias, qui plantauit vineam humani generis per plasmationẽ Adæ, & electionem patrum, qui populum eduxit de AEgypto, qui Prophetas primum, deinde Filium suum misit, & vineam alijs colonis tradidit, vt interpretatur Irenæus, vnus, & idem est Deus Pater. Plantauit autem, non tantum cũ hominem condidit ab initio, sed cum patres eorũ elegit, qui sunt plantæ vitis optimæ,

6

Paterfamilias quis plãtauit vineam, & qualem.

Gen. 2.

Exod. 14.

Irenæ. lib. 4. cap. 70.

Vir Iuda, germen delectabile cur dicatur.

Iean. 15.

Vineam illã Deus quando plãtauit. *Psal.* 29.

optimæ, quoniam Abraham, Isaac, & Iacob miræ sanctitatis viri extiterunt. Et hanc vineam de AEgypto transtulit in Terram promissam meliorem, quo plures ederet fructus, eiectis inde Gentibus, & Chananæis tanquam lapidibus duritie sua fructum vineæ impedientibus, ne videlicet Gentiles conuersatione Iudæos inficerent: quia Amorrhæi erant inter illos. De istis lapidibus dicitur: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*: quod Propheta explicans, dixit: *Eiecisti Gentes, & plantasti eam. Extenditque palmites suos vsque ad mare* (Occidentale) *& vsque ad flumen* (Euphratis) *propagines eius.* Isti enim erant termini Orientis & Occidentis Terræ promissæ; vt perspicuum est ex sacris literis. Et ita cum prophetia Isaiæ de solis decem tribubus loquatur, Dauid tamen de vinea sermonem facit, vt includat vtrumque regnum, & Iuda, & Israel. Cuius etsi deploret destructam maceriem, & extirpationem ab apro de silua, & depastam a singulari fero, postea tamen pro eius salute, & incolumitate deprecatur Deum, dicens: *Respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & super filium hominis quem confirmasti tibi.* Nam etsi ecclesia Dei antiqua multas vastationes, depopulationesque passa sit à finitimis Regibus, Deo propter eius delicta hoc permittente, nunquam tamen fuit extincta penitus: ex qua videlicet oriturus erat Filius Dei, qui eam per orbem vniuersum propagaturus erat.

Deut. 7.

Matth. 3.

Psal. 79.

Ibidem.

Ibidem.

Quid est quod vetus Dei Ecclesia tot malis quita à malis sustinuit, nunquam fuit penitus extincta, atq; obruta.

7 Sepis, Torcularis, Turris vsus in vinea necessarij.

Et sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. Iuxta Matthæi descriptionem vinea hæc satis munita, & instructa fuerat omnibus necessarijs, nempe sepe, torculari, & turri. Sepe, ne esset exposita deprædationi omnium transeuntium: torculari, instrumento commodo, aptoque ad conficiendum vinum, quod finis est cultę vineę, vnde denominatur: turri, partim ad speculandum, ne quis ingressus fructus deprædaretur vineæ, partim ad fructus collectos asseruãdos. Ista omnia vineæ præsidia diligenter perscribuntur ab Isaia, & à Matthæo, Marco, que: sed omittuntur à Luca, qui tantum ait: *Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis.* Per sepem igitur intelligimus ciuitates muris cinctas Telluris sanctæ, vt dicitur in Deuteronomio, vel etiam muros Hierusalẽ Nehemiæ ad preces obtentos, pro quibus olim precabatur Dauid: *Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem.* Sed quoniam muri non sunt maxima beneficia, de quibus hic agi videtur; melius propterea Leontius per sepem, legem ipsam intelligit, quia non permittebat vllo modo Iudæos Gentibus commisceri, vel per sepem potestas temporalis, & regia significatur, muniens filios Israel, vt sepes protegit vineam: quia *Vbi non est sepes, diripietur possessio.* Vnde Iudæi volebant Regem, qui præliaretur prælia sua pro eis. Vel etiam Diuinam protectionem intelligere possumus, qui tum per se, tum per Angelos populum illũ peculiariter muniuit, & seruauit: vnde scribitur; *Vrbs fortitudinis nostræ Sion Saluator, ponetur in ea murus, & antemurale.* Torcular verò, altare significat holocaustorum, ad quod perpetuò afferebantur animalia ad sacrificium, vt ad torcular vuę, siue lex ipsa timoris ad obseruantiam sui premens. *Non enim accepistis*, inquit Apostolus, *Spiritum seruitutis iterum in timore.* Turris in medio fabricata, spiritualem sacerdotum potestatem significat, siue templum in monte Sion constructum, quod instar turris tuebatur. Vnde Hieremias inducit Iudæos dictitantes: *Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* In hac turri speculatores vineæ euigilabant pro alijs, tanquam rationem reddituri de vinea.

Isa. 5. *Mar.* 12. *Luc.* 20.

Quid sepes.

Deut. 9. *1. Esdr.* 4. *Psal.* 50.

Leontius Episcopus. Alter sensus.

Eccli. 36.

1. Reg. 18. Tertius sensus.

Isa. 26. Quid verò Torcular.

Rom. 8.

Turris in medio vineæ fabricata quid denotet.

Hierem. 7.

Diciturque locasse eam agricolis. Etsi enim per se posset sine medijs hominibus, eam colere, vti tamen voluit ministris propter suauitatem prouidentiæ suæ. Et locare, significat eos non esse dominos, sed seruos, œconomos, siue dispensatores, qui non absque vtilitate vineam colebant. Olim ergo Regibus,

8 Cur vinea agricolis locata.

Qui sint agricolæ, vinea

quibus locata Dominus fuit.

gibus, sacerdotibus, & iudicibus vinea locata fuit, vt tum verbo, tum sacrificio & exemplo proficerent ad vias bonorum operum, & ad cognitionem peccati, & medellæ per Christum suscipiẽdæ, & ad vinum sapientię, & charitatis Dei, inebriantis producendum. Denique peregrè profectus est. Ita enim facere solent domini vinearum, quas vbi bene instruxerint, eas locant, & absunt: ea tamen lege, vt locantes debeant vineam meliorem efficere, & quotannis eius culturæ, & perfectioni certam pecuniæ summam impẽdere. Deus vero nunquã abest, qui operatur omnia in omnibus, & non longè est ab vnoquoq; nostrũ. Et hoc verbum denotat expectationẽ, quam habet de fructibus vineæ, de qua dicitur: *Expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Peregrè ergo profectus est: quia post datam legem in monte Sina, non amplius visibilibus signis potentiam suam ostendit. Et ita insinuatur liberum hominis arbitrium: nam in manu consilij sui relictum est eam colere. Sæpè etiam impij pastores persuadent sibi Dominum procul abesse, neque curare quæ in vinea fiãt. Hinc dixit ille malus seruus in corde suo, *Moram facit dominus meus venire: & cœpit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.* Ita in Prouerbijs de muliere parum honestè viuente dicitur; *Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua, abijt via longissima. Sacculum pecuniæ secum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domũ suã.* Hæc enim patientia Domini, & longanimitas, qua se finxit longius abijsse, in omnia nos scelera præcipitat, nostro tamẽ vitio: quia vt protritum habet apud quasdam gentes Prouerbium; *Mortuis, & alio longius profectis nulli adsunt amici.* Sed Deus longanimitate agens non statim punit, sed gerit se perinde ac si abesset.

Pater familiãs cur peregrè profectus, & quando.

1. Cor. 12. *Act.* 17.

Isai. 5.

Exod. 19.

Eccli. 15.

Luc. 12.

Prou. 7. Impudicæ mulieris vox apud Salomonem.

Prouerbium.

9 *Caietan. in Matthæum.* De profectione patris familias inepte quidam quid senserint.

Non placet autem illorum expositio, qui per profectionem istam intelligunt subtractionem gratię: nam quomodo sine gratia fructum vllum vinea ederet? aut quomodo Dominus fructum vineæ exigeret? Imo hoc ipso quod exigebat fructus, intelligimus Deum gratiam suam illis non denegasse.

Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus; & fecerunt illis similiter. Tempus fructuũ, vt B. Remigius interpres est, fuit, quando superatis hostibus Terram promissionis securè colere cœperunt: nam pax aptior est ad ædificandum, & fructum edendum. Vtinam agnoscamus aliquando à nobis fructus vineæ locatæ reposcendos à vero Domino. Et tẽpus, ait in plurali, fructuum, non vnius, sed plurium: nam plura Deus plantauit in nobis, & omnium cupit habere fructum, nempe fidei, spei, & charitatis, iustitiæ, humilitatis, obedientiæ, & patientiæ. Quemadmodum enim in cithara, non vna chorda, sed plures efficiunt concentum; ita plurium virtutum actiones fructus sunt à Domino desiderati. Et tempus fructuum est vita præsens, nempe post vsum liberi arbitrij obtentum vsque ad mortem. *Dum tempus*, A postolus inquit, *habemus, operemur bonum.*

10 *B. Remigius in Matthæum.* Tempus fructuum quodnam illud ap propinquãs. Fructus à nobis Dominus quos requirat.

Simile.

Gal. 6.

Quod attinet ad missionem seruorum, Marcus & Lucas tres missiones fuisse seruorum narrant, Matthæus vero duas tantum, quia illi particularius loquuntur, iste generalius, vt Euthymius annotauit. Quanquam dici quoque possit, in his duabus Matthæi missionibus contineri illas tres aliorum, quia Marcus alium cæsum, lapidatum alium, & alium narrat occisum: quæ omnia sub vna missione complectitur Matthæus. Primi autem serui boni missi ad exigendos fructus, sunt illi Prophetæ, qui missi sunt tempore Iudicum, qui cæsi sunt, id est, percussi, siue occisi morte haud ita ignominiosa: morte vero lapidationis quidã (id quod est peius) occisi sunt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus tẽpore Regum, & Samuelis, ante quẽ sermo Domini rarus erat.

11 An Matthæus duplicem seruorũ missionẽ describens, à Marco, Lucaque dissentiat triplicem enarrãtibus. *Euthym. ca.* 50. *in Matthæum.* Altera solutio. Primi serui missi ad fructus vineæ colligendos, qui. Secundi serui quinam. *1. Reg.* 3.

Quod

Quĩ tertij.

Quod si tertia fuit missio aliorum, intellige circa tempus transmigrationis Babylonicæ, quo tempore multi Prophetæ missi sunt. Euenire solet non rarò, vt si quando habeas durum debitorem, & ab eo exigas quod debet tibi, ille indignatus, vel faciem auertat, vel excandescentia permotus duriter loquatur, vel debitum neget, vel denique necem comminetur, si iterum debitum postuletur. Simile quid narratur in hac metaphora: nam legatis & nuntijs Dei debitum ex parte eius petentibus, mortem intulerunt contra omne ius gentium.

Mali debitoris cõditio.

12

Ad fructus vineæ colligendos quos miserit paterfamilias.

Vt acciperent fructus eius. Prophetæ autem missi ad Sacerdotes, & ipsi de numero erant agricolarum colentium vineam, tamen quatenus extra ordinẽ mittuntur ad exigendos fructus, veluti distincti sunt. Et prædicatores, qui mittuntur extraordinariè, vt sunt delegati ad colligendos fructus, imo etiam ipsi Pontifices, Religiosi, & gloriæ Dei relatores, ad alios negligentes verbo, & exemplo, & legibus excitandos vt fructum ferant, quasi distincti sunt à se ipsis. De istis Prophetis dicitur; *Sed & vniuersi principes sacerdotum, & populus prævaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes Gentium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Hierusalem.* Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos, per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quod parceret populo, & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque Prophetis; donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. Et Stephanus; *Dura*, inquit, *ceruice, & incircuncisi cordibus, & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis: sicut patres vestri, & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iusti.* Et Dominus, *Hierusalem, Hierusalem; quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt; quoties volui congregare filios tuos, &c.* Notius est, quam vt longo sermone sit referendum, qua ratione Moses, & Aaron, qui primi fuere institutores, & prophetæ illius populi, & qui eos tot signis eduxerunt de Ægypto, quam graues iniurias perpessi sunt à populo? Helias deinde, & Helisæus multa sustinuerunt. Quid dicam de Isaia, vel Hieremia, vel Zacharia filio Barachiæ, vel reliquis, qui ad literam vel cæsi, vel occisi, vel lapidibus obruti sunt? Diligenterque aduerte, non satis esse seruos à Deo missos, siue prædicatores ad exigendos fructus vineæ, simpliciter fructum requirere; sed hortari instanter, & acriori oratione premere, interdum etiam magna vocis contentione infernum interminari, interdum etiam contestari, & ante Christi tremendi iudicis tribunal citare auditores, & dicere cum Apostolo; *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christũ, sit anathema, Maranatha.* Et in alio instituens prædicatores Doctor Gentiũ, ait; *Prædica verbum; insta opportunè, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Et Propheta cuidam dicitur; *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Cum tamen ob leues causas aq; respectus multi taceant, conniueant, atque dissimulent; quibus Dominus dicit; *Argentum tuum versum est in scoriã: vinum tuum mistum est aqua.* Neq; vero Deus magnopere curat, si caupones vinum misceant: id enim esset salubrius, ne multi vino deliniti inebriarentur: sed propter prædicatores hoc dixit, qui debita in peccatis acrimonia infectandis non vtuntur, sed aquam miscent vino, qui reprehensionis vim & acredinem refrigerant, & tollunt. Tales sunt illi, qui dicunt; *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* Quisque ergo, qui prædicationis exercet munus, ab omni specie assentationis, & mollioris sermonis caueat, ne pejus pereat quam ipsi vinitores, auditoresve.

2. *Par.* 36. *Hierem.* 29. *& alibi passim.*

Act. 7.

Matt. 23.

Israëlitici populi qui fuerint primi duces, & pædagogi.

2. *Par.* 24.

Concionatorum officiũ.

1. *Cor.* 16.

2. *Tim.* 4.

Isa, 58.

Supra 1.

Concionatores vinum aqua qui misceant iuxta Prophetam.

13

Nouissimè autem misit ad eos Filium suum, dicens: Verebuntur Filium meum. Agricolæ autem videntes Filium, dixerunt intra se; Hic est hæres, venite occidamus eum,

eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineã, & occiderunt. Quæ hactenus in hac parabola dixit Dominus, historica fuerunt: quæ sequuntur de morte sibi inferenda, prophetica tunc erant: nunc autem vtraque nobis sunt historica. Perpẽde modum quem obseruat Deus in plectendis iniurijs suis. Cùm enim malè tractassent agricolæ seruos Dei, non statim puniuit, sed misit alios plures prioribus: cùm etiam hos vacuos dimisisset, & iniurij in illos extitissent, non priuauit hæreditate, sed cumulauit nouo missi ad eos filij beneficio, in quem vnum omnes iniurias seruis suis illatas abundanter congesserunt. Nouissimè dicitur misisse Filium suum naturalem, & vnigenitum, ac proinde charissimum. Et vltimus est Christus, qui mittitur in se, & suis. Ideò Iudæus amplius Prophetam non habet, & frustra expectat, qui Prophetarum Principem ad se missum non agnouit. Et subdit: *Verebuntur Filium meum.* Addit Lucas, *Forsitan verebuntur.* Nã in Matthæi emendationibus exẽplaribus Græcis abest hæc particula Fortè, Cur dixit, *Forsitan?* nunquid ipse non nouerat illos minimè reuersuros? Nouerat sanè, sed sic loquitur, quemadmodum de ægroto dicere solet Medicus; Date illi hoc, vel illud pharmacum, quia fortè sanabitur: non absolutè audet promittere sanitatem, ob magnitudinem morbi. Et vsitatum est, in parabolis præsertim, trãsferri humanos affectus in Deũ proinde dixit, *Forsitan.* Neq; etiã loquitur ironicè, *Verebuntur*, quia non subesset causa mittendi: sed loquitur iuxta id quod natura rei postulabat, id est, debẽt vel possunt vereri, vbi filium hæredem cognouerint. Quemadmodum cũ Dominus Pharisæum interrogat, *Quis ergo eum plus diligit?* non quid futurum sit, sed quid rei natura exigat, exprimit: id est, quis eum plus debet diligere? Et cũ dixit, *Tunc ieiunabunt*, sensus est, tunc habebunt debitum, & legem ieiunij. Chrysostomus in Matthæum, *Quid est autem*, inquit, *Fortassis verebuntur? Non ignorãtis certè; absit hoc enim, sed magnitudinẽ peccati volentis offendere, cuius nullã vnquam satisfactionem offendere potuerunt: misit ergo, sciens quòd interficerent. Dicit autem Fortassis verecundabuntur, quæ debuissent fieri enarrans: verecundari enim proculdubio debuissent. Sic & alibi ait; Si forte audierint: non enim quia ignorabat: sed ne quidam ex amentia dicerent, prædictione Dei cæcos ignorare non potuisse: idcirco huiusmodi vtitur orationis figura, modò, Si forte audierint, modò, Fortassis verecundabuntur.* Hæc ille, cuius sententiam sequuntur Theophylactus, & Euthymius. Vel, Aliqui eorum eum agnoscentes, verebuntur: qui sensus non videtur tam plenus ac prior. *Porrò agricolæ dixerunt intra se. Hic est hæres*, Græcè habetur, ἐν ἑαυτοῖς, quod verti potest, dixerunt intra se, hoc est in cordibus suis latẽter. Vel inter se, quod est verisimilius: vt intelligas, eos colloquio inito intra se conspirasse contra Christum, quando in concilio dixerunt; *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Et per agricolas, intellige sacerdotes, in cultu, seniores in iudicio: potentes, Scribas & Pharisæos in prædicatione, & vitæ sanctitate cõspicuos. Dicunt itaque, *Venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem.* Quemadmodum olim Achab, vt posset vineam Naboth, occidit eũ, & in sanguine eius eam comparauit: idem per omnia facere volebãt in Christum. Quanquam consequentia ista non valeat, Hic est hæres, ergo occidamus, vt possideamus. Imò potiùs inferre debuerunt: Ergo vereamur, humiliemur illi, & de admisso peccato malæ administrationis veniam petamus. Deinde iterum peccant in argumentando, cùm aiunt: *Occidamus eũ, & habebimus hæreditatem eius.* Scriptus enim hæres, qui tèstatorem occidisse comprobatur, à iure hæreditatis cadit. Redarguuntur hoc verbo omnes, qui vt ad sibi præfixum finem perueniãt, vias obliquas, & vitiosas sectantur, dicentes, Faciamus malã, vt veniant bona: quorum dãnatio iusta est, teste Apostolo, & Dauide, *A mandatis tuis intellexi*, siue vt Hebræa habent, intelligens reddor: *Omnẽ*

Beneficijs punit malefacta Deus.

Contra Iudæos, Messiã aliũ, & Christum expectantes.

Luc 20.

Quare dictũ sit: Fortè verebuntur Filium meum, cum id certo euenturum Deus nosset.

Humanos affectus Scriptura Deo solet accõmodare.

Luc. 7.

Matt. 9. *Chry. Hom.* 69. *in Matthæũ tom.* 2.

Scripti hæredis homicidæ deprehensi iusta pœna. *Rom.* 3. *Psal.* 104. Omnẽ viam iniquitatis odio habere quid iuxta Prophetam.

propterea viam iniquitatis odio habui: id est, omnia instrumēta, & media illicita. Hinc Iosephum fratrem vendentes filij Iacob, ne adorarent, tandem adorarūt. Inde Iudæi in Christum insurgentes, & de medio tollentes, ne venirent Romani, & tollerent locum, & gentem, venerunt, & tulerūt omnia Romani. Ex his verbis colligi potest Iudæos Christum nouisse, & maximè eorum maiores, & vinitores, de quibus hic est sermo: sicut alibi, *Et nescitis, & vnde sim, scitis*: Et iterum, *Nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum*: non enim ignorabant vel Hebdomadas Danielis impletas, vel ablatum sceptrum de Iuda. Et initio quidem, vbi tanta malitia excæcati non erant, facilè agnoscere potuerunt, vt Nicodemus cognouit: paulò post autem à signis, & miraculis cōuicti idem cogente cōscientia fateri debebant: postea tamen affectibus odij & liuoris obscurati impudenter negabāt. Populus verò facilè cognouisset, sed auditis superioribus suis, quorum iudicium sequi cogebatur, per ignorantiā deliquit. Vnde & orante Christo in cruce, multi reuersi sunt percutientes pectora sua. Sacerdotes verò, & cæteri Iudæorum proceres, si per ignorātiam deliquissent, conuersi fuissent, & misericordiam essent consecuti, vt Paulus, quia ignorans fecit in incredulitate. Erat igitur eorum ignorātia crassa, supina, & affectata: & tali ignorantia laborantes, pro cognoscentibus Scriptura habet. Dicitur enim homo nosse, quod lege cognoscere tenetur, etiāsi vitio suo aut negligentia illud nesciat. Atque in hoc sensu dixit Dominus, *Ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui*, id est, scire ex officio debens (vt superius exposuimus) & non fecit, vapulabit multis.

Gen. 37.

Ioan. 11.

Iudæos verè Christū nouisse, vnde colligi possit.

Ioan. 7. Infra 15. Dan. 9. Infra 12. Gen. 49. Matth. 2. Ioan. 3. Infra 7.

Populus Iudæorum in Christi necē consentiens, cur nisi per ignorantiam deliquerit.

Luc. 13.

1. Tim. 1.

Ignorantia crassa quam vocant, vel supina laborantes, pro quibus Scriptura habere soleat.

Luc. 12.

14

Nec obstat, quod Episcopus Abulensis negat illos cognouisse Iesum vt Deum, vel Messiam, nec eius rationes illud euincunt. Prima: Passio, inquit, non tollit speculationem, sed iudicium practicum: ergo cognouissent eum, cū illum in crucem egerunt, quod est incredibile: quia stultum esset velle Deū occidere, vel Dominum suum, id est, Messiam, de medio tollere. Sed profectò iniquitas stulta est, nec cum ratione insanire solet: & ad praxim spectat, non ad speculationem, an Deus homo interficiendus sit. Secunda ratio: quia obiecerūt illi: Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Et, Si filius Dei es, vel, si Rex Israel es, descende de cruce. Respondemus, odium fuisse in causa, ne actu crederent, quod opera eius aperte demonstrabant, vel vt dissimularent, licèt credidissent. Tertia: Argumentatur ex his verbis B. Petri; *Et nunc fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri*. Sed quod populus per ignorantiam peccauit, principes malitia deliquerunt: principes enim idem quod populus fecere, sed non per ignorantiam. Ita cum Dominus orauit in cruce, *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*, non pro omnibus, vt testis est Augustinus, orauit, sed pro ijs tantùm, qui per ignorantiam deliquerunt. Quarta ratio: Agit verbis Apostolicis: *Loquitur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam predestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit*. Sed ibi sermo est de gloria, quam nullus sapiens, aut philosophus ratione humana coniectare potuit. Et hunc sensum cōprobat quod sequitur: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. De qua rursus subdit, sed sicut scriptū est, *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.* Et tamen de simplicibus quibusdā dubitādum non est, quin eis Christus fuerit reuelatus, vt Samaritanæ, Cæco nato, Centurioni, & alijs plerisque.

Episc. Abul. in Matt. c. 21. q. 204. par. 6.

Episcopi Abulensis quibus probat Iudæos Christum, vt Deū, vel Messiam nō agnouisse, rationes soluuntur.

Iniquitas stulta est, nec cū ratione insanire solet.

Secunda ratio.

Matth. 16. Infra 21. Mar. 15.

Tertia.

Act. 3.

Luc. 23.

Pro quibus Christus orauerit in cruce pendens, secundū Augustinum.

Aug. tract. 31. in Ioan. paullo à medio tom. 9.

Quarta ratio.

1. Cor. 2.

Quænā sit illa gloria, quā iuxta Apostolū, nemo principum huius seculi cognouit.

Isa. 64.

Christus se patefecerit quibus.

Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Ad literam, & ad corticem eiecerunt extra vineam agricolæ: ne, si in vinea occisus fuisset, illis homicidij crimen imputaretur. Ad sensum principalem, non videtur tantùm significari, quòd eiecerunt eum extra ciuitatem, & quod extra portam passus est, vt Apostolus testatur, sed quod tradiderunt eum Pontio Pilato, & Gētilibus, qui nō erant pars vineæ Iudaicę, & illorum manibus nęcē illi intulerūt: tùm vt

Ioan. 4. & seq.

15

Infra 6.

Cur agricolæ extra vineam eiecerunt hęredem.

Allegoria.

Heb. vlt.

Matth. 27.

audire eum in nomine Domini loquētem recusantes.

Quum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos malè perdet; & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dominus, qui sapientes comprehendit in astutia sua, interrogauit eos, vt responso suo se in laqueum inijcerent, seque ipsos proprio iudicio condemnarent, & de se ipsis vinea spoliandis, & Gentibus in colonos assumendis prophetarent. Et vide, obsecro, quam simus in aliorum peccatis iudicandis seueri, & duri iudices, qui ad propria conniuemus, & nobis ipsis blandimur. Vide acrimoniam verborum: *Malos malè perdet*. Et David interrogatus simili sancto dolo à Nathan Propheta, dixit, *Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc*. Et phrasis hæc, nempe, Malos malè perdet, non est ignota auctoribus profanis. Aristophanes enim in Pluto refert, πονηρὸν, id est, paupertatem, quam loquentem introducit, dixisse: Κακῶς κακὰς ἀπολίοιμι, Bene perditur, qui ad correptionem punitur: malè autem qui ad damnationem. Vel malè significat hoc loco: Afflicta, & laboriosa morte, iusta tamen peribit. Et Martyr bene perditur, nempe quia ob gloriam Dei, & fidem testificandam vitam exponit. Vineam vocat, populum fidelem: hic enim habet semen fidei, & verus est filius Abrahæ.

16

1. Cor. 3. & Iob. 5.

Quare Iudæos Christus interrogauerit.

Illud: Malos male perdet: dupliciter explicatur.

2. Reg. 12.

Aristopha. Bene perditur qui male.

Vinea quæ locanda alijs agricolis.

17

Per alios agricolas intellige Apostolos, & eorum successores, qui reddunt fructum vberiorem, ob maiorem Dei amorem ostensum, & influxum efficaciorem. Lucas, & Marcus aiunt ipsum Dominū contra ipsos protulisse sententiam, & dixisse, *Veniet, & perdet colonos, & dabit vineam alijs*. Sed illud est multo verisimilius, illos primos protulisse sententiam contra se ipsos, vt eleganter docet Diuus Chrysostomus: deinde Dominum illorum sententiam confirmasse. Et ita Dominus in Isaia sententiam ipse tulit. Refert Lucas, eos respondisse, *Absit*: aut quia hi

Qui sint illi alij qui missi sint agricolæ plures prioribus.

Luc. 20. Mar. 12.

Pharisæi ne cōtra semetipsos tulerint, an verò Christus cōdemnationis sententiam. Chrys. Hom. 69. in Mat. tom. 2.

Iudæi agricolę Christū hæredem Dei filium extra vineā quando eiecerint, & occiderint Matth. 27.

Isa. 63.

Aliorum sanguine Christus quo modo inquinatus iuxta Prophetam.

Heb. 10.

Malach. 3.

Hominū duo genera Deū crucifigētiū.

Primitiæ nostræ Deo debitæ quęnā.

Matth. 22. Exod. 20.

1. Tim. 1. Matth. 23.

Iudæi cur grauiter à Christo reprehensi, quod ædificarent monumēta Prophetarum: vt quidam opinantur.

distincti fuerunt à primis, aut, quod est verisimilius, quia quod verum erat, prædicentes in genere, sentientes in se ipsos tendere, cœperunt retractare. Nam tales sumus, vt quæ libenter in nobis agnoscimus esse peccata, & illa quidam grauia, ea vel non agnoscamus, vel certè non tam grauia, ob amorem proprium, quo nos ipsos immoderatè diligimus.

Omniũ hominum commune vitiũ.

18 *Psal.* 117. *Dixit illis Iesus: Nunquam legistis in Scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?* Quia nolebant admittere parabolam, quatenus perdendi essent mali, & occidendus esset ab eis Filius Dei dominus vineæ, apertam adducit ex Prophetis Scripturam, quæ Christum à suis reprobandum esse tradit, reprobatum deinde admirabili Dei consilio & prouidentia fore principem, & caput domus Dei. Est autem emphatica interrogatio ista, *Numquam legistis in Scripturis*, ac si dixisset, Hoc vos magno absurdo accipitis, cum tamen prædictum sit à tanto Propheta. Et innuit, quod hæc crudelis Filij Dei occisio non eum, sed successores hæreditate priuabit: idque decretum à Deo propheticè sub lapidis metaphora fuisse prædictum. Quos prius vocauit agricolas, nunc ædificantes nominat: & qui prius erant vinea, iam edificij nomine exprimuntur, sicut sequenti clausula cum ait, Auferetur à vobis regnum Dei, comparat populum regni Dei, & ædificantes, siue agricolas, gubernatoribus, & regni rectoribus.

Quorsum id: Nunquid legistis in scripturis: lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, & reliqui.

Iudæorum, Messiæ interfectorũ pœna.

Qualis populus, quales verò ædificantes.

19 Hic de lapide ab ædificantibus reprobato versiculus quibus nõ ineptè accõmodetur. Primus sensus.

Multa philosophantur hîc quidam de isto lapide reiecto primum, deinde in loco honorabili angulari posito: sed quæ profecto certæ, & constantis haud sunt veritatis. Potest commodè hic versiculus Dauidi ipsi in primis aliquo modo quadrare, sed maximè, & eminenter ipsi Messiæ. De Dauide ergo ita exponi potest, vt quidam volunt. Perinde mecum factum est, ac cum lapide aliquo ab architectis reiecto, ne locum occupet in ædificio, mox tamen resumitur, & in locum honorabilem, & summum ædificij reponitur. Ita Saul & consiliarij eius regno me expulerunt, nec vllum mihi in regno locum concesserunt. De Christo verò pulchrè exponi potest: nam eum persequuti sunt ædificantes, & reprobauerunt tanquam non quadrantẽ ædificio, dicebant enim: *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris*: negabant in Ecclesia vllum illi locum dandum, & condemnantes tradiderunt Pilato in mortem crucis. Sed inde gloriosior est effectus à morte resurgens, ascendensque in cœlum, & ibi regnans, & Rex vniuersorum declaratus. Et ædificantes dicuntur ijdem, qui & agricolæ: quia nos non tantum Dei vinea sumus, sed etiam Dei ædificatio, & domus. Reprobarunt autem, non solum non credendo in eum, vnde dicunt, *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?* sed etiã detrahendo: *Nos*, inquiunt, *scimus quia hic homo peccator est*, & in præsentia blasphemando, & Samaritanum, & à diabolo obsessum vocando, & eius miracula Beelzebub tribuendo.

Alter sensus.

Sap. 2.

Heb. 3. Iudæi ædificantes, Christum lapidẽ quomodo reprobarint. *Ioan.* 7. *Infra* 9. *Supra* 8. *Infra* 10 *Matth.* 12.

20 *A Domino factum est istud.* Non errore artificum, aut fortuitò, vel hominum consilio, sed Domini voluntate, hominibus multis modis repugnantibus, sed frustra. *Et est mirabile in oculis nostris.* Quod duos scilicet conciat populos in vnum. Et Hebraice, & Græce per genus fœmininum sunt dicta, à Domino: Facta est, & est mirabilis in oculis nostris; sed more Hebræo fœmininum genus positum est pro neutro, vt est illud; *Vnam petij à Domino, hanc requiram*, pro eo quod est, vnum, & hoc. Et alio loco: *In hoc cognoui quoniam voluisti me*; vbi in Hebræo est, in hac cognoui.

Quid: A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris *Ephes.* 2.

Hebraismus.

Psal. 26. *Psal.* 40.

21 *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; super quem verò ceciderit, conteret eum.* Non dixit, Malos malè perdet, quod dixerant illi, quia Deus mitior est in sententia, quàm simus nos ipsi in peccatis aliorum plectendis: quia per quadraginta duos annos expectauit eos ad pœnitentiam, si fortè

Dei benignitas in peccatores, præsertim Iudæos.

Quare Christus dixit Pharisæis, ab eis fore regnum Dei auferendũ, dandũq; gentifacienti fructus eius.

fortè vellent resipiscere, & credere; dixit tamen, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*, vt æmulatione quadam spoliati donis Dei cogantur agnoscere Messiam suum, & fide eum amplecti: quanquam in genere loquendo, à populo Iudaico ad Gentilem translatum est regnum. Hic est fructus, & conclusio totius parabolæ, qua Dominus post enarrata tot beneficia, quibus impiè Iudæi abusi sunt, digni fiunt qui spolientur regno Dei, vt alijs ministris fidelius tractantibus, & fructum regni proferentibus donetur. Solet enim Dominus, instar amatoris cuiusdam, sponsam sibi fidem non seruantem, & in alterum cor suum inclinantem, quamque pretiosis monilibus, & ornamentis decorauerat, omnibus illam donis spoliare, & in alteram illa omnia, & alia maiora cõferre, priori conscia; vt propterea magis crucietur, & dolore vratur. Ita nũc Dominus Iudæos vniuersis Dei gratijs, & beneficijs priuandos comminatur, atq; illa, aliaq; maiora, & excellentiora dona in Gentiles conferenda.

Quare tione Christus cũ Iudæis suis de ijsdem oribus vineæ gisse.

22 Quale sit regnũ Dei Iudæis auferendum, ablatumue. *Orig. tract.* 19. *in Mat. tom.* 2. *Hier. to.* 9. Iudæorũ infortunia. *Rom.* 11.

Ac vocat hoc loco regnum Dei, siue Messiam ipsum, vt quidam volunt; siue fidem in eum; siue gentem Christum colentem; siue denique sacram (vt Origenes, & Hieronymus interpretantur) Scripturam: Messiam enim non habent, quem adhuc expectant: fidem non habent, quia semper rebelles fuerunt lumini: Ecclesiæ Dei non sunt ministri, & gubernatores, cum de regno Dei, & Ecclesia Iudæi sint expulsi, & præcisi de oliua quasi rami fracti. Et hoc est propriè regnum hoc loco, id est, status, & gubernatio, qua Deus suum populum peculiariter regebat. Hinc Theophylactus ait, *Ablatum est regnum Dei à Iudæis, hoc est, peculiaritas, qua Dei proprij erant, & datum est his, qui crediderunt.* Sic ille. Scriptura etiam sacra iure illis ablata est: quia testamentum nõ spectat nisi ad hæredẽ, illi autem abdicati sunt. Sensus vero Scripturæ sacræ re ipsa est ablatus, quia, vt Apostolus ait, *Cum legitur Moyses, velamen positum est super eor eorum.* Ideo stultum est Rabbinos in intelligentia Scripturarum consulere: *Cæcus enim si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.*

Theophyl. in Matth.

Ad quod testamentum spectet. *Heb.* 9. 2. *Cor.* 3.

A Rabbinis Scripturæ sensum qui petit, stultus meritò censetur.

In eo vero quod sequitur: *Et dabitur genti facienti fructus eius*, expendendum est; Dominum non dixisse; Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur alijs rectoribus; sed genti facienti fructus eius, ad significandum, non tantum auferendum à principibus Iudæorum, ad quod videbatur tendere parabola, sed in vniuersum populo Iudæorum, quod pro maiori parte Iudæi impietati suorum principum consenserint, & obstinato animo Euangelicæ doctrinę restiterint. Dicitur ergo, regnum alteri genti, id est, Gentili dandum, non quod Iudæis negatũ sit esse de regno Dei, sed quod Ecclesia, siue populus Christianus, præcipuè sit Gentium, sicut & prius præcipuè fuit Iudæorum, ad quod tamen admittebantur Gentes, quasi proselyti, & hospites. Proinde ceciderunt Iudæi à Dei promissionibus, neque amplius sunt filius, aut populus Dei, omnibusque priuilegijs, & ornamentis, quibus præcellebat cæteris, etiam ipsa Terra promissa, atque adeo Templo spoliati sunt.

Matth. 15. 23 Cùm Dominus Iudæis regnum Dei auferendũm comminatur dandũq; gẽti facienti fructus eius, id quatenus intelligendũ sit. *Exod.* 12. & *sæpe alias.*

24 Quod ait: *Dabitur genti facienti fructus eius*, Genitiuus ille, *Eius*, fœminini generis est, & refertur ad regnũ, quod Græce est βασιλεία. Facit ergo fructum regni, qui opera Messiæ, & fidei eius conuenientia edit. Quod si regnum pro populo eius sumatur, fructus regni faciunt præpositi, & gubernatores aliorum: in quos præcipue dicitur hic sermo Domini, quando populum eam vitam agere, & tales edere fructus faciunt, vt decet populum Deo sanctificatum. Si vero regnum Dei sit sacra scriptura, faciunt eius fructum, qui Euangelicam prædicationem credunt, & operibus vita æterna dignis persequuntur. Ioannes Chrysostomus docet fuisse malos Prælatos, qui reditus suos, & oblationes attendebant, nihil morati populi bonitatem: & ita facere malos sacerdotes hodie, qui nihil docent boni, satis habentes, si prouentus non minuantur: itaque sejpsos pascunt, non populum:

Fructum regni Dei qui faciant.

Ioã. Chryſ. Homil. 68. *in Mat.* Malorum pastorũ mores, & sacerdotum. *Ezech.* 34. *& seq.*

populum: è grege lanam, lac & carnem exigendo, gregi autem nihil dantes. Et cum aliquis propheta docere venit, obstant, & resistunt, dicentes; Quis tibi docendi dedit auctoritatem? Nostra est vinea: si nos negligimus, Deus videbit, cui rationem reddituri sumus: tu arrogans es. Et ita eum ejiciunt. Sed tandem quia Deus vult fructum suum, suscitat sanctos, qui scholas, & Religiones exigunt, quibus prædicandi, & Sacramenta administrandi propter Deum facultas conceditur: atque in hunc modum fit, vt Episcopi, & alij pastores, atque plebani, quibus terreni reditus relinquuntur, ne vllo modo molesti sint exigentibus fructus pro Deo. Et ita Deus locat vineam facientibus fructum: non tamen aut occidit, aut priuat primos agricolas, sed, quandoquidem terrenis contenti sunt prouentibus, finit eos illis frui. In Iudæa non ita factum est, quia cessabat sacerdotium, & sacrificium illud Aaronis in apparitione sacerdotij Christi: itaque si Deus permisisset fieri oblationes, & sacrificia, vt antea fiebant, non essent molesti sacerdotio Christi, nec impedirent illud, ac si ex Dei permissione duraret sacrificium Aaron. Nunc non ita faciendum est; nam verè manet sacerdotium Christi, etiam in Prælatis malis eius ministris; itaque etiam mali tolerantur Prælati: & nihilominus Deus exigit spirituales fructus à vinea sua, & ferè semper, aut maximè pauperibus ministris vtitur, ne videantur & isti venari temporalia, ob quæ alij Prælati digladiantur, & vt sic magis appareat Dei gloria, & pauperes minus sibi tribuant.

Ab eis partim oblatū regnū Dei Christus, cui det genti facienti fructus eius.

Alia ratio sacerdotij Iudeorum, alia verò sacerdotij Christi.

Regnum Dei potissimum vbi cōsistat.

25 Cum igitur regni Dei substantia in zelo gloriæ Dei, & siti animarum, & labore prædicationis, & administrationis Sacramentorum, & studio sacrarū literarum, & honesta, sanctaque vitæ conuersatione potissimum consistat, ad quam accedant, sed tanquam aduentitia honor, dignitas, prouentus, seruorum multitudo, & similia, quæ vmbra sunt regni Dei: Prælati qui ad hæc solum aspirant, & negligunt cætera, videntur amisisse regnum Dei. Sacerdotes vero, pauperes, & Religiosi, qui serio sacris literis vacant, & prædicationi incumbunt, & animarum salutem sedulo tractant, profectò illi sunt agricolæ, qui reddunt fructus vineæ, & quibus datum est regnum à CHRISTO, etiamsi titulos Episcoporum, vel Abbatum, & amplos prouentus, & honores non habeant, ad quos minimè spectant.

A quibus Dei regnum mystice videatur oblatum, & traditum quibus.

26 Et exponens scripturam de lapide reprobato, subdit Christus: *Qui ceciderit super hunc lapidem, confringetur; super quem verò ceciderit, conteret eum.* Præmittendum ex Aristotele lib. 4. Meteorologicorum, frangi dici, quæ in magnas partes diuiduntur, conteri verò solida, quæ ad minimas quasque particulas reducuntur. Alludit ad metaphoram CHRISTI vocati lapidis à Propheta: nam quemadmodum cadens super lapidem, minus læditur, quia in partes majores frangitur, quam si lapis super eum cadat, quia læditur quantum a lapide lædi potest, & in minutissimas partes conteritur; ita fidelis peccans per incontinentiam, manet quidem in CHRISTO, sed per fidem surgere potest, & reparari, vt vas testeum fractum; at qui fidem non habent, & per intemperantiam delinquunt, & superbè in CHRISTVM insurgūt, CHRISTVS cadit super eos, neque habent vllum principium, quo contriti in partes minutas reparari valeant. De qua re videtur Isaias dixisse; *Pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia, & in tumultu, & innixi estis: propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius. Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione pertusa: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.* Vocat interruptionem requisitam, vt cum quis videt murum minari ruinam, nec

Psal. 117.

Cadentes super lapidem Christū, qui.

Christus super quos cadat, & conterat eos.

Isa. 30.

Contritio illa qualis, teste Propheta.

Interruptio requisita quid ejdem.

nec videt caussam eius, statim inquirere solet cur videlicet ruat. Et illis verbis apte videtur mihi, quid sit, lapidem cadere super aliquem, & illum conterere, explicuisse Isaiam. Et vt lapis conterens nihil patitur, sed illi, in quem cadit, maximum adfert detrimentum, & perniciem: ita Iudæi contriti sunt, non solum quod Romanis militibus in direptionem omnium bonorum, & templi & ciuitatis, & internecionem sunt traditi, sed etiam quia in æternum duplici contritione (nempe in corpore, & animo) in præsenti seculo, & in futuro contriti fuerint: tanta contritione, vt non inueniatur de fragmentis testa, in qua portetur igniculus de incendio; id est, graria excitans ad non peccandum per omissionem: aut hauriatur parum aquæ de torrente, ne videlicet per commissionem delinquamus. Lapis cadens quasi ex alto demissus, CHRISTVS est, vt iudex de cœlo veniens ad iudicandum viuos & mortuos: cuius sententia appellatione, aut vitari precibus cum nequeat euadi, rectè dicitur contritio. Hinc auctor operis imperfecti in Matthæum rectè ait: *Si quis de ijsdē peccauerit, non eum Christus corrumpit; sed ipse se corrumpit, offendens in Christum, & ideo Christianus peccans, non tantum perijt, quantum potest perdere Christum: sed quantum se ipsum secundum opera sua perdiderit.* Hæc ille. Et hactenus quidem parabolam, quantum pro tenuitate nostra potuimus, ad literam exposuimus.

Duplici contritione qua Iudæos Christus cōtriuit.

Hierem. 17.

Quid etiam illud Isaiæ Et nō inuenietur de fragmētis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.

Lapis cadēs, quare Christus Christū iudicis inconcussibilis sententia cui contritio dicta.

Author. ope. imperfect. in Matthæum: Hom. 40 to. 2. operū D. Chrysost.

27 Sed ignorandum non est, eandem quoque optime accommodari posse Ecclesiæ Christianæ, quæ Pontificibus, Episcopis atque alijs pastoribus commissa est. Vt enim eadem est comœdia Andriæ, vel Eunuchi, quę olim à Comico Romæ habita est, atque ea quæ modo à pueris diuersis temporibus ad exhibendam spectatoribus voluptatem frequenter repræsentatur, nulla alia re omnino (nisi quod diuersi sunt eius actores) differre videtur: ita profecto hæc parabola, quę locum habuit in sacerdotibus veteris legis, & in scribis, & Pharisæis, & cæteris Iudæorum proceribus, velut actio quædam, eadem nunc quoque ab Episcopis, Doctoribus, sacerdotibusque nostris repræsentatur. Vnde timendum nobis est, ne eadem nos quæ illos, aut fortè grauiora supplicia maneant. *Si enim Deus naturalibus oliuæ ramis non pepercit, ne nobis quidem, qui oleaster sumus, parcet.* Est enim maioribus nostris Ecclesia Catholica commendata, & à tali Aegypto per talem liberatorem redempta: & in tali terra, hoc est, orbis totius theatro collocata, non in vno aliquo angulo, vt olim, plantata; cum tali ac tanta sepe protectionis Diuinæ, & torculari legis Christianæ nos suo suaui iugo ad dulce vinum amoris, quod omnem patientiam & mortificationem amplectitur reddendum arctante, & cum turri tantæ potestatis spiritalis, tùm in corpus CHRISTI verum, tum in totam Ecclesiam catholicam, & singula eius membra in officio continenda: cum turri etiam tot templorum, vbi etiam vnicum Iudæis fuit donatum: & cum tali ac tanto sacrificio, & hostia munda, quæ per se Deo placet. Et cum illis ænigmata, & figuræ tributæ sint, nobis veritas, & mysteriorum corpus: illis locutus est per Angelos, nobis per Iesum filium suum. Et tamen nos nostro ingrati animi vitio, & flagitijs Iudæos iustificamus, neque fructum vineæ, quem debemus, præstamus, sed vineam quasi nostra esset, & non locata, tractamus. Est autem veri agricolæ vineam locantis officium, non alias vites plantare, aut nouam turrim, & torcular extruere, aut aliam sepem circumdare, aut ex vinea nemus efficere, vt Hæretici faciunt, nouam Ecclesiam fingentes, nouos Scripturæ intellectus adhibentes, noua Sacramenta excogitantes, sed antiquam, & veram vineam excolere. Scripturarum sensus à Patribus traditos retinere, traditiones Ecclesiæ, & præcepta eius inconcussè custodire. Mittit ad nos Deus non iam Prophetas, sed Apostolos, Martyres, Confessores præclaros, illustres Religiosos, qui

Alter sensus huius parabolæ de vinea agricolis locata.

Rom. 11.

Qui sint vineæ Ecclesiæ Catholicæ āgricolæ, sepes, torcularitturris, & reliqua

Matth. 11.

Heb. 10.

Veri agricolę vineam locātis officium quod sit.

Serui Dei ad nos missi quando cædantur, lapidentur ac iniuriis variis afficiantur.

qui vineæ creditæ fructus exigant: nos autem aures claudimus. Et ministri à Deo missi vel cæduntur flagris, cum apertis obiurgationibus, & murmurationibus flagellantur: vulnerantur in capite prædicatores, quos sinistrâ mentem adferre ad munus suum præstandum fingimus: nam ob pompam, vel lucrum, vel alium sinistrum finem docere interpretamur, vel dum nón credimus in Christum Ecclesiæ totius caput prædicatum, vel dum pastores, qui capita Ecclesiæ sunt, exhonoramus, lapidantur corde obstinato; dum verbo resistimus, vel dum pro prædicatione declinanda dura sustinemus. Occiduntur denique, dum ipsi ad peccata nostris artibus & exemplis trahuntur, iuxta illud:

Ose. 4. *Et erit sicut populus, sic & sacerdos;* cum tamen illis dictum sit in Hieremia:

Hierem. 15. *Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.*

28 Docemur autem, quanta instantia, & studio verbi Dei ministris exigendi sint fructus ab ipsis vinitoribus, quibus non tantũ satis est si fructus proprios edant, sed etiam vineæ sibi peculiariter creditæ, sine cuius salute ipsi seruari nequeunt. Petit igitur Christus in pauperibus fructum misericordiæ, & eleemosynam: in Eucharistia petit fructum latriæ, & reuerentiæ: in infirmitate, & aduersitate, postulat fructum patientiæ: in superioribus quicquam precipientibus, aut prædicantibus, exigit fructum obedientiæ: ab eo qui iniuriam intulit, postulat reconciliationem, & satisfactionem, ab eo, qui iniuriam sustinuit, remissionem eius, & veniam. In graui persecutione exigit fructum constantiæ: in sacerdotibus pœnitentes corrigentibus, petit prioris vitæ emendationem: in Scripturis sacris petit à quocunque lectore fructum fidei, & humilitatis, vt nullus sapiat pluspquam oportet sapere, sed sapiat ad sobrietatem: in Ecclesia ipsa, & populo subdito, efflagitat ab Episcopis, & rectoribus Ecclesiasticis fructum prædicationis verbi Dei, præsentiam, & assistentiam ad oues sibi creditas, & vitæ sanctioris conuersationem: à laicis vero principibus poscit sibi

Fructus quales à nobis exigat Christus.

Rom. 12.

reddi fructum pacis, ne bellis mutuis atterant populos sibi commissos: fructum præterea iustitiæ, & annonæ abundantiam, & citam audientiam. Itaque à singulis Christus postulat fructus suos in beneficium & salutem proximorum.

29 Verbi Dei prædicatores sui muneris negligentes, quales interdũ fructus referre videantur

Sed profecto multis maioribus vinearum custodibus accidit, quod Plinius Xeuxidi excellentissimo pictori refert accidisse: pinxit enim puerum vuas in canistro ferentem, ad quas cum adolarent in theatro aues, *Melius* (inquit ipse Xeuxis ingenuo pudore suffusus) *pinxi vuas quam puerum.* Vuas enim ad viuum expresserat; puerum vero si suis coloribus expressisset, aues nequaquam ad vuas edendas accessissent. Nũc enim etsi multi priuati, & laici fructum bonum ferant, & gratuito Dei munere sanctè viuant, deuorantur tamen plerunque à dæmonibus propter emortuam, & elanguidam pastorum curam, quorum est vineam colere, & fructus eius custodire, vt domino vineæ illos exigenti reddant. Sed nunc pastores dicere possunt: *Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.* Qui *enim sibi nequam est, cui alij bonus erit?* Quod enim euenturum Iudæis Dominus prædixit, idem quoque in multis Gentibus Christianis per Africam, Asiam, & Græciam euenisse iam videmus: timendum est ne nobis idem eueniat, dum Hæreticorum, qui nobis placentia loquuntur, voces audimus, & Ecclesiasticam doctrinam repudiamus, & eripiatur à nobis, vt ab illis, regnum Dei.

Plin. lib. 35. c. 10. *initio.*

Cant. 1, Eccle. 14.

30 Mittit ad nos Dominus alios seruos plures prioribus quando. Filium verò suum Deus quando ad nos mittat.

Mittit Dominus alios seruos plures prioribus, quando Angelorum, qui numero, & charitate plures, & maiores existunt, ministerio nos excitat, vt fructum reddamus. Sed vbi reliqua omnia nihil prodesse videt, mittitur Filius, quę maxima est, & efficacior inspiratio, & postrema exhortatio, qua Christi merita ponuntur ante oculos, & qua ratione crucem pro nobis sustinuit, & vineã suam sanguine suo redemit. Sed nos obfictum Christum à nobis honoris nostri, & quæstus gratia, verum Christum relinquimus, & reprobamus: & turpius à nobis cognitus, & glorioſus eijcitur, quàm nõ admissus hospes fuisset. Ideò ita cadimus in petrã, & cadit super nos petra. Quòd si lingua, & ore, quod mẽtiri solet, contrarium dicamus, & Christum Iesum inclamemus: omnia tamẽ nostra consilia, & opera, imò membra, ipsius corporis oppositum clamant. Nam honori nostro, quasi cuidam Ioui, & ventri, quasi Baccho, & genitalibus, quasi Veneri, & mammonæ, quasi Mercurio, nos, nostraque omnia dicamus, atque offerimus.

Dij quibus sacrificemus.

31 Apprehẽditur à nobis Christus, eijciatur, & occidatur quomodo.

Apprehenditur igitur Christus, quoties resistitur inspirationi: eijcitur, quãdo diligitur creatura plusquam Creator: & occiditur tandem, quando peccamus. Ideò timendum est, ne auferatur à nobis regnum Dei, & detur alteri genti facienti fructus eius: quod quãdoque in hac vita contingere solet, quãdoque verò vsque ad mortem expectat, vbi pœnas dabunt tantæ ingratitudinis.

32 Moralis intelligentia vineæ agricolis locatæ. Seps vineæ nostræ.

Deinde instruimur iuxta mores, ne vinea animæ nostræ vitibus facultatum fructus malorum operum producat: cuius sepes, custodia Dei est, & Angelorum; torcular, crux nostra est, siue tribulatio: cuius fundum est humilitas, qua bonorum operum fructus seruantur: pars autem superior, quæ premit vuas, patientia est, quæ operum succum exprimit, & opus perfectum habet. Turris, fides est alta, & fortis, videns longè hostes, profundè in terra defixa, in timore scilicet inferni, eleuata per spem ad cœlum, atque ex ea clamat, & hostes fugat: *Quæcunque* (inquit) *orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.* Huius turris fenestræ, cęterę virtutes sunt. Hanc vineam locauit nobis Deus, atque ita vt re locata vti deberemus, tanquam eam domino suo non detritam, aut laceram reddituri.

Iacob. 1, Turris.

Marc. 11.

Quod nullũ vineæ animæ nostræ Deo fructum reddamus, quid dausæ sit.

Sed nos omnia ad nos referimus, & ad nos inflexi sumus: hinc est, vt nullum vineæ fructum reddamus, & malè, non benè perdamur, & gratia, & corona spoliemur, & alteri, q internos fructus, & externos, in Christũ retulerit, detur.

Omnes igitur sibi ipsis prospiciant, caueantq; nam vt hic Dominus cõqueritur magis de vineæ cultoribus, quàm de vinea: ita alibi apud Isaiam magis de vinea queritur, quàm de cultoribus; vt intelligamus vineam non posse iustam excusationem obtendere per pastores negligentes, quia quiuis est vinitor sui ipsius. Neque rursus excusantur pastores per vineam diligenter à se cultam, & fructus reddere suo vitio negligentem. Quem finem sortiatur vitis fructũ non ferens, ostẽdit Dominus, qui apud Ioannem dixit: *Si quis in me nõ mãserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Propheta Ezechiel à Domino audit: *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna siluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricator de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce, igni datum est in escam,* & reliqua. Hæc ibi, vt intelligas igni æterno præparatum Christianum, qui vineę fructum non profert.

33 *Isa. 5. & Hierem. 2.* Cur Dominus nunc de vineę quidẽ cultoribus, nunc verò de vinea queritetur.

Ioan. 15. Vitis infructiferæ exitus.

Ezech. 15.

Caueamus etiam, ne locorum vuarum acerbum fructum labruscarũ reddamus, sed omni studio & diligentia colendæ vineæ nostræ in primis, deinde etiã illi proximorum studeamus, illamque suo tempore omnibus superfluis putemus: memoria mortis tanquam fossa vites foueamus, illas recordatione ligni Crucis sustentemus, custodiamus à bestijs belluinorum morum, à frigido Borea tepiditatis, ab spinis, & tribulis cupiditatum, à vermi vanæ gloriæ omnem viriditatem, & pulchritudinem deuorantis. Proferamus in primis teneros pampinos bonorum desideriorum, deinde acerbam vuam, id est, fructum boni operis, in principio difficilem, & cũ difficultate expressum, maturũ, ac perfectũ, id est, cũ delectatione & alacritate productum: conficiamus vinum sancti amoris, quo primùm inebriemus nosipsos, proximum quoq; consolemur, sed ante omnia placeamus Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto felicissimã, atq; beatissimã agit vitam, in omnem perpetuitatẽ. Amen.

34 Animæ nostræ vineæ qualem culturam adhibebimus, vti dignè Deo fructificet.

TRACTATVS XXXVII.

In parabolam illam: Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire: Et habetur tantum Matth. 22.

1 Dei Optimi Maxim. erga hominem singularis prouidentia. *Sap. 11.*

ETSI Deus cuncta sua prouidentia moderetur, qui omnia quæ fecit, pro sua bonitate diligit: peculiari tamen cura hominem gubernat, & regit, cui & conglutinatus est, præsertim postquàm peccauit, & illum cognouit sanabilem: quare nec eum pro suis meritis deseruit, verùm ineffabili suauitatis suæ ratione vtriq; populo, & Iudæorum, & Gentilium, primò quidem misericordiam, deinde verò iustitiam exhibuit. Scopus igitur huius parabolæ cò tendit, vt cum Propheta dicamus: *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Et quanquam ex his quæ præcedunt, id satis colligi nõ possit, colligitur tamen ex toto corpore parabolæ, & ex eius conclusione, quę habet: *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.*

Quo spectet hæc parabola.

2 Quibus respondens Iesus, dixit iterum in parabolis, eis, & cæteris.

Cæterùm ante parabolam præmittitur: *Et respõdens Iesus dixit iterum in parabolis eis.* Non satis autem constat quibus Dominus responderit, nisi velis intelligere dictis Pharisæorum, quæ tamẽ nulla leguntur præcessisse, vel cogitationibus eorum: quia cum dixisset: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius, cùm audissent, & cognouissent Principes Sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut Prophetã eum habebant.* Vel igitur verbum respondendi largè sumitur pro eo quod est loqui, dicere, vel respondit ad eorum cogitationes, indicans se verũ prophetam, & volens eos ad salutem comprehendere, qui ipsum ad pernicẽ rapere cogitabant.

3 Quàm aptè hæc cũ præcedenti parabola cohæreat.

Porrò autem aptè hæc parabola præcedenti subiungitur: nam illa de tempore Christi loquitur, quia in ea de morte eius fit mentio, in hac autem de tempore Apostolorum ad vocandas Gentes destinatorum, postquam ablatũ fuit regnum à malignis colonis. Ibi significatum, primates Iudæorum iustè perdendos; hic verò significatur cũ eis etiã populum, & ciuitatem perdendos. Et speciatim vltionis genus significatur, nempè incendium ciuitatis, & exercitus cõtra eos missus. Addit præterea, Iudæorum proceres eandem patrasse in Apostolos impietatem, quam in Prophetas quos non audierunt, sed contumelioſe cædibus, lapidibus, & gladijs tractarũt. Atque ita parabola hæc tota prophetica fuit, cũ à Domino dicta est, quia quod olim prædictum fuit, iam gestum est. Et hæc de proposito.

4 *Luc. 14.* Hanc parabolam ab illa Lucæ de cœna magna, multum differre,

In litera verò aduerte, hanc parabolam distinctam esse ab illa de cœna magna à Luca descripta: tũ quia illa cœna est, hæc prandium in solẽnitate nuptiarum: ibi cœna hominis cuiusdam, hic solemnitas nuptiarum filij Regis: illa dicta est à Domino propter quendã qui dixerat: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*; ista ob causſam dictam. Illa præterea in conuiuio cuiusdam Pharisæi, & lõgè ante celebrem diẽ Palmarum, hæc post celebritatem illam, pridie ante mortem, & in tẽplo habita est. In illa nullus occiditur, à conuiuio; excluditur nullus, supersestque adhuc locus, & ter vocantur inuitati per vnũ seruũ: in hac vero quidam morte plectũtur, & quidam excluditur à conuiuio, & bis plures serui mittuntur ad vocandũ inuitatos. Ex quibus liquidum efficitur, distinctas esse has parabolas: quanquã, vt prudenter admonuit Gregorius, si quis oppositum sentiret, & assereret esse vnam & eandem parabolam, *Melius,* inquit, *puto, salua fide, alieno intellectui cedere, quàm contentionibus deseruire.* Illa parabola, quia de cœna magna est, cõmodè vitæ æternæ iocundissimũ conuiuiũ repræsentat: hęc verò quia-

Grego. hom. 38. in Euang. tom. 2. Melius putat Gregorius, salua fide, alieno intellectui co-

dere, quàm contentionibus deseruire.

Apocal 21. Cortex parabolæ.

quia prandium nuptiarũ continet, pulchrè Ecclesiam refert militantem, quod in eam congregentur boni, & mali. Et vnus non vestitus veste nuptiali, à conuiuio eijcitur; in cœleste autem regnum non introibit aliquod coinquinatum, & vbi semel quisquam ibi receptus fuerit, nunquam expelletur.

5 Nuptię quid.

Ad literam est præmittendũ, nuptias propriè vocari matrimonij copulationem, deinde etiam honorificum, & festiuum conuiuium ac diem, quem propriè celebrant, quando coniugum commiscentur inuicem corpora, ad quẽ de more multi ex consanguineis, & amicis conuocari solent, vt constat de nuptijs Liæ, & Rachelis, & de nuptijs Tobiæ junioris, & Sarę filię Raguelis, & de nuptijs in Cana Galilęæ celebratis. Inuitati autem isti erant ad nuptias, sed non præfixo die, vel si ad condictum diẽ vocati erant, ne obliuiscerentur, vocantur iterũ. Et misit alios honorabiliores seruos; ne forte primi mentiti essent. Tauri, & altilia occisa dicuntur; ad indicandum quod nuptiæ differri nõ poterant, sicut nec hæc diu seruari. Altilia dicuntur Græcè σιτιστὰ, id est, saginata, quod ad solennia conuiuia celebranda moris sit animantia diuersorum generum, tã gressilium, quam volatiliũ sagināri, siue accuratius alì: nam eiusmodi caro solet esse delicatior, atq; gustui suauior, Exitus viarum, significat concursus calliũ intra vrbẽ, quæ triuia, vel quatriuia vocantur, vbi citius poterant homines haberi. Et dicũtur cõgregasse omnes quos inuenerunt, bonos, & malos. Quo loquẽdi modo in genere significatur quęcunq; conditionum, & graduum distinctio, id est, diuites, & pauperes, nobiles & ignobiles, parui, & magni.

Gen. 29. Tob. 8. Ioan. 2.

Altilia Græcè σιτιστὰ cur ita dicãtur.

Exitus viarum quid.

6 Vestes nuptiales cur adhiberi solitæ.

Fingitur Rex intrare in locum conuiuij, vt honoraret illud, & lætificaret sua præsentia: nam ob Regiam dignitatem separatim in alio loco edebat. Vestes porro nuptiales lætitiæ, & honoris exhibendi gratia induebantur: nã etsi omnes vocarent, non compellebant tamen eos ita festinanter venire, quin prius domi acciperent vestes, quia vocabantur ad nuptias; alias iniustè Rex egisset non, ea indutum eligendo, & inconueniens esset similitudo.

Quod dicitur: *Impleta sunt nuptiæ discumbentium*, vsitatius diceretur per Ablatiuum discumbentibus. Tamen adiectiua nomina plenitudinem significantia nullo discrimine Genitiuum, & Ablatiuum regunt: bursa enim dicitur auri, vel auro plena: & Poëta:

Virg. Æneid.

Implentur veteris Bacchi, pinguisque farinæ.

Hęc pauca de litera sint satis. Tentemus iam præcipuũ sensum aperire parabolę, & per partes eam exponere.

7 Regnum cœlorum simile homini Regi quid.

Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Quod est Ecclesia militans, quæ regnũ Dei est, ab eo possessum, illiq; obedientiam præstans, simile factum est à vobis quidem, quantum ad malà; à me autem, quantum ad bona: simile, inquam, homini Regi, id est, facto hominis cuiusdam Regis, qui nuptias filij sui magna cum pompa, & conuiuio celebrauit. In his autem nuptijs Rex, est Deus Pater, Filius vero, Verbũ Patris, quod in plenitudine temporis caro factum est. Atq; ita nuptiæ factæ sunt cum Humanitate: nam de triumphante, vti diximus, hic nõ est sermo. Fuit porrò hoc matrimonium ab æterno in mente Dei non præuisum solum, sed etiam præordinatum, iuxta illud: *Ab initio, & ante sęcula creata sum*: & iterum, *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquã faceret à principio*: & infra: *Et deliciæ meæ, esse cum filijs hominum.* Vnde etsi nullũ fuisset peccatum, vt quidã tradunt, contractum fuisset hoc matrimoniũ. Deinde cum Prophetis, & Patriarchis sponsalia contracta, quibus illud aliquando futurum sæpenumero promittebatur. Vnde per Oleam per verba de futuro ait: *Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus: & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus.* Vides ter dici, Sponsabo, ad firmitatem beneficij conferendi indicandam.

In nuptijs quas fecit quis Rex, & quis filius Regis. *Ioan. 1.*

Eæ nuptiæ qualesnam illæ.

Ecclę. 24. Prouerb. 8.

Earundem sponsalia cũ quibus contracta. *Oseæ 2.*

9 *Gen. 2. Matth. 19.*

Est autem matrimonium hoc sempiternum: quia *Quos Deus coniunxit, homo*

Diuini cum Humana natura matrimonij conditiones, ex Propheta.

Eiusdem typi, ac figuræ.

Gene. 2.

Ephes. 5.

Gen. 11. *Infra* 24. *Infra* 29. *& seq.* *Infra* 46. *Num.* 12. *Ruth.* 4. 1. *Reg.* 25. 3. *Reg.* 11. *Esther.* 2. Ratihabitio eiusdem.

Ioan. 1. Consummatio dicti matrimonij. *Infra* 19.

Isa. 9.

Pater futuri seculi cuius fuit Christus. *Infra* 53.

Bona matrimonij.

homo non separet. Est autem legitimum hoc matrimonium, quia in iustitia, & in iudicio: & vt homo habeat, vnde soluat Deo quod debet. Est quoque sine vlla dote sponsæ, & ideo in misericordia, & miserationibus: nec enim tantæ Diuinitatis maiestatem coniugi cum tanta infirmitate Humanitatis vlla iustitia exigebat: quanquam miseria nostra à Diuina misericordia illud poscere videbatur. Fuit tertiò hoc matrimonium adumbratum in illo Adæ & Euæ, qui dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*, &c. *Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.* Quod verbum interpretans Apostolus ad Ephesios, dixit: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Deinde delineatum in multis aliorum Sanctorum matrimonijs fuit, vt in illo Abrahæ cum Sara, & Isaac cũ Rebecca, & Iacob cum Lia, & Rachele, & Ioseph cum filia Putipharis Sacerdotis, & Moysi cum Æthiopissa, & Booz cum Ruth Moabitide, & Dauidis cum Bersabee, & Abigale; & Salomonis cum tot vxoribus alienigenis, & Principis Assueri cum Esther. Omnia enim hæc aliquid excellens & peculiare habuerunt, in quo mysterium incarnationis Filij Dei repræsentarunt. Fuit quarto tandem hoc matrimonium contractum, & ratum habitum, quando in pudicissimo Virginis vtero Verbum caro factum est, & anima Christi tanquam sponsa, vidit Verbum tanquã sponsum. Quintò, consummatum est in lecto crucis, dicente Domino: *Consummatum est*: vbi & Sponsus sanguinum ostensus est, Diuinitate agente, & Humanitate patiente. Vnde & numerosam filiorum habere promeruit prolem, factus Pater futuri seculi, vt Isaias prædixit, id est, omnium filiorum spectantium ad Nouum Testamentum, quemadmodum Adam fuit pater filiorum spectantium ad Vetus. De his nuptijs consummatis in Cruce iterum dixit Isaias: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.* Sextò, habemus in his nuptijs omnia matrimonij bona, nempè prolẽ, fidem, & Sacramentum. Proles enim, sunt Ecclesia collecta, de qua: *Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* *Infra* 60. Est in eo Sacramentum vnionis inseparabilis, & fides mutuæ puritatis, & castitatis.

10 Verbi Diuini cum humana natura cõubij causæ.

Septimo, scrutandæ causæ huiusce conciliati matrimonij. Et prima inter alias occurrit; vt cœlestis regni hæreditas præuaricatione parentis nostri principis deperdita recuperaretur: Regnum enim amissum & abalienatum melius non recuperatur, quam per matrimonium contractum inter personam legitimam regni hæredem, & alteram distantem. Nam natura humana de genere Dei est, iuxta illud Apost. *Ipsius enim & genus sumus.* *Act.* 17. *Genus ergo cum simus Dei, &c.* sed per peccatum ab eo distans: & quandiu fuit in recta linea consanguinitatis, id est, veritatis, & virtutis, capax erat regni, sicut ille, qui in recta linea regali permanet. Vnde in Sapiẽtia dicitur: *Iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* *Sapien.* 10. Sed quia deflexit à recta veritatis via, perdidit regnum, quod per eiusmodi nuptias recuperauit.

Amissi regni, & elongati recuperandi ratio optima.

11 Secunda ratio.

Secunda ratio initi matrimonij fuit, vt bellum inter Deũ, & homines quod erat, tolleretur. Solent enim regna inimica inter se, per matrimonia inuicem pacificari. Est ergo incarnatio, Deum inter, & homines, qui animo hostili, & odio Deum prosequebantur, reconciliatio. Cum verò odio sint Deo impius, & impietas eius: tales & ipse quoque vt hostes auersabatur. Et vt conflaretur vera, & constans amicitia, debebat esse amicus alter ego, vel potius ipse idem ego, non alter ego. Itaque meus amicus est ego, & ego sum meus amicus: debentque esse voluntate tam conformes; vt vnas ædes inhabitẽt. Atque ita Deus cum Humanitate beata viscera Mariæ Virginis inhabitarunt, vbi primum se inuicem viderunt Deus, & Homo, ibi sese amplexati, & osculati sunt, ibi dederunt dexteras societatis, & mutuo se in signum amicitiæ dignatæ sunt alloquio, vnam & eandem mensam ad comedendum, & bibendum habuerunt, imò, vt

Ioan. 1.

Sap. 14.

Vnio incarnationis quanta.

Hierem. 31. Quid illud: Vsquequo delicijs dissolueris filia vaga? &c.

imò, vt sic dicam, ex vno, & eodem disco vnam, & eandẽ bucellam simul edebant, vnum & eundem lectum ad cubãdum habebant. Et tam arcto vinculo amicitiæ coniuncti fuerunt, vt nihil vnus sine altero efficeret, ita vt mota, & defatigata, & crucifixa, & mortua Christi Humanitate, verè dicatur Deus motus, Deus defatigatus, Deus crucifixus, Deus mortuus, propter communicationem idiomatum: quemadmodum quæ Diuinitatis sunt, illi homini vicissim tribuuntur, vt verè dicatur: Hic homo est filius Dei, hic homo fecit cœlũ, & terram: hic homo virtute sua sustinet mundum, hic beat Angelos, hic edit miracula. O vinculum super omnia vincula arctius & fortius, dæmonibus formidandum, Angelis venerandum, omnium hominum linguis celebrandum atq; prædicandum.

12 Tertia ratio, à fine matrimonij.

Tertia ratio: Contrahitur matrimonium desiderio prolis habendæ, & incontinentiæ vitandæ gratia, & ob mutuum auxilium præstandum sibi inuicẽ, & ad propagandos fines amicitiæ: ad hunc modum incarnatio sobolem spiritualem facit, de qua Ioannes loquitur, cum ait: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, & subdit: *Et Verbum caro factum est*, hoc est, quia Verbum caro factum est. Facit etiam declinare obscœnæ voluptatis incendium: nam dedecus est, & ignominia, carnem, quam Filius Dei sua vnione sanctam effecit, polluere, vt merito Hieremias dicat; *Vsquequo delicijs dissolueris, filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram, Fœmina circundabit virum.* Id est, ex quo tantum, tamque inusitatum, & nouum Deus hominem contulit, non decet impudicis voluptatibus vacare. Iuuat etiam Deus per Christum hominem in homine seruãdo, quia corpore pati potuit, ac proinde satisfacere, anima potuit mereri: quorũ neutrum per se ipsum præstare valuit Deus, qui omnis passionis & meriti est expers. Ampliauit etiam Deus amicitiã suam per Humanitatem assumptam ad consanguineos sponsæ, illam extendendo quasi ad affines, & cognatos, vt iam non tantum ex parte animæ simus consanguinei Dei, quia ipsius genus sumus, sed etiam ex parte corporis assumpti affines.

Act. 17.

Quarta ac postrema ratio. Spiritale Domini cum anima matrimoniũ quibus argumẽtis dæmones infirmare conentur, sed frustra.

Postremo, non valent quicquam argumenta dæmonum ad matrimonium hoc infirmandum, & eleuandum. Primum, quod sponsa sit pauper, nuda, & discalciata, neque digna tanto sponso: quia si opus est misericordiæ dotare puellam pauperem, multo magis erit maritare, & captiuam sponsam à victore dæmone redimere: Quia *sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret*; primo quidem ad nuptias cũ humana natura ineundas; deinde etiam ad crucem in holocaustum. Secundum, quod sit obscuris orta natalibus, ac proinde inæqualis illi, Carni enim dicitur: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa.* Amorrhæus, rebellis interpretatur; Chetæa verò, formidolosa. Quia hominum quisque filius est Adæ rebellantis Deo, & Euæ formidolosæ in paradiso ambulantis. Sed facilè hæc inæqualitas tollitur per coniugium, quia virorum dignitates deriuantur in vxores: quemadmodũ Esther, & Bersabee, quæ nuptæ, Reginæ dictæ sunt. Tertiũ: Sponsa est turpis & deformis, de limoque terræ condita, vereque vt Æthiopissa vxor Moysi, contra quam oblocuti sunt Aaron & Maria. Respondemus enim, pulchritudinem & puritatem sponsi esse satis ad decorãdam, & exornandam sponsam: nam & pictor ea est virtute, vt deformem imaginem pulchram faciat, non tamen illabi in imaginem potest, & suam cum illa communicare pulchritudinem, & venustatem. Quod tamen Filius Dei effecit: vnde per Ezechielem ait: *Expandi amictũ meum super te, & operui ignominiam tuã.* Et infra: *Decora facta es vehementer nimis, & profeciſti in regnum. Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam, quia perfecta erat in decore meo, quem posueram super te.* Et Isaias: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis; & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus*

Ezech. 16.

Isa. 61.

Ornatus humanæ naturæ tanquam sponsæ.

Esther. 2. 2. *Reg.* 11. Tertium argumen.

Num. 12.

Diuini Verbi, id est, spõsi species ac decor quantus.

Ezech. 16.

Quartum argumentum.

bus suis. Quartum: Non valet quod malè audiat, & sit infamis, cum in Scripturis meretrix, & adultera videlicet nuncupetur: vnde Christus ad adulteram, & pollutam loquens vxorem, per Hieremiam ait: *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit Dominus:* & infra: *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo vocat me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Vt enim alij mariti de virginibus faciunt corruptas, ita hic de corruptis efficit virgines, secundum illud: *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Quintum, quia conditio, & seruitus solet infirmare, atque dedecorare coniugium: hæc autem sponsa, ancilla est, & non sui iuris, ac proinde nequit contrahere. Verum si quis sponte eam quam nouit seruam, in coniugem accipiat, matrimonium stat: & Imperator, si prudens & volens ducat ancillam, ipso facto eã liberat à seruitute, libertatique restituit, & fit Imperatrix. *Si enim,* vt Christus inquit, *vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.* Quemadmodum quicquid ignis tangit, reddit igneũ; ita Filius qui libertas est, quicquid tangit, liberum efficiet. Sextum, Non valet argumentum sumptum ab immensa distantia cœli à terra, id est, Dei ab homine: quia non minus Angelus, quam homo infinitè distabat à Deo, tametsi nobilior sit natura. Et Regum, & Principum moris est nõ inter suos subditos, sed extra suos accipere vxorem. Ideò *nusquam Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit.* Quemadmodum Abraham misit seruũ suum Eliezer in Mesopotamiam, vt acciperet vxorem filio suo Isaac. Iacob etiam peregrinatus est in eandẽ regionẽ, accepturus vxorem Liam, atq; Rachelẽ. Ita Verbũ Patris suis sumptibus ad nos peregrinum venit, vt ex nobis Sponsam acciperet. Et hæc pauca ad ornamentũ, ac decus harum nuptiarum. Quamquã in his spiritualibus Christi nuptijs Spõsa magis sit intelligenda ipsa Ecclesia, quam assumpta ab eo Humanitas, vt Ioannes Baptista indicauit: & Paulus ad Ephesios: *Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia:* & in sua Apocalypsi Ioannes ostendit.

Præpostera Diuini coniugij cõditio. 2. *Cor* 11.

Quintum argumen.

Matrimonia quæ inferioris conditionis teneant.

Ioan. 8.

Sextum argumen.

Reges ac Principes vnde ferè vxores accipiant. *Heb.* 2.

Gen. 24. & *seq.*

Infra 29. n

Altera Christi Sponsa.

Ioan. 3. *Ephes.* 5.

Apoc. 21.

13 Serui missi qui vocare inuitatos ad nuptias.

Iam ad cœptum parabolæ sensum reuertamur. *Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias.* Serui missi, sunt Abrahã, Moses, & Prophetæ plenè Deo subditi, ac sibi ipsis mortificati; ac proinde sibi tribuentes nihil, nihilq; de seipsis curantes, Et Moyses quidem tanta signorum multitudine ad terram Chanaam trahere populum volebat, vt pararet familiam, ex qua tum Spõsa Christi, id est, Humanitas erat proditura, tũ eius Mater sanctissima. Inuitati vero, non solum fini legis, id est, Christo spirituali repugnabant, sed etiam Terræ promissæ, quæ instrumentum, & adiumentum perducendi homines ad Christum erat. Inuitabant igitur Abraham, Moses, & alij Prophetæ, qui filios docebant, ac de ineffabili gratia promissionis Abrahæ iustificato facta in semine Christo, vt hæres esset mundi, instituebant; ob quem etiam promissiones aliæ vsque ad Christi aduentum seruabantur.

Inuitatorum duplex crimen. *Rom.* 10.

Supra 4.

14 Ad quales nuptias inuitati vocabantur.

Vocabant autem ad nuptias has incarnationis fide amplectendas: in quibus verus honor, solidæque diuitiæ, atque inenarrabilis suauitas continentur. Nam per hanc sponsam Humanitatis sanctissimæ omnes Verbo vnimur, non aliter atque per ferrum magneti vnitũ alij ferrei annuli vniuntur, maximè si ferrum primum esset candens, & magnes ignis. Et vt ferrum tractum à magnete, nõ existit in seipso, ita nec Humanitas in se ipsa subsistebat, sed in Verbo hypostasin suam habebat, licet in hac similitudine maximè insit dissimilitudo. Nos etiam per Humanitatẽ Verbo insiti, ferreum esse nostrum amittimus, & idcircò simul cum eo grauitatem, obscuritatem, opacitatem, induimus autẽ lucem, calorem, & vitam Verbi. Ac ne fortè perturberis, cognosce nos filios esse nuptiarũ, amicos Sponsi appellari, inuitatos ad nuptias, spõsas, & reginas, diuersis rationibus. Filij quidẽ sumus, quatenus à Christo parente, & Ecclesia matre per Baptismum regeniti sumus: amici Sponsi, quatenus de aliorum salute

Christiani cur sint filij nuptiarum, amici sponsi, inuitati ad nuptias, spõsæ denique, ac reginæ.

Ioan. 3.

luto lætamur, vt Ioannes Baptista, qui sibi hunc titulum tribuit: Sponsæ verò dicimur, quatenus illi coniungimur, & renuntiato dæmone vnimur Christo: reginæ, quatenus alijs gubernandis, & in Christo educandis præsumus: inuitati postremo, quatenus ad nuptias incarnationis Filij Dei fide complectendas, & operum similitudine imitandas vocamur. Etsi ergo seruos primo missos loco dicant fuisse Prophetas, & secundo missos Apostolos; verum suauius est, vt seruos hos omnes missos ad inuitandum, interpretemur esse Noui Testamenti ministros, quia vocabant ad nuptias, non futuras, sed paratas iam. Nec obstat quod Hieronymus indicat, quosdam habere in singulari in primo loco, seruum suum, & intelligit Moysen, & deinde alios secundo loco Prophetas missos fuisse: possumus tamen illam lectionem rectè accommodare primò ad Ioannem Baptistam, qui venit in testimonium, vt omnes crederent per illum: secundo loco missi Apostoli: tertio loco Paulus, & Barnabas, & alij Apostolici viri ex numero 72. Discipulorum. Et si primo loco legamus in plurali misisse suos, intelligemus ipsum Ioannem Baptistam, qui primus de nuptijs Christo apparatis, & se professus est amicum Sponsi; & simul cum Ioanne intellige B. Iosephum, Simeonem, Zachariam, & alios similes, qui simul verbo, & vita sancta, & inspiratione trahebant, & inuitabant ad nuptias.

Pes seruos primo loco missos quinam accipiendi. Altera sententia probabilior *Hieronym. in Matth. tom.* 9.

Ioan. 1.

Infra 3.

15 Cur inuitati ad nuptias (Iudæi videlicet) venire noluerint.

Et nolebant venire. Primum enim de AEgypto exire, & idololatriæ, & regnis Gentium renuntiare nolebant: ab accepta autem lege vsque ad præscriptum tempus data, vt medio ac typo quodam, in quo tanquam pueri exercerentur, data, postea noluerunt ab illa diuelli, & lege Mosaica obtendebant iustificari, sed voluerunt instar puerorum, in lege, & vmbris ceremoniarum delectari. Contra quos Propheta: *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Nolebant,* inquit, *venire,* non tantum ex impotentia, vel ignorantia, sed etiam ex malitia peccantes. Si primi serui sint Ioannes, Ioseph sponsus Virginis, Simeon & Zacharias cum Elisabetha, & Anna vidua, & inuitantes ad nuptias, Iudæi nolebant venire, quia incredulos, & obstinatos se verbo Euangelico præsticerunt.

Isa. 65.

16 Qui serui secundo loco missi Hieronymo. *Matth.* 10.

Iterum misit alios seruos, dicens; Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Hos seruos secundo loco missos interpretatur Hieronym. esse Apostolos, quibus Christus dixit; *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël.* Isti autem etsi alij serui dicantur, habebant tamen eundem spiritum quem priores, sed copiosiorẽ, & alium Paracletum, & statum vitæ perfectioris. Nam priores serui ita magni erant, vt curarẽt temporalia, & possessiones, filios generarent, bella gererent, victorias compararent; posteriores vero alio modo magni erant, contemptores videlicet bonorum externorum, virtute domandæ carnis conspicui, & mundi per fidem victores, & triumphatores. *Dicite* (ait) *inuitatis* inculcando semper opportunè, importunè; ideo de præsenti ait, *Dicite.* Per prandiũ eius paratum intelligimus omnia quæ reficiũt, & recreant Christiani mentem, in quo vescente vescitur Deus. Hoc tamẽ prãdium Christus agnus est, quẽ cõprehendit Pater, & qui Patris est vita, deliciæ, thesaurus, cibus, possessio, & omnia: sed nos vescimur illo Humanitate condito, id est, eius miris, & dulcibus veritatibus, & virtutibus, quæ tum in creaturis, & Scripturis, atque Sacramentis, tũ in meditationibus, exercitationibus spiritualibus, & operibus bonis splendent. Parauit autem prandiũ brachijs suis, manibusve, hoc est, Spiritu sancto, & Filio, qui vt mulier fermentum Verbi conspersum aqua gratiæ in Cruce misit in farinæ sata tria, id est, in tribus facultatibus humanæ naturæ, donec in iudicio fermentetur totum, etiam inclusa carnis resurrectione possessum à Verbo per gratiam.

Priores serui à posterioribus quantum differrent. *Heb.* 11.

Ad quod prãdium paratũ serui inuitatos vocauerunt.

Prandium à quo, & qua ratione paratum sit. *Luc.* 13.

Quid regnũ cœlorum simile fermento à muliere misso in farinæ satis tribus.

Quod

17 Quod si isti sunt Apostoli inuitantes, loquuntur de prandio parato, & omnibus necessarijs præparatis: quia post resurrectionem Domini iussi sunt prædicare Christum mortuum, crucifixum, & ascendentem in cœlum, & omnia mysteria perfecta, quæ ad salutem hominum, & eorum refectionem spirituale erant necessaria. Porrò tauri, cibus ferè est laborantium, id est, actiuorũ: quemadmodum per altilia, omnia quæ ad contemplatiuos spectant. Et quiuis ex parte debet esse Martha, & ex parte Maria. Ideò Christus etsi vitulus, viator, videretur, & agnus, & vermis, & non auis, quia humilitate, & patientia præditus erat; tamen per hæc euasit taurus cornutus, & ventilans hostes, & auis per vniuersum volans. Interpretantur alij, Patres veteris, & Noui Testamenti: Vetus, & Nouum Testamentum Theophylactus. Subiungit: *Et omnia parata.* Omnes enim creaturæ, etiam damnationi æternæ addictæ, in gaudium cedunt beatorum: quia *Lætabitur iustus cum viderit vindictam.* Est enim parata Dei misericordia, atque omnibus exposita, diabolus victus, & mors superata, & occisa, cœlum apertum, ira Dei sublata. Sacramenta ad salutẽ omnes accedentes sanctificantia. Est proposita peccatrix fœminis meretricibus, Paulus persecutoribus, Zachæus sordidum quæstum exercentibus, Petrus negantibus, latro prædantibus, B. Virgo innocentibus, præparata opera bona, vt in illis ambulemus; parata mensa Eucharistiæ, de qua illud; *Parasti in conspectu meo mensam*; paratus locus, de quo dicitur: *Vado parare vobis locum*; paratũ regnum, de quo; *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*; denique parata omnia, neque supereſt aliud, nisi vt nos ipsos præparemus ad tanta bona percipienda: quia solæ virgines quæ paratæ erant, intrauerunt cum Sponso ad nuptias.

Tauri & altilia quid mystice.

Luc. 10.
Psal. 21.

Altera sententia.

Theophyl.

Psal. 57.
Omnia parata, quænam illa.
Osea 13. & 1. *Tim.* 1.
Luc. 19.
Matth. 26.
Luc. 23.
Supra 1.
Ephes. 2.
Psal. 12.
Ioan. 14.
Matt. 25.

Ibidem.

18 Vnde subdit: *Venite ad nuptias.* Non obstante priori recusatione, venite inquam fide, & operibus: hi enim sunt equi currum Charitatis trahentes, sicut Pœnitentia, & Eucharistia currum Ecclesiæ. *Illi autem neglexerunt.* Quod verbum significat incuriam, & contemptum, atque hæc est vis verbi Græci ἀμελήσαντες, id est, eis curæ non fuit, nec tanti fecerũt nuptias, vt venire vellent; contenti siliquis porcorum scilicet, spiritualiaque, vt Christum, & sua, suosque contemnentes. Vę ergo tale, ac tãtum prædium contemnenti, quod Deus parauit, & Angeli edunt, & esuriunt, & ita magnificiunt: & magis deberet trahere nos prandium paratum iam, quam illos olim futurum. *Et abierunt; alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam; reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.* Quemadmodum in superiori parabola de cœna magna tractauimus, per eos qui se excusarunt: *Villam emi: iuga boum emi quinque: vxorem duxi*, intelleximus non eos qui auaritiæ, aut mercaturæ, aut obscœnis carnis voluptatibus vacarent, sed eos tantum, qui ex licitis artibus, & honestis exercitijs per immodicum affectum ad bona externa, siue ad vxorem sibi ipsis viam cœli præcludunt; ita hoc loco per eos qui vacant villæ, siue, vt Græcè dicitur, proprio agro, vel negotiationi, non villam rem vitiosam intelligimus, sed eos, qui mundi bona, etiam licita, æternis, & spiritalibus præferunt. Et per euntes in villam, significat vacantes lucro labore manuum suarum, quod sectabantur minores Iudeorum; per negotiationem verò, diuitias, siue lucrum ex ingenio, siue industria collectum, quod maiores Iudeorũ amplectebantur; quemadmodum hodie aduocati, iudices, medici, gubernatores, Et vtrique ex infirmitate, vel ignorantia deliquerunt. Reliqui autem, qui tenuerunt seruos, recludendo eos in carcerem, vt Ioannem Baptistam, Petrum, Iacobum, & Apostolos omnes, & qui contumelijs seruos Dei affecerunt, inter quos se computat Paulus, qui prius fuit blasphemus, & contumeliosus: *Et ibant gaudentes Apostoli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*: & Paulus gloriatur: *A Iudæis*, inquit, *quinquies quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis cæsus*

Qui sint equi trahẽtes currum Charitatis, & currum Ecclesiæ.

Inuitati ad nuptias cur neglexerunt venire.

Ad cœnam olim inuitati qui se excusaurint dicentes, Villam emi, &c. *Luc.* 14.

Euntes in villam qui ad prandium inuitati.

Qui verò ad negotiationem suam.

Qui serui Regis cõtumelijs affecti à ciuibus ad prandium inuitatis.
Matth. 14,
Act. 12.
Ibidem.
Supra 4.
1. *Cor.* 15. et
1. *Tim.* 1.
Act. 5.
2. *Cor.* 11.

Deuter. 25. Et quinam illi contumelioſi in seruos Regis.

19 *Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.* Annotat Hieronymus, Regem solùm dici cùm punit; cùm verò vocat ad nuptias, assimilatur homini Regi. Et more humano dicitur audisse; cùm tamen eius oculis omnia sint nuda, & aperta. Porrò exercitus à se missos vocat, Romanorum exercitum, & robur, quo excisi sunt Iudæi: eis enim vsus est, vt baculo, quemadmodum olim Sennacherib: *Væ*, inquit, *Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea:* & Nabuchodonosor apud Isaiã, à quibus api comparatur, & muscæ exercitus AEgyptiorum, & Assyriorum. Est ergo Dominus princeps potẽtissimus: nam præter exercitum Angelorum, habet etiam Turcarum, Lutheranorum, locustarum, elementorum, & muscarũ copias, quibus vt olim flagellauit AEgyptum, ita modò cum vult, fumit de nobis pœnas, etiamsi nos oculos ad superiora non attollentes, ad causſas naturales, & non ad Deum supplicia referamus. Perdidit ergo homicidas in negotiantibus, & villam sequentibus deſignatos, & ciuitatem Hierusalem, quæ eorum erat idõlum, & prandium. Non tamen intelligas ita de Iudæis vltionẽ sumpsisse, vt reliquias eorum, siue plebem suam, quam præsciuit, repulerit.

Hieron. in Matth. to. 9. *Heb.* 4. Rex quos mittit exercitus suos, ad perdendum homicidas illos *Isa.* 10.

Isa. 7. Dominus Deus qualis sit Princeps.

Exod. 7. & *seq. vsque ad* 15. Occulta nos Dei puniendi ratio.

Deus quatenus perdiderit homicidas illos.

20 *Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.* Tunc, inquit, non post perditos homicidas, & ciuitatem igni succensam, sed audiuit ex seruis inuitatos recusasse ad nuptias venire. Seruos hic vocat residuos Apostolos, qui afflicti à Iudæis sparsi sunt inter Gentes. Vnde Paulus dixit: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei*: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Vnde quod ait: *Sed qui inuitati erant, nõ fuerunt digni*, idem est ac si diceret cum Apostolo, sed quoniam indignos vos iudicastis æternæ vitæ. Nemo enim alius est non dignus cœna, nisi qui seipsum indignum sua culpa constituit: minus enim est dignum non esse, quia etiã Gẽtiles digni non fuerunt: sed Iudei etiam indignos se constituerunt, qui interesſent. Neque significatur hãc parabola mors Christi, vt supra: quia non esset Sponsus. Et cùm dixit: *Tauri mei, & altilia mea occisa sunt*. Prophetas occisos haud comprehendit, quia non ob prædicationem Christi, sed ob populi reprehensionem occisi sunt: neq; quadrabat quòd occisores seruorum suorum inuitasset, nec quòd occiderent filiũ tanti Regis. Et aliàs missi sunt Gentibus prædicare, qui propriè non erant ex inuitatis, qui nullas acceperant de Messia, & cœlestibus bonis promissiones, quemadmodum Iudæi: posthæc verò iussi sunt relinquere Iudæos.

Serui qui rursus missi fuerint à Rege ad exitus viarum, vt inuitarẽt ad prandium. *Act.* 13.

Quare inuitati ad nuptias, nõ fuerunt digni.

Matth. vlt.

Act. 13. 21

Per exitus viarum, concursus, & varias vias, siue intra vrbem, siue extra significant, quantum ad similitudinem; quantum ad sensum vero significat cuiuscunque sectæ, & terrę gentem. Vel exitus viarum sunt termini viarum, in quibus abiecti commorantur; vt significetur prædicatores missos ad vocandum etiam abiectissimas, & remotissimas gentes, eos etiam, qui in extremis mundi partibus habitabant, iuxta illud Prophetæ, *Vt sit salus mea vsque ad extremum terræ*: & Dominus ipse: *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos, & bonos.* Quod ait, *Congregauerunt*, intellige, volentes credere, & acceptare Messiam. Bonos verò, intelligit eos, qui natura ad bonum inclinantur: vel, vt exponit Theophylactus, qui minus natura mali sunt, & probatę sunt vitę inter Ethnicos, cuius in vnoquoq, sunt semina, si illa colerẽt. Cùm enim nulli, antequam vocentur, boni corã Deo reperiantur, nec qui mali volunt perseuerare

Isa. 49.

Act. 1. Quos ijdem congregauerint: & bonos.

Theophyl.

Hieronym. Quare inuitati boni simul, & mali, teste Hieronymo.

seuerare, congregandi sint ad nuptias: idcircò Hieronymus intelligit simul vocatos bonos, & malos: quia inter ipsos Gentiles infinita est diuersitas, & secundum humanam conuersationem quidam boni, quidam mali dicuntur. Vel bonos intellige quātum ad mores, vnde Christus dixit: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili.* Quia, teste Gregorio, in Ecclesia Dei boni, & mali cōgregari dicuntur, quia in Ecclesia bonis cum malis sunt permixti, sicut non indutus vestem nuptialem cum indutis.

Ioan. 10.

Greg. hom. 38. in Euangel. tom. 2.

Ex bonis qui inter Gētes.

Et vtroque modo exponit B. Augustinus libro De fide, & operibus. De quorum numero erat Cornelius Centurio, religiosus, ac timens Deum, cum omni domo sua. Mali verò sunt, qui natura propensi sunt ad malum, vel prauis moribus sunt infecti: nam manifesti, & magni peccatores ex Gentibus ad Christū conuersi sunt: sed non vt in delictis suis permanerent, verùm vt remissionē illorum acciperent, & virtutum officijs sibi vestem nuptialem compararent, vt dignè possent interesse cōuiuio Ecclesiæ militantis.

B. Augusti. li. De fide & operib. cap. 17. tom. 4.

Act. 10.

Malos congregauerint serui quos.

22

Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi, *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.* Dicitur Deus ingressus in conuiuium, vt videret, nempè per effectum puniendi: quemadmodum Sodomam per Angelos, cùm dixit: *Descendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam.* Circa similitudinem verò, dicitur venisse ad videndum, quia fingitur ob regiam dignitatem seo: sum ab alijs edere, vt nūc etiam Deum non videmus. Et quoniā in textu dicuntur serui congregasse bonos, & malos, vt in conclusione parabolæ dicitur: *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* Propterea per hūc vnū carentem veste nuptiali, intelligimus omnes eos, qui fidem, & fidei Sacramentum habent (sine quo non essent ingressi in conuiuium Ecclesiæ) sed charitate, & bonis operibus destituuntur. Origenes in Leuiticum, per vnum non habentem vestem, intelligit omnes, qui vnius sunt generis, qui seruant malitiam post fidem, quam habuerant ante fidem, & non deponunt eam. Et Augustinus in libro aduersus Donatistas post collationē docet. *In hoc vno homine non vestito veste nuptiali, grande quoddā corpus figurari omnium malorum ante Domini iudicium conuiuio Dominico permissorum, à quibus se boni corde interim moribus separant, simul manducantes & bibentes corpus, & sanguinem Domini: sed cum magna distinctione; quia isti in honore Sponsi iuduti sunt veste nuptiali, non sua quærentes, sed quæ Iesu Christi: illi autem non habent vestem nuptialem, hoc est, fidelissimam Sponsi charitatem, sua quærentes, non quæ Iesu Christi.* Hæc ille.

Gen. 18.

Allegoria.

De homine vestem nuptialem non habente, triplex opinio

Origē hom. 3. in Leuit. tpm. 1.

Augu lib. cōtra Donatis. c. 20. tom. 7.

Philip. 2.

Vnus tantùm eiectus fertur è conuiuio; vt ostendat Dominus, ne vnū quidem in tāta turba cum latere posse, nec tutum esse, eo quod vnus sit: *Quia non introibit in cœleste conuiuium aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium.*

E conuiuio cur vnus tātum eiectus.

Apoc. 21.

23

Vestis autem nuptialis splēdida erat, & festiua, & quæ honorandarū nuptiarū gratia assumebatur: quēadmodū hodie vestem pullam induimus, quam, dū eos, qui morte consanguineorum grauiter afflictantur, consolandi gratia, & nostrum dolorem testandi visitamus, moris est assumere. Dubium esse non debet apud Iudæos formā quandam extitisse vestis nuptialis, etsi ex scriptoribus non constet qualis illa fuerit. Illud statuendū certè, vestē fuisse pretiosam, & iocundā, & ad exhilarandos oculos spectantiū accommodam: quemadmodū etiā vestis erat primogenitorū, quā Esau vendidit Iacob. Et inter Gētiles in nuptijs vestibus pretiosis supra gradū, & conditionem suam induebātur: vnde & ab ipsis Ethnicis scriptoribus reprehendebantur, quorum vnus dixit:

Hic vltra vires habitus, nitor hic aliquid plus,
Quā satis est, interdū aliena sumiturarca.
Nequicquam ornata est bene si morata est male.

Vestis nuptialis quēnam esset: eius vsus.

Gen. 25. & Heb. 12.

Significat autem hæc vestis nuptialis, charitatem, qua Christus Sponsus ad nuptias

Vestis nuptialis quid signi

ficet: ea qualis sit, & quāta.

Isa. 63.

Supra 53. & Act. 8.

Ioan. 19.

nuptias celebrandas de cœlo venit indutus: quæ dignis sapientiæ, id est, per Spiritum sanctum contexta est, & tincta sanguine Christi, & lana muti agni coram se tondētibus confecta, qui corpus suum, & cor rumpi potius voluit, quam vt hæc tunica inconsutilis rumperetur. Honorabilis vestis est, regnum faciens animam, & Deo desponsans, atque ea vestitam a sanctissima Trinitate cohabitari faciens. Incorruptibilis est, quia *Charitas nunquam excidit*, neq; senescit. Carissimè empta fuit, nempè visceribus & meritis Christi vermis: ac propterea gratis data omni volenti exuere veteris Adæ perizomata; id est, dolenti de peccato, & excusationes, quas olim obtendit, accusanti. Munit hæc vestis contra frigus Aquilonis, id est, dæmonis, seu contra frigus peccatorum, quod vitam tollit, & torpentem ad omnia bona opera reddit. Defendit à calore, & æstu ærumnarum huius vitæ: operit verenda fomitis, & cupiditatis, ne illi consentiamus: facitque vt fomitem habere, ad culpam non imputetur, cum olim sub veste originalis iustitiæ omnis fomes abesset. Duplicata est hæc vestis ob geminam dilectionem, de qua: *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus*: domique, & foris valet. Leuis est, & omnia leuia propter dilectum faciens: fortis in omnia tela tentationum, & idolorum, de qua: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Denique Deo, Angelis, & hominibus pulchram reddit animam, ita vt ab omnibus adametur: quod nihil aliud præter illam præstare potest.

1. Cor. 13.

1. Pet. 1.

Psalm. 21.

Cui gratis illa donetur vestis Christi.

Gen. 3.

Eiusdem varij vsus, & cōmoda.

Quare duplicata, quàm fortis.

Prouerb. 31.

Cant. 8.

Et ait per ironiam & derisionem, *Amice*, per fidem & Sacramentū, & qui ad veram peruenire poteras charitatē. *Quomodo huc intrasti?* Hoc est, qua audacia, qua fronte. *Non habens vestem nuptialem?* Etsi enim in ingressu per baptismum illam vestem habuerit, aut saltem habere potuerit, & de qua dicitur: *Accipe vestem candidam, & immaculatam, quam perferas*, &c. postea tamen suo vitio illam amisit, vel in ingressu obicem, quo minus eam haberet, posuit.

Qualem reddat habentē coram Deo, & Angelis eius.

24

Quo sensu dicitur: Amice, quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem?

Nec enim hīc de fictè intrantibus tantum in Ecclesiam, simulateque accedentibus ad Baptismum loquitur: quia nec soli illi, nec omnes tales, si pœnitentiam egerint, damnantur. De hac veste nuptiali sciendum est illam à solo Deo donari, quemadmodum pater filium iuniorem redeuntem stola prima indui iussit, & de qua prophēta Ezechiel prædixerat: *Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena. Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum tempus amantium: & expandi amictum tuum super te, & operui ignominiam tuā.* Hæc ille, alludens ad vestem, quæ à Deo donatur, nuptialem. Quomodo ergo huc intrasti, aut quomodo in hoc loco permanes cum veste sordida, nec inuitantis, nec tui ipsius, neque aliorum cōuiuarum rationem habens, ita vt venisse videaris ad sordidandas, & risui, & vocibus hominum exponendas nuptias? Qui enim nec erga Deum, nec erga seipsum, nec erga proximum bene affectus est per affectum charitatis, indignus est qui ad nuptias admittatur. Et omnes propria arrogantia damnamur: volumus enim finem gloriosum; sed vias, & rationes quæ ducunt ad illū, non amplectimur. *Omnis*, inquit, Apostolus, *qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam.*

Ezech. 16.

Ad conuiuiū sine veste nuptiali accedentis imputatio.

Dominico cōuiuio qui censeantur indigni.

1. Cor. 9.

24

Quod verò hæretici per vestem nuptialem alia intelligunt, magnopere decipiuntur. Et Lutherus quidem per vestem nuptialem intelligit Christum, quem per fidem induimus: quod comprobat ex illo Apostoli verbo, *Induimini Dominum nostrum Iesum Christū.* Cū tamen ibi Paulus per induere Christū, non intelligat, credere in Christum: nā illi, ad quos scribebat, iam fidē receperant: sed induere Christum, ibi significat, induere nouum hominem, hoc est, mores Christo dignos. Præcedit enim; *Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die, honestè ambulemus*, &c.

Hæreticorū nostri seculi de veste nuptiali multiplex refellitur intelligētia.

Primus sensus, Lutheri videlicet.

Rom. 13. & Gal. 3.

Melanchthon verò, per vestem nu-

25

Alter sensus, Melanchthonis, & Erasmi Sarcerij.

ptialem, intelligit fidem, *quæ sola* (inquit) *est interna, & absoluta iustitia.* Et Erasmus Sarcerius: *Vestis*, inquit, *nuptialis est ipsa fides efficax: neque potest de operibus intelligi simpliciter.* Hæc ille, quæ falsò, & calumniosè dicuntur, & contra doctrinam sanctorum Patrum. Vnde Gregorius Magnus scribit: *Quid fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem, baptisma, vel fidem dicimus, quis sine baptismate, & fide has nuptias intrauit? Eo enim ipso foris est, quo necdum credidit.* Et infra: *Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem.* Ambrosius in Lucam, intelligit fidem per charitatem operantem. Chrysostomus in Ioannem; *Nolimus igitur, nolimus, inquam, dilectissimi, fidem nobis ad salutem satis esse existimare. Nam nisi vitam puram exhibuerimus, & hæc cœlesti vocatione digna nos induerimus vestimenta,* &c. Idem explanans hunc locum, sic habet: *Ne fideles sola se fide saluari posse confidant; de pœna malorum differit. Ita infideles ad fidem, fideles vero ad rectè viuendum cohortatur. Indumentum enim viuentis, actio est.* Et infra: *Sordidæ vestes significant, impuræ vitæ maculas hinc abeuntem contrahere.* Hactenus ille contra Erasmum Sarcerium, qui negat hæc posse intelligi de operibus bonis. Expende Augustinum, qui libro contra Faustum, per vestem nuptialem morum honestatem intelligit; qua visa in hominibus, glorificatur Deus. Hieronymus verò hoc loco, ad morum integritatem illam refert. At Hilarius, tum in hunc locum, tū in Psalmum 64. de ornatu honestatis virtutū spiritualium exponit. Tertullian. libro De resurrectione carnis, de vitæ sanctimonia interpretatur. Origenes in Leuiticum exponit per indumentum nuptiarum, texturam virtutū. Et Irenæus libro Aduersus hæreses Valentini, & similium, iustitiæ opera ait esse indumētum nuptiarum.

Grego. hom. 38. in Euāg.

Ambros. in Lucam, lib. 4. tom. 5.

Chryſ. hom. 9. in Ioan. prope finem, tom. 3.

Idem hom. 70. in Matthæū tom. 2.

Auguſt. lib. 22. contra Fauſtū cap. 14. tom. 6.

Hierony. in Matth. to. 9

Hilar. Can. 22. in Matt.

Tertull.

Orige. hom. 9. in Leuit. tom 1.

Irenæ. lib. 4. cap. 70.

Ex his omnibus Patribus possumus elicere, quantum extra chorum saltent Hæretici in huius loci expositione. Nā vestis extra tegit nuditatem, ac proinde

26 Veſtis officia.

etiam honorat, & charitatem in opera externa, & honesta prodeuntem pulchrè significat. Audi etiam Ioannem in Apocalypsi: *Gaudeamus*, inquit, *& exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti, & candido.* Byssinum enim, iustificationes sunt Sanctorum, id est, opera iusta, & honesta, quæ perficiunt sancti. Et idem est damnari ob defectum operum misericordiæ apud Matthæum, vel ob defectum olei in lampadibus virginum apud eundem, atque ob defectum nuptialis vestis: vna enim parabola alteram exponit. Ita in alia parabola seruus non remittens fratri iniuriam, mittitur in tenebras exteriores, quemadmodum iste qui vestem non habet.

Apocal. 19.

Iuſtificationes Sanctorū quæ ſint.

Matth. 25.

Ibidem.

Subditur in parabola: *At ille obmutuit.* Nimirum ipsa conscientia illum condemnāte: *Quia*, vt ait Gregorius, (quod dici sine gemitu non potest) *in illa districtione vltimæ increpationis omne argumentum cessat excusationis: quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiæ intus animum accusat. Ego*, inquit, *sum iudex & testis*: &, *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum*: &, *Si voluerit (homo) contendere cum Deo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Rex post impletas nuptias discumbentium, in seculi scilicet consummatione, præcepit ministris, Angelis videlicet, qui Diuinæ iustitiæ sunt executores, & Græcè vocantur diaconi, de quibus alio loco: *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum: & mittent eos in caminū ignis.* Postquam ergo quilibet fuerit cōuictus de merito damnationis, iubetur ligari manibus, & pedibus. Quo vel morem expressit magistratuum facinorosos in vincula conjicientium; vel secundum Theophylactum significare voluit, quod post hanc vitam nō sit amplius futura potestas operandi aliquid, quo vel bonū, vel malū promereamur: quia

27 Non habens veſtem nuptialem, quare obmutuit teſte Gregorio.

Hiere. 29.

Iob. 9.

Matth. 8.

Infra 13.

Infra 25.

Luc. 13. Miniſtri Dei qui.

Matth. 13.

Cur ligatis manibus & pedibus mitti iubet in tenebras exteriores non habentes veſtē nuptialem.

Theophyl.

Ioan. 9.

quia scriptum est: *Venit nox, quando nemo potest operari*: vel ne valeat se à pœnis manibus defendere, vel pedibus effugere, quas necessario cogitur considerare, & pati, affectu etiam necessario vult operari mala: ideo etiam pedibus ligatus est.

Mittitur porrò in tenebras exteriores, siue in carcerem subterraneum, qui extra domum situs est. Et significat lacum inferni remotissimum à lumine Diuinæ gloriæ, qui locus tenebras habet externas, internis in mente tenebris, in quibus in vita versatus est, respondētes. *Et ibi est fletus, & stridor dentium*: id est, pœna sensibilis animum vehementer excrucians, & exterior corpus affligens. Et concludit: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Quia ex Iudæis, ad literam, multi inuitati, & vocati sunt ad nuptias, pauci vero ex eis electi sunt: quemadmodū etiam non omnes Gentiles vocati salui facti sunt. Quæ sententia Pauli verbis, & Isaiæ conformis existit: *Si fuerit*, inquit, *numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient.* Sed multi per eum, qui non habebat vestem nuptialem, designati, excluſi à regno intelliguntur. Etsi ergo hæc conclusio non videatur congruere parabolæ, cum ex conuiuio vnus tātum dicatur expulsus, hìc vero multi dicantur electi: respondendum est, per vnum electum significari, non omnes qui vocantur, saluos fieri. Deinde cum illo de conuiuio electo coniungendi sunt omnes qui primum vocati ad nuptias, indignos se tamen illis reddiderūt: ex quibus infertur ad literam, multos esse vocatos ad consortium regni cœlestis, & inter hos multos paucos esse in comparatione vocatorū electos à Deo, cum inter eos quidam non veniant, & ex his qui veniant, quidam ob indignitatem suam reijciantur. Hæc videtur literalis horum verborum expositio, ita vt nulla sit de electione, vel prædestinatione Dei hoc loco mentio. Vnde Theophylactus in hæc verba ait: *Pauci enim qui saluantur, & qui digni vt eligātur à Deo; ita vt Dei quidem sit vocare, electos autem fieri, vel non, nostrum est.*

28 Mitti in tenebras exteriores quid ſit.

Quid fletus & ſtridor dētium ſignificet.

De quibus ad literam dictū ſit: Multi ſūt vocati, pauci verò electi.

Rom. 9.

Iſa. 10.

Si multi ſunt vocati, pauci verò electi, cur vnus è conuiuio tantùm eijcitur. Secunda ſolutio.

Theophyl.

Et Ambrosius lib. 2. de vocatione Gentium: *Frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur vt electi sint. Virtutum quippe munera otiosa esse non possunt, quoniam sicut veritas ait: Omni habenti dabitur, non habenti autem, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Hæc Ambrosius. Cuius sententiæ consonat Petrus, dum ait. *Qua propter, fratres, magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Vbi vides per opera iuuari electionem nostram: sicut in parabola sagenæ piscatores eligunt bonos in vasa, quemadmodum & Angeli congregabunt electos à quatuor plagis. Vnde isti videntur post opera, & propter opera ad gloriam possidendam electi.

Ambr. lib. 2 de vocat. Gētiū, cap. vlt. ſub finem, tom. 2.

Matth. 25.

2. Petr. 1.

Matth. 13.

Infra 24.

Vel Dominus hoc loco tacitæ cuidam obiectioni respondet. Nam dicere poterant Iudæi: Si nos reprobamur, qui erunt illi, quibus vineam loces, qui lapidem angularem exornent, per quos conuiuium tuum adornes, & qui nuptias impleant? Num potes è mundo seligere nobis meliores, & tot erunt, vt implere valeant locum, quo nos priuamur? Nam pauci etiam inter nos boni extiterunt, nedum inter Gentes, quæ Deum non nouerunt. Respondere his igitur Christus videtur, electos quidem paucos esse, eo quod præclari pauci sint; sed non ex his tantum implēdas nuptias: multi enim sunt vocati cum electis illis paucis, qui per vocationem boni fiunt, & qui commodè locū nuptiarum implent. Quisque ergo teneat quod habet, vt nemo accipiat coronam eius.

29 Tertia ſolutio quæſtionis propoſitæ.

Matth. 21.

Apoc. 3.

Tanto ergo exemplo admoniti esse debemus, vt, postquam iam vocati sumus ad nuptias, & patet nobis aditus ad cōuiuium Sacrosanctæ Eucharistiæ, vt vestem nuptialem nobis comparemus, ne in veste sordida accedentes, iudicium nobis manducemus, & bibamus: meritoque tradamur ministris puniendi, & in tenebras exteriores detrudendi, qui hìc noluimus oculos aperire ad videndam impuritatem cordis nostri, & illā emundandam: ligabimur manibus, & pedibus

30 Ad nuptialē charitatis veſtem comparandam adhortatio.

1. Cor. 11.

pedibus, qui hic ad malum soluti, & liberi fuimus: recipiemus fletum in præmium solutioris risus, propter quem seruos Dei excitauimus ad fletum; sequetur nos stridor dentium, qui fratri detrahendo, & dentibus famam eius lacerando delectati fumus. Proinde tempestiuè nobis de hac veste prospiciamus, de qua ait Apostolus: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, patientiam: supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.* Cui cum Patre, & Spiritu sancto est sempiternus honor, laus, & gloria in seculum seculi. Amen.

Coloss. 3. Viscera misericordiæ quę nobis induenda, secũdum Apostolum.

TRACTATVS XXXVIII.

In parabolam illam: Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quę accipientes lampades suas, exierunt obuiam Sponso: & Sponsæ: & habetur solum in Matthæo. Cap. 25.

1 Quò tendat hæc parabola.

RÆsentis parabolæ finis ignotus non est: quia ex epiparabola, quę habet, Vigilate itaq; quia nescitis diem neque horã, colligitur, eo tendere, vt nos reddat solicitos, & vigilantes ante incertum diem iudicij, ne fortè inopinatus vel repentinus nos præueniat. Et aptè post parabolam serui impij percutientis seruos, & ancillas, id est, malitiosè peccantis in fratres, ponit Dominus istam decem virginum, qua nec eos omnes saluandos ostendit, qui speciem pietatis præseferunt, & qui cæteris prælucere apud nos videntur. Vnde subdit. *Tunc simile erit regnum cœlorum.* Id est, dies iudicij imparatos multos comprehendet, qui nunc quidem sapientes existimantur: sed tunc aliorum sibi auxiliũ frustra implorabũt, qui nũc sibi, & alijs sufficere videntur; & multis clausa erit ianua, qui nunc alijs aperire existimantur. Et ita de die iudicij, sicut & præcedens de seruo percutiente, & sequentes de talentis, & pastoris, & ouium & hœdorum aperte indicant. Quæ sententia confirmatur ex eo, quod in his postremis duobus capitibus. 24. & 25. de iudicio vniuersali Dominus loquatur, ante quod nõ dormient omnes Virgines, nec clamor mediæ noctis audietur, nec ianua clausula aptari commodè potest nisi postremo Domini ad iudicandum aduentui.

Matth. 24. Percutiat seruos & ancillas quis.

Quid significet: Tunc simile erit regnum cælorum, &c.

2 Altera interpretatio.

Quanquam exponi quoque commodè possit: Tunc, id est, quando seruus impius damnabitur, quod erit in morte cuiusque: plures qui pietatis speciem præferunt, designati in virginibus fatuis, interibunt. Statuendum igitur, de die iudicij vniuersalis principaliter intelligi, etsi aliquo modo etiam in cuiusque fidelis hominis morte locum habere possit, vt etiam Patres interpretati sunt. Et beatus qui omnem diem sibi putat esse extremum, quo semper sit paratus, vt quidam etiam externus dixerit:

Beatus quis nunc viuẽs.

Scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est: dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet:

Ouid. 3. Metamor. *Horat. lib. 1. Epist. 4.*

Et:

Omnem crede diẽ tibi diluxisse supremum.

Circa corticem parabolæ pleraque veniunt expendenda. Et in primis, in Terra Chanaam moris fuisse, vt sponsi adolescentum societate comitati non nisi noctu ad sponsas venirent ad locum, vbi celebrabantur nuptiæ; Virgines vero ex domo sponsæ, siue ex loco nuptiarum prodibant cum lampadibus, & cantibus, vt venientem sponsum festiuè exciperent. Quæ consuetudo quoniam nobis ignota est, ex scriptorum quorundam antiquorum monumentis illustranda venit. Moris igitur erat, & antiquis patribus, & apud Græcos, & Romanos, vt sponsæ sub vesperam, & appetente nocte sponsis suis traderentur: vnde in Genesi dicitur

Sensus historicus huius parabolæ.

Antiqui nuptiarum ritus.

Gen. 29. tur Laban conuocatis amicorum turmis ad conuiuium fecisse nuptias; & vespere Liam filiam suam introduxisse ad Iacob. Hinc Catullus in Carmine nuptiali:

Catullus. *Vesper adest, iuuenes consurgite: Vesper Olympo*
Expectata diu vix tandem lumina tollit.

Homerus. Apud Græcos etiam nouæ nuptæ faces accensas gestabant, quare Homerus lib. Iliados Σ: Νύμφας δὲ ἐκθαλάμων δαΐδων ὑπολαμπομενάων ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ· πολὺς δ' ὑμεναῖος ὀρώρει. Hoc est: *Sponsas autẽ accensis faculis cubiculis ducebant per vrbem: multus autem Hymenæus agitabatur.* Sic ille. Faces autem præferri solitæ erant quinque, teste Plutarcho in Problematis. Plato etiã tradit, amicos quinque, & totidem amicas ex vtraque parte conuocari ad conuiuium nuptiale: quia primus numerus compositus ex primo pari, & primo impari, significat coniũctionem fœminæ ad marem. Erant autem confectæ ex spina alba (quas pueri matrimi, patrimique gestabant) vt testatur Catullus in Epithalamio Manlij, & Iuliæ, vbi ait:

Numerus lãpadũ ex Plutarcho. *Plutarch. Plato libr. 5. legum.*

Qua ex materia constarent nuptiales faces.

Catul. *Pelle humum pedibus, manu spineam quate tedam.*
Tollite ò pueri faces.

Plin. libr. 16 cap. 18. Plinius libro Naturalis historiæ sic ait; *In eosdem situs comitatur & spina, nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, vt auctor est Massurius: nunc, facibus cupressus, & corylus familiarissima.* Sic ille. In genere autem de facibus, vel rediis idem probat Poeta, cum ait:

Virg. 4. Æneid. *Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset:*

Idem. Eclog. 8. & in alio loco,

Plautus. *Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor.*

Et Plautus in Curcul.

Primum omnium lucebis huic nouæ nuptæ facem.

M. Varro. Tradit enim M. Varro, morem gestandi faces in nuptijs inde introductum, quod antea non nisi per noctem nubentes ducebantur à sponsis, vt ex Phœnissis Euripidis colligi potest: Matres in nuptijs faces tenebant, quod illi Græcè δαδοῦχοι vocabant. Ex his licet colligere, olim nuptias celebrari solitas post noctem, ita vt opus esset tedis vel lampadibus. Habes etiam morem puerorum, vel virginum in nuptijs quinque tedas gestandi. Et ad hunc morem fortassis alluxit Dauid Psalm. 44. dicens: *Adducentur Regi virgines post eam* (scilicet reginam siue sponsam) *proximæ eius afferentur tibi*, cum scilicet sponsa in domum sponsi deducitur. *Psal. 44.*

Mos gestãdi faces in nuptijs qua ratione introductus.

3 Ceræ, sepiũ; in Veteri Testamento vsum nullum fuisse, nisi tãtum olei.

Nota quoque, in Veteri Testamento vsum non extitisse sepi, aut ceræ, quia fuisset in candelabro templi, sed tantum olei oliuarum in templo: proinde toties fit mentio lampadum, & lucernarum, candelarum nunquam. Et vt sponsus excipiebatur à virginibus cum lampadibus ad nuptias veniens; ita cum reuerteretur à nuptijs, expectabatur à seruis cum lucernis, iuxta illud, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs.* Ad hæc comparantur Christiani, siue fideles virginibus more Prophetis trito, qui suam Iudæam propter fidem à vero Deo non mutatam, virginem appellãbat, vt Hieremias; *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iudæ*; & Isaias, *Descende, sede in puluere virgo filia Babylõ.* Et rursus Hieremias; *Quis audiuit talia horribilia quæ fecit nimis virgo Israël?* Et in alio loco: *Ergo saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Ita etiam Zacharias de Eucharistia prophetans; *Quid bonum eius est & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Et Apostolus alloquens omnes fideles Corinthi: *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.*

Luc. 12.

Iudæũ Prophetæ cur virginẽ appellarent.

Thren. 1. *Isa. 47.* *Hierem. 13.* *Supra 3.* *Zachar. 9.*

2. Cor. 10.

Ita igitur Dominus virgines vocat fideles, quia cæterorum coniugium polluit fœminas: at amplexus Dei sanctificat animas: solaque lex Christi frænum adhibet carni, atque in ipsis etiam coniugatis vt puritas quædam seruetur, efficit. Deinde hac similitudine amorem suum erga nos indicare voluit, videlicet talem esse, qualem sponsus ad

4 Fideles, virgines cur Dominus appellet.

sponsam

sponsam virginem habet. Rursusque, vt excitaret in nobis solicitudinem, atque desiderium erga sponsum videndum, & qualem habet pudica virgo, cum nobili desponsa est principi, ad quam quotidie dictitat se esse venturum.

5 Decem virgines si exierunt obuiam sponso, cur eis dicitur: Exite obuiã ei? Decem virgines cur sint inductæ, non plures, neq; pauciores.

Quod dicitur: *Exierunt obuiam sponso*, & postea subditur: *Exite obuiam ei*: intelligendum, dictum primum fuisse per præoccupationem, vt primò narretur, illas exisse obuiam sponso, postea quomodo exierunt obuiam, scilicet adueniente sponso: vel exijsse dicuntur obuiam sponso, quia se parauerunt ad exeundum illi obuiam, atque illi negotio se addixerunt. Præterea decem virgines eliguntur: quia si pauciores inducerentur, non esset conueniens paraboſica excluſio, & aliæ possent dare oleũ, & vix esset distinctio à prudentibus. Si omnes prudentes, non esset locus exclusioni. Si valde paucæ prudentes, dare cogerentur. Si omnes fatuæ, nullæ exirent obuiam, neque reciperentur ad nuptias. Prudentes dicuntur, quod sibi in futurum benè prospexerint; fatuæ verò, quod male prospexerint in posterum. Nam etsi oleum haberent in lampadibus, non tamen in lecythis, vt prudentes. Proinde fatua quælibet suam habebat lampadem, ob honorem, necessitatem, & significationem.

Virgines iustæ, prudentes, & fatuæ quare dicantur.

6 Vnaquæque virgo fatua cur suam haberet lampadem Dormitet quis.

Fingitur moram feciſſe sponsus, quia putabant quod veniret ineunte nocte: ideo dormierunt fatuæ, dormitauerunt sapientes. Est autem dormitare, eius, qui incipit somno premi, necdum tamen se penitus vult somno dare: cui dum frequenter somnus obrepit, vel ad modicam morulam inopinato oculos claudit, quos rursus aperit somno discusso.

Dormiat verò quis.

Dormire verò dicitur, qui penitus à somno deuictus, in plenam quietem resoluitur. Vnde dicitur in Psalmo: *Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël*, id est, neque pauculum dormiet, neque multum. Portò intempesta nocte facto clamore ab his, qui cum sponso veniebant, aut sponsum præcedebant, ad occursum euocantes, ornauerunt sapientes lampades suas, addentes oleum, & emuncto ellychnio. Fatuisq; oleum petentibus prudentes denegarunt, non ex inuidia aliqua, sed ex prudentia: *Ne forte*, inquiunt, *non sufficiat nobis, & vobis; ite potius ad vendentes, &c.* sibi magis prouidentes, & communi gaudio nuptiarum, nam diuiso oleo in plures lucernas, non sufficeret in mediam noctẽ. Clausa ianua fingitur, quia periculum erat media in nocte patere fores, & propterea venientes fatuæ excluduntur, quia spõsus peregrinus erat, & nesciebat an tali hora fraudulẽter venirent. Hæc omnia præmitti oportuit ad similitudinis ipsius intelligentiam, vt illis positis facilius sit ad sensum principalem per hæc similia designatum peruenire.

Quare virgines prudẽtes oleum fatuis non suppedi tauerint.

Ianua cur clausa.

7 Præsens parabola vnde obscura, & difficilis.

Est ergo parabolæ præsentis sensus, difficilis valde, non solum quia non est cuiuis obuium, & expositum ex rebus quæ sentiuntur, apprehendere spiritualia, sed etiam ob varias, & diuersas Patrum expositiones, de quibus Augustinus lib. 83. Quæstionum sic loquitur: *Inter parabolas à Domino dictas solet quærentes multum exercere ista, quæ de decem virginibus posita est. Et multi quidem hinc multa senserunt, quæ non sunt præter fidem: sed quomodo partibus omnibus eius conuenint expositio, id elaborandum est. Legi etiam in quadam scriptura ex earum genere quæ apocrypha nominantur, non quod sit contra catholicam fidem, sed huic loco mihi minus congruere visa est, consideranti omnes similitudinis partes.* Et infra: *Decem vtique numerus virginũ, quarum quinque admittuntur, quinque excluduntur, bonorum, & malorum discretionem significat. Quapropter si virginitatis nomen honorabile est, cur receptis, excluſisque commune est? Deinde quid sibi vult numerus in vtraque parte quinarius? Quid autem significat oleum, mirum videtur. Item quod sapientes petentibus non communicant, cum & iausidere fas non sit eas, quæ ita perfectæ sunt, vt à sponso recipiantur, quo nomine vllo dubitante Dominus Iesus Christus significatur: & misericordes esse oporteat ad præstandum ex eo quod*

Aug. lib. 83. quæst. q. 69. initio tom. 4.

Luc. 6.

quod habent, præscribente illa sententia eiusdem Domini dicentis, Omni poscenti te tribue. Quid est autem quod possit dando non sufficere vtrisque? Hæc maximè augẽt quæstionis difficultatem, quanquam & cætera diligenter considerata, vt omnia in vnam rationem concurrant, nihilq; in vnam partem dicatur quod impediat aliã, magna cautio adhibenda est. Hæc ille, quæ propterea adduximus, vt intelligamus hanc parabolam ex difficilioribus esse, & multas, ac diuersas expositiones non satis congruas illi assignatas fuisse.

8 Primus sensus quorundam, sed ineptus. *B. Hier. to. 9.*

Quidam enim, teste B. Hieronymo, intelligunt parabolam de his quæ corpore & animo virgines sunt, quæ prudentibus similes existunt, & de his quæ corpore virgines, mente nupserunt tamen, imprudentibus persimiles. Hanc expositionẽ Hieronymus minimè probat, quòd ex præcedentibus, & parabolæ conclusione omnino appareat, non ad virginalia corpora, sed ad omne hominum genus parabolam pertinere. Et infrà egregiam producit intelligendi Scripturas regulam: *Prudentem semper admoneo lectorem, vt non superstitiosis acquiescat interpretationibus, & quæ comaticè pro fingentium dicuntur arbitrio; sed consideret priora, media, & sequentia, & nectat sibi vniuersa quæ scripta sunt.* Ita ille. Alij verò, vt Nicolaus de Lyra, exponunt de contemplatiuis, & religiosis, quos inter, qui gloriam Dei spectãt in operibus suis, & salutem animę, prudentes sunt: qui verò propriam gloriã respiciunt, siue fauorem, & quæstũ proprium attendunt, fatui dicuntur. Hilarius cum B Hieronymo ad vniuersum genus hominũ trahunt, id est, ad Christianos vt prudẽtes, & ad Iudæos, & Hæreticos, qui excluduntur, tanquam fatuos. Caietanus intelligendum putat non de omnibus Christianis, sed de his tantum, quorum opera exterius luceant & splendeant, & tamen multi ex eis pereant. Beatus Chrysostomus, & eius sectatores Theophylactus, & Euthymius, exponunt de virginitate destituta charitatis operibus, vel coniuncta cũ eleemosyna, & misericordia ad proximum: ita vt prudentes sint, qui cũ pietatis, & eleemosynæ oleo virginitatem habent, fatuæ quæ sine illis. Rursus quidam Philosophus nostri seculi, volens quæ physica, & naturalia, scripturis immiscere, librum edidit exponentem hanc parabolam: Dicebat enim, quòd beatitudo consistit in hoc, quòd sponsus copulatur sponsæ, id est, intellectus agens patienti post intellectionẽ omnium rerum materia constantium: admissis quinque prudentibus virginibus, id est, quinque sensibus internis habentibus lampades, id est, sensoria organa, & oleum, id est, obiecta rerum sensibilium, à quibus sine vlla corruptione, imò cum perfectione patiuntur, & exclusis quinque fatuis, id est, non illustratis externis sensibus propter obiectarum rerum absentiam. Sed hęc lõgè sunt aliena à mente Christi, & ex Gnosticorum, & Valentinianorũ somnijs, ac disciplina deprompta, de quibus ita noster Tertullianus loquitur libro de Anima: *Relucentne iam hæretica semina Gnosticorum, & Valentinianorum? Hinc enim arripiunt differentiam corporalium sensuũ, & intellectualium virium, quam etiam parabolæ decem virginũ attemperant: vt quinque stultæ sensus corporales figurauerint, stultos videlicet, quia acceptui faciles; sapientes autem intellectualium virium notam expresserint, sapientium scilicet, quia contingentium veritatem, illam arcanam, & supernam, & apud pleroma constituta hæreticarum idearum sacramenta, hocenim sunt & æones, & genealogia illorum.* Hæc ille.

Aurea planè Hieronymi Scripturas interpretãdi regula.

Secũdus sensus Lyrani.

Tertius Hilarij, & Hieronymi. *Hilar. can. 27. in Mat.*

Quartus Caietani.

Quintus Chrys. Theophyl. & Euthymij. *Hieronym. Chrys. Hy.*

Sed peculiariter hæc interpretatio impugnatur. Primò, quia non potest intelligi de beatitudine animæ separatæ, quia decẽ virgines excluderentur à nuptijs felicitatis cum corpore post resurrectionem: quia ad Dei essentiam videndam, & perfruendam non admittũtur vlli sensus omnino, & tamẽ omnes sensus erunt perfecti: aliàs opus non esset resurrectione. Deinde talis vnio agentis intellectus cum passiuo naturaliter fieret: & ita sine Dei gratia homo esset beatus ex Christi sententia.

29. in Matt. tom. 2. Euthym. c. 59. in Mat. Sextus Genuæ philosophi nouelli vanus, & ridiculus.

Quibus ex ia cunis illum hauserit interpres bonus iste Matthæi.

Tertul. lib. de Anima, c. 8 sub initiũ.

De beatitudine animæ separatæ, vt ille negatur, non posse hunc locum intelligi vllo modo.

9 Minus etiam accipi de beatitudine vitæ præsentis potest, multis ostenditur.

Secundò loco non potest intelligi de beatitudine in præsenti vita. Primo, quia tunc dicitur factum regnum cœlorum, scilicet in iudicio, & non modò. Deinde quia impossibilis videtur hæc beatitudo: nam impossibile est hominẽ intelligere omnia naturalia, vel quòd sine phantasmate nunc intelligat, vel q̃ cum eo essentiam suam cognoscat: & saltem Apostoli, & perfecti Christiani, & philosophi vt B. Augustinus, & Thomas, ad id non peruenerunt. Tertiò, quia in illa abstractione intellectus non vtitur phantasmatibus, sicut confecto itinere minimè est opus curru, imò nec quinque internis vtitur sensibus, maximè memoria, & phantasia: vel si ob illustrationem redundantia est ab intellectu in sensus, superflua videtur, nisi ad actionem, & illa posita remitteret internum actum. Et profectò redundabit nõ visio Dei, sed gaudium etiã in externos sensus. Quartò, non semper sensus cõmunis habet oleum secum, nisi rarò, & præposterè, vt in phreneticis: & ita homo stupidus beatus non esset: & alioqui frustra essent dati sensus, si beatitudini non deseruirent. Quintò, quia nemo est qui admoneat de aduẽtu ad nuptias: nec etiam tũc cum proximè sunt nuptiæ, exeunt obuiam, id est, repræsentant obiecta, nec sensus externi impediunt obiecta internorum, & quieti deberent manere, vbi finem adepti sunt suum: nec deberent ire ad emendum oleum, nec alij eis suadere vt eant. Sextò, quia vigilia non facit ne excludantur fatuæ, imò iuuat potiùs, vt dormiant spõso veniẽte. Postremò Christus dicitur esse ille, qui venit qua hora non putamus, & mens ita occupata non potest interpellari à sensibus, neq; eis respondere. Et hæc pauca mihi sint dicta in hunc sensum plane physicum, & à mẽte Spiritus sancti alienum. Alij verò sensus, vel fusiores sunt, quia complectuntur & fideles, & infideles: vel strictiores, quia non comprehendunt omnes Christianos, sed certos tantum.

Quartũ argumentum.

Quintum argumentum.

Sextum argumentum.

Septimum ac postremum. *Matt.* 25.

Sensũ aliorum qui recitati sunt, incommoda.

10 His igitur omnibus sensibus exclusis, quorum aliqui ob auctoritatem Sanctorum possunt aliquo modo defendi, cùm sint in seipsis veri: tamen nullus mihi germanior videtur: neque aptior, & commodior, quàm vt de omnibus fidelibus in vniuersum loquatur, & nõ de alijs gentibus, vt Auctor operis imperfecti in Matthæum docet, & alij sentiunt: quia omnes tales propter fidei puritatem virgines dicuntur, cũ infideles, meretrices, siue formicariæ, siue adulteræ dicantur, quia fide carent: atque omnes fideles præcipuè sistendi sunt ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum: reliqui verò, siue Pagani, siue Iudæi, iudicio non egent, quia *Qui non credit, iam iudicatus est.* Et confirmatur hæc expositio, quia in parabola pastoris, & ouium, & hœdorum inferius explicanda, vbi tanquã in iudicio causſæ discutiuntur, non nisi ad fideles spectant illę duæ sententię, vt doctè annotauit Gregorius, & Augustinus: ita cum hæc parabola cõiunctim cum illa vno sensu dicta sit à Domino, haud continet inclusionem ad nuptias nisi bonorum fidelium, qui præter fidẽ opera charitatis ad Deum, & misericordiæ ad proximum habuerũt: & exclusionem à nuptijs eorum, in quibus præter fidem bona illa opera desiderãtur. Rursus illud: Exierunt obuiã sponso, & sponsæ, non nisi fidelibus conuenire potest: vt scitè, atque eruditè docet Augustinus.

Vltima sententia, quæ maximè probatur.

Aut. oper. imperfe. in Matt. Hom. 52. *tom.* 2. *operum D. Chrysost.*

2. *Cor.* 5. Iuxta illud: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi

Ioan. 2. *Matth.* 25.

Grego. Hom. 12. *in Euan. tom.* 2. *August Epi.* 120. *tom.* 2. *& de verbis Dom. ser.* 22 *tom.* 10. *August libr.* 83. *quæst. q.* 59. *to.* 4.

11 His positis, tanquam magis cum verò cohærentibus, & ad germanam accedentibus expositionem, verba contextus explicemus. Christiani vniuersi per decem designantur, sicut apud Lucam per decem seruos omnes significati sunt fideles: quia vt ille limes numerorum est, & perfectio, ita Christiani maximè perfecti sunt, & ad denariũ æternæ beatitudinis possidendum per Decalogi obseruantiam vocati, & ad implendas ruinas ex nouem Angelorũ choris, & nouum decimum chorum constituendum. Nam B. Virginem constat nouum chorum per se facere, quæ cęteris omnib. eminet, & de qua canit Ecclesia: *Exaltata es sanctè Dei Genitrix super choros Angelorũ, ad cœlestia regna.*

In denario numero cur fideles designentur. *Luc.* 19. *Psal.* 109.

Et nos

Psal. 91. *& 143.* In psalterio decachordo canere, quid iuxta Prophetam. *Gen.* 18.

Et nos debemus etiã canere in psalterio decẽ chordarum, hoc est, per obseruantiam diuinorum præceptorũ digni fieri qui ad nuptias recipiamur. Et quemadmodum propter decem iustos parcebat Dominus ciuitati Sodomæ, ita propter Christianos Deus indignatus cogitui parcere toti mundo.

12 Cajetani sensus excluditur de pari numero fernãtorum, & damnandorũ in decem virginibus designato.

Ex his virginibus quinque sunt fatuæ, & quinq; prudentes. Ex qua diuisione non licet colligere totidem fore saluandos, quot perdendos: quemadmodum in parabola præcedenti, in qua vnus non indutus veste nuptiali excluditur, non significatur, vnum, siue paucos interituros præ his qui salui fiunt: quemadmodum nec in parabolis minarum, & talentorum duo inueniuntur multiplicasse minas, talentave, & vnus tantũ damnatus, qui abscondit talentum in fossa, siue minam in sudario: sed hi numeri in parabolis eò spectant, vt probabilem, & conuenientem reddant magis similitudinem, vt superius de præsenti ostendimus, non autem vt præcisum illum numerum in sensu spiritali, & principali intelligere cogamur. Quia in vna parabola maior est numerus eorum qui pereunt, quam eorum qui salui fiunt; in altera verò maior eorum qui salui fiunt, quam qui pereunt; in alia verò par, vt in hac: quæ veritate niti non possunt, cum inuicem pugnent. Ideo friuolum est, quod Caietanus colligit, dimidiam partem fidelium, quorum opera bona exterius lucent, saluandam. Quemadmodum ergo dum Dominus dixit:

Quid numeri à Christo in parabolis assumpti significent.

Caiet.

Matth. 24. *Duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur:* ratiõum explicat ex quolibet gradu, & conditione hominũ quosdam saluos futuros, quosdam verò perituros, nullo certo designatos numero: ita hic designantur quidam seruandi, perdendi verò quidam.

13 Decem virgines quid significẽt: & quæ nam virgines quinque prudentes:

Decem ergo, omnes animas, quæ à Deo virgines atque incorruptæ conditæ sunt, & lumen non tantum rationis, sed & fidei à Deo acceperunt, significant: sed quæ prudentes sunt, illud lumen subiecto oleo nutriunt, fatuę verò illo adusto, vel consumpto, extinguunt, seu quinque sensibus, siue internis, siue externis abutuntur, vel quinque talenta accepta abscondunt, nec, vt par est, negotiãtur. D. Augustinus lib. Octoginta trium quæstionum hãc distinctionem virginũ his verbis explicat: *Videntur mihi quinque virgines significare quinque patitam continentiam à carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus à voluptate oculorum, à voluptate auriũ, à voluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed quia ista continentia partim coram Deo fit, vt illi placeatur in interiori gaudio conscientiæ; partim coram hominibus tantum, vt gloria humana capiatur, quinque dicuntur sapientes, & quinque stultæ: vtraque tamen virgines, quia vtraque continentia est, quamuis diuerso fomite gaudeant. Lampades autem sunt, quia manibus gestantur opera, quæ secundum continentiam istam fiunt. Dictum est autẽ: Luceant opera vestra coram hominibus: Omnes vero acceperunt lampades suas, & venerunt obuiam sponso. Intelligendum est ergo Christi nomine censeri, de quibus agitur: non enim possunt qui Christiani non sunt, sponso Christo venire obuiam,* & quæ sequuntur. Hic Augustini sensus, etsi verus sit, non potest congruere tamen Christianis omnibus, sed illis tantũ qui seruant continentiam, quãquam diuerso fine, & studio. Quam quidem expositionem Hieronymus deserit. Quare vt omnes complecti valeat fideles, extendenda est hæc animæ continentia non solum ad illecebras carnis, sed etiam ad illecebras peccati cuiuscunque, vt ab omni vitio, tam carnis, quam spiritus, homo se contineat: quanquam quidam propter Deum, quidam vero propter gloriam propriam, vt ita fiat distinctio. Quod autem Ecclesia in festis virginum hanc parabolam inter Missarum solennia legere soleat, non hoc fit quasi iste sit sensus literalis, & proximus, sed quia particulare includitur in vniuersali. Et ita quæ dicũtur de prudentibus fidelibus in genere, quadrant specialiter ipsis virginibus, quæ propter Christũ continentiam coluerunt Præterquã

dentes, quæ fatuæ.

Augu. libr. q. 83. 9. 59. Quid secundum Augst. Virgines quinque significent.

Cur illæ virgines quinque dicuntur sapientes, & quinque fatuæ iuxta eundem.

Matth. 5.

Eum sensum Augustini Hieronymus cur improbet.

B. Hier.

Communior & amplior de virginibus intelligentia proponitur.

In virginum natalitijs Ecclesia cur hoc recitet Euangelium.

quod virginis nomen illis magis quadret, quam alijs fidelibus: nã illi & animo, & corpore virgines extiterunt, alij vero corpore tantum.

14 *Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ.* Id est, Triumphans Ecclesia, in quam fatuæ non admittuntur, & in quam sapientes introducuntur, potest illa similitudine exprimi, qua decem virgines occurrunt ad excipiendum sponsum nõ sine lampadibus. Omnes enim Christiani lampades habere dicuntur, nam Christiani nominis splendore irradiamur omnes: omnes itẽ baptizati sumus baptismo Christi, omnes lucernam fidei accipimus, omnes participamus corpus, & sanguinem Christi, omnes audimus verbum Dei, omnes censemur in Ecclesia, & populo Dei: sed non in omnibus beneplacitum est Deo. Quidam enim sunt sapientes, & futura prospicientes, quidam vero fatui, & ad hæc externa, & cerimonias spectantes tantum: omnes tamen videntur se in aduẽtum Domini præparare, lampademque habere, quę fidei donum significat, quo nocte huius vitæ iter nostrum peragendum est, ne impingamus. Hæc autem lampas fidei, igne verbi Dei est accendenda: quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi: de quo verbo Dei scriptum est: *Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus; & quasi malleus conterens petram?* & Sapiens, *Omnis sermo Dei ignitus: clypeus est omnibus sperantibus in se.* Vita autem præsens respectu futuræ, quæ vt clarissima dies fulget, nox quædam est: vnde Apostolorum princeps laudat Christianos, quod studio scripturarum incumbant quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris. Per Scripturæ enim meditationem, & bonorum operum studium fidei nostræ lampas quotidie incenditur, & quasi oleo fouetur.

15 Porro dicuntur exisse virgines hæ. Et quoniam quicunque exit, aliunde exit, intelligimus, vitam Christianam nihil aliud esse, quam exitum quendam de AEgypto in Terram promissionis, siue eductionem hominis de hoc mundo, & preparare nos in occursum Christi iudicis venientis, illumque expectare, & diligere venientem, secundum illud, Et vos similes hominibus expectãtibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Subnectitur occurrisse sponso, & sponsæ. Verbum *Sponsæ* ab Erasmo, & Caietano de Textu ablatum est, quasi superfluum, quod multi Græci codices, & interpretes, vt Chrysostomus, & Theophylactus, ac Euthymius illud non habeant, & quia Augustinus in prædicta huius parabolæ expositione verbum illud non habeat. Quod videtur tamen ab aliquo expunctum esse, ne videretur Ecclesia ocurrere sibi ipsi. Vnde inferius sponsus absolutè ponitur, cum dicitur: *Moram autem faciente sponso;* &, *Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* Sed his non obstantibus, dicendum est, lectionem nostram præstantiorem esse, & in quibusdam codicibus, vt Clãremontensi, expresse haberi νυμφίου καὶ νυμφῆς. Ita legunt Gregorius & Hilarius; ex Græcis verò, Origenes, & Auctor imperfe. ope. in Matthæum, & Euangelium Syrum aperte habet: *Exierunt in occursum sponsi, & sponsæ.* Hilarius etiam exponit: *Sponsus*, inquit, *atque sponsa, Dominus noster est in corpore Deus: nam vt spiritus carni, ita spiritui caro sponsa est. Denique tuba excitante, sponso obuiam tantum proditur. Erunt enim iam ambo vnum, quia in gloriam spiritualem humilitas carnis excesserat.* Sic ille. Cui spirituali intelligentiæ non obest dictio Sponsæ, bene tamen commoditati exẽpli. Nisi dicamus, sponsum secum assumpta sponsa in tertium aliquem locum, commodamque, & amplam domũ commigrare, vt nuptiale conuiuiũ commodius celebretur, vt nunc fit in Gallia: & ita nulla esset incommoditas, vel exempli adducti, vel intelligentiæ spiritualis, quia statuendum est, ex illis ædibus, ad quas conuenitur, egredi in occursum prædictas virgines cum lampadibus.

Quodnam regnũ cœlorũ simile decẽ virginib. prudentibus, & stultis.

Christiani omnes cur virgines. *Rom. 6.*

Eorum qui prudentes, qui fatui. *1. Cor. 10.*

Quam lampadem gestent in manibus.

Rom. 10.

Hiere. 23.

Prou. 30.

2. Petr. 1.

Fidei nostræ lampas quomodo accendatur.

Vnde exierint virgines obuiam sponso & sponsæ.

Amos. 4.
1. Thes. 4.
2. Tim. 4.
Luc. 12.

Erasmus, & Caietanus illud verbum, sponsæ, cur tulerint de Textu, sed temere.
Chrysost.
Theophyl.
Euthym.
August dictis in locis.

Grego. hom. 12. in Euan.
B. Hila. can. 27. in Matt. initio to. 2.
Auctor Ope. imperfe. in Matt. Hom. 52. tom. 2. operum D. Chrysost.

Cui sponso, & sponsæ occurrerint virgines illæ. Altera solutio à ritu Gallico nuptiarũ desumpta

Aug. Epist. 120. to. 2. & serm. 22. de verb. Do. prope finem tom. 10.

Tertia solutio de sponsa videlicet, cui cum sponso coniungit obuiã virgines decem.

Sap. 3.
Matt. 29. & Luc. 22.

padibus. Augustinus certè epistola ad Honoratum, & libr. de verbis Domini, vbi totam hanc parabolam explicat, apertè habet: *Sponso & sponsæ*, vbi habetur: *Quod vero sponsæ* (sic legendum, & non, vt quidam corruptè legunt, sponso) *dixit obuiam venire virgines, sic intelligendum puto, vt ex ipsis virginibus constet ea quæ dicitur sponsa, tanquam omnibus Christianis in ecclesiam concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater.* Sic Augustinus. Alij verò per sponsam, beatissimam, & purissimam virginem eius matrem intelligũt, quæ cum filio suo, & sponso ecclesiæ veniet in gloria, & potestate ad iudicandum: cui cum Apostoli, & magni sanctitate viri hærebunt: qui etiam simul cum Christo, & Matre iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & alibi: *In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Atque id necessario fatendum est, quia cum Dominus dixerit de futuro, *Tunc simile erit regnum cœlorum*, nempe in aduentu ad iudicium, tunc Christus non solus aduenit, sed magno Sanctorum, & Angelorum numero stipatus, & vt canit Ecclesia: *Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, & cum eo sanctorum millia.*

16 Soluitur obiectio aduersantium huic lectioni, Et sponsæ.

Neque verum est, eandem Ecclesiam sibi occurrere, sed diuersam, nempe illam quæ iudicanda est, ex qua virgines prudentes eligentur in sponsam cum priori connectendæ, & annumerandæ. Nam, vt eleganter annotauit Augustinus, plures virgines sapientes vnam sponsam Christi efficiunt vt vnum corpus, & vnum populum. Et ita Apostolus cum diuisset: *Despondi vos vni viro*, & subiungendum esset, *virgines castas exhibere Christo*, dixit in singulari, *Virginem castam*, ad significandũ, ex illis vnam Christi sponsam tantum conflari.

August loco præscript.

2. Cor. 10.

17 *Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* De his virginibus superius multa diximus: quæ repetere non est operæpretium. Fatui dicuntur, nõ solum quibus finis & scopus non inest, quo contendant, verum etiam qui tenent, sed ad ipsum non iaculantur. Tales erant istæ virgines, quæ rectè quidem de fine, id est, Christo sentiebant, sed media non aptabant ad Christum consequendum: propterea incaute non sumpserunt oleum in vasis suis, quemadmodum prudentes, quæ in vasis suis, hoc est, in omnibus animi facultatibus & instrumentis ad operandũ acceperunt. Oleum autem quid sit, Hæretici magna contentione pugnant, detorquentes illud ad solam fidem; cum reuera ad charitatem sit referendum, quæ sola instar olei, peccatorum plagas sanat, & splendore operum proximum illuminat, & omnibus virtutibus, vt oleum liquoribus, supernatat. Condit etiam omnes cibos spirituales, & ea sacrificia quæ cum oleo offerebantur, Lætificat etiam impetrato Paracleto charitatis. Charitatem autem in baptismo accipiunt omnes qui obicem nullũ ponunt. Non videntur tamen illam accepisse, qui ad studium bonorum operum illa non vtuntur: quare meritò illam amittunt, sine illaque sunt. Et quia tam coniuncta est charitas operibus rectis, quibus demptis nulla existit, hinc Chrysostomus, & qui eum sectantur, oleum vocant eleemosynæ virtutem. Basilius in exhortatione ad baptizatos, vitæ religiosæ opera bona intelligit. Hieronymus ad Demetriadem vocat oleũ bonorum operum, & Augustinus ad Honoratum haud dissimiliter interpretatur.

Fatui qui sint, & dicantur.

Fatuæ cur virgines quinque.

Quid est quod illæ nõ acceperunt oleum in vasis suis.

Propriũ charitatis

Qui oleum nõ accipiant in vasis suis.

Oleum etiã accipere in vasis quid secundum Patres.

Chrys. Ho. 79. in Mat. Theophyl. Euthym. Bas. tom. 1. Hier. ad Demetria. de Virginita. seruan. to. 1. August. Epist. 120. tom. 2.

Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Quia sub tempore versamur, & expectantibus omne tempus tardum videtur, dicitur hæc mora, siue tardatio nostro iudicio. Duratque hæc tarditas, quantum quidem ad omnes attinet, ab ascensione Domini ad iudicium vsque, quãtum autem ad priuatum quemque si Christianus sit, ab vsu rationis vsq; ad exhalandum

18 Virgines illę quare dormitauerunt omnes, & dormierunt. Dormitare, & dormire, in Scripturis quid

landum extremum spiritum, id enim ad somnum facit. Iidem autem dici possunt dormitare, ac dormire, vel etiam diuersi: dormitant enim per ægritudines, & infirmitates, dormiunt per mortem. Vnde Dominus dixit, *Lazarus amicus noster dormit*: dormitauerat primò per languorem, deinde dormiuit per mortem. Is est enim vsus huius vocis in sacris literis: frequens est enim dictio; *Dormiuitque cum patribus suis*; & Apostolus, *Nolumus vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contristemini.*

Ioan. 11.

1. Thes. 4.

19 De negligentiæ somno, negligenter, & somniculose hunc locũ intelligi. *Caiet.*

Propterea ridiculum est quod quidam non de mortis, sed de negligentiæ somno præsentem locum intelligunt: nam ante diem iudicij omnes inuenientur mortui: nullus etiam priuatum iudicium subibit nisi post mortem. Et cũ asseratur: *Dormitauerunt omnes, & dormierunt*, prudentes negligentiæ somno dormire non potuerunt. Possunt etiam dormitantes distingui à dormientibus: vt prudentes dicantur dormitasse, eo quod mortem ad tempus tantum sustineant, cum spe certa quod suscitãdi sint sua die, fatuæ autẽ dormire, quod nullã spem ad resurrectionem vitæ habeant. Vel potius dormitant reprobi, quia sine quiete conscientiæ hinc discedunt, dormiunt verò boni quietè perfruentes pace conscientiæ. Vnde vnus ex his dicebat: *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.*

Qui dormitent etiam.

vi dormiant.

Tertius sensus.

Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Media nocte dicitur sponsus venturus, cum videlicet tenebræ perueniunt ad summũ, vt tempore Antichristi. Et sic de aduentu ad iudicium media nocte ad literam, erit iudicium vniuersale (vt hoc loco ex traditione Iudæorum docet Hieronymus) quemadmodum dum Angelus percussit AEgyptum, media nocte venit: *Vnde reor*, inquit, *& traditionem Apostolicam permansisse, vt in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi.* Augustinus vero, Media nocte, exponit; id est, nemine sciente, quia mors nescitur, quando sit ventura.

Media nocte vt factus clamor.

Hieron. in Matt. c. 25. tom. 9. Exod. 12.

Apostolica traditio quędam.

Alter sensus Augustini.

Et fortassis veniet in medijs noctis delicijs, siue tempore inopinato, & minimè expectato, vt hic exponit Theophylactus, & confirmat Apostolus. 1. Thes. 5. *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.* Clamor dicitur factus per vocem Archangeli Michaëlis aientis: *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Erit etiam clamor signorum præcedentium, nempe commutatio cœlorum, Solis, Lunæ, stellarum, quæ persuadebunt instare diem Domini. Et ita surgent omnes virgines illæ: quia communis erit omnium resurrectio, & vehemens Dei pulsatio omnes permouere potest. *Et ornauerunt lampades suas.* Ad iudicium resurgendo & organa corporea resumendo, & ante mortem opera iustitiæ præparando, vt Domino placeant. Fatuæ autem ornauerunt, id est, placere sponso, præ metu saltem gehennæ, anxie desiderarunt. Lampades, sunt corpora, vt exponit Hilarius. Oleum, sunt bona opera. Ornare lampades est vnire animas corporibus: quod etiam erit in dãnatis: quorum corpora etsi sint tetra, obscura, & deformia, habent ornamentum naturale: nam animata sunt anima ratione prædita, tamen agnoscunt lampades oleo bonorum operum destitutas.

August. in prædicto testimonio.

Per quẽ fiat hic clamor, idem rursus qualis. *Matth. 24.*

Virgines prudentes quomodo lampades suas adornauerint, & quales. *Hilar. can. 27. in Matt.*

Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. In iudicio damnati non petunt oleum, cum sciant id non iuuare: sed vt nos hoc sciamus, hic ponitur. Præterea hoc loco vt tempestiuè prospiciamus nobis, ne deinde frustra mendicemus. Ante mortem quoque qui à charitate destituitur, & vocantem non vult audire, stultè petit ab alijs iuuari: at qui charitatem habet, & vocanti respondere vult, temere flagitaret, si per alienos actus se gloriã promereri posse existimaret: secus si pro satisfactione pœnæ temporalis, aut pro liberatione à periculis, aut impetratione doni, vel gratiæ, quæ vnus alteri promereri potest, aut impetrare: sicuti viuenti statim morituro prodest, vt conuertatur, cumque maiori gratia resurgat. Porrò extinguuntur lampades eorum, qui vel

20 Virgines fatuæ à prudẽtibus oleum vt postulant?

Quid vnus alteri promereri possit.

Quorũ lãpades extinguuntur.

vel bene non sunt operati, vel non perstiterunt in bono: quorum in conscientia opera bona sunt nulla. Ac fatuè videntur petere hæc, eo quod non potest in alterum transferri vt sint opera illorum merito vel satisfactione digna: sentient ergo tum demum lumen ipsorum, quo hic lucere per fidem & opera cœperunt extingui, & deficere, & quod frustra ab alijs opem, & subuentionem desiderabunt. *Respondentes prudentes, dicentes, Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis; ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Ironia est, & derisionem sonans: quia etsi viri probi dum viuunt, moriturisconsilium dent, vt peccata eleemosynis redimant, & faciant sibi amicos de mammona iniquitatis; illo tamẽ tempore non est locus mercimonijs. Quisque enim onus suum portabit, & cuique vix sufficient opera bona suæ: *Nam iustus vix saluatur, impius & peccator vbi parebunt?* Non enim erit vltra Sanctorum communicatio, vt quod deest vni, ab altero suppleatur, præsertim cum de summa rerum agatur; neque enim suppleri potest ei quicquam, qui nihil habet. Et bene additur particula illa, *Ne fortè*; ad innuendam libertatem Diuinæ voluntatis, quæ si vellet, opera vnius in iudicio pro alio, acceptare posset: secundum tamen communem iustitiæ cursum non facit. Quod vero Hilarius in Matthæum scribit: *Responderunt non posse se dare, quia non sit fortè quod omnibus satis sit: alienis scilicet operibus, ac meritis neminem adiuuandum, quia vnicuique lampadi suæ emere oleum sit necesse*: Hæretici nostri seculi, & præsertim Bodius, hanc sententiam detorquent, & Catholicis obijciunt, negantes preces, & auxilia Sãctorum ijs valere, qui eos implorant. Sed non animaduerterunt, Hilariũ loqui nõ de viuentibus, sed de his, qui cum in hac vita salutem suã neglexissent, post mortẽ ad Sanctos confugiunt, quando nulla est, aut subuentionis, aut pœnitẽtiæ, aut meriti facultas.

In quem sensum virgines prudentes stultis persuaserint oleum vt emerent.

Luc. 16.

Gal. 6.

Expenditur id, Ne forte nos fallat, &c.

Hilar. can. 27. in Matt.

Quibus ad Sanctos confugientibus, eorum preces, & merita nihil prodesse dixit Hilarius.

Bodius hæreticus.

21 *Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.* Exprimit affectum virginum fatuarum: quæ etsi potuissent ire ante mortem, satius fuisset cum eleemosynis pergere ad pauperes, & ab eis oleum redimere, vt exponit Theophylactus, post mortem tamen non licet. Vel doctores & Confessores sunt illi qui vendunt oleum, neque gratis donare possunt: nam quasi vendere est exigere veram pœnitentiam pro pretio olei. Et ita pars hæc applicari non debet, quia post mortem neque est ire, neque emere, neque redire: sed hæc dicuntur, vt dum viuimus, hæc fiant, quia postea non erit locus. Et vt anxium eorum desiderium hæc optantium designet, additur, eas quæ paratæ erant, intrasse cum sponso ad nuptias. Paratæ, quæ lampadem fidei seu potius vas plenum oleo bonorum operum, perpetuò alunt, ac sustinent. Dicũtur autem paratæ, quarum studium fuit se semper parare, vt placerent Domino. Accedunt ergo virgines tanquam sponsa parata speculo fidei, galero spei, cingulo castitatis, tunica charitatis, corona humilitatis, in auribus obedientiæ, annulis bonorum operum, & pallio patiẽtiæ. *Et clausa est ianua.* Nempe misericordiæ ad parcendum, & gratiæ ad promerendum, & gloriæ ad intrandum. Clauditur autem non dum viuimus, vt existimat Caietanus: quia nulli ex corde redeunti, hîc misericordia denegatur: & lachrymis, & precibus pœnitentiã aperitur, quia dixit, *Eum qui venit ad me, nõ eijciam foras*: sed tantum in iudicio omnibus, & in morte cuique, quia post hãc vitam nulli est fructuosa pœnitẽtia, aut precatio.

Paratæ virgines quæ, & quomodo separauerint.

Ianua cur clauta.

Caiet.

Ianua regni cœlestis quibus aperta. *Ioan. 6.*

22 *Nouissime verò veniunt & reliqua virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait, Amen dico vobis, Nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem, neque horam.* Quod ad corticem parabolæ attinet, veniunt reliquæ virgines cum oleo: quantum ad sensum principalem verò, veniunt sine oleo. Si enim post iudicium possent damnati habere charitatem, quæ est oleum, proculdubio seruarentur, sed est pœnitentia infructuosa, & charitas mercenaria, & timore pœnæ empta in platea. Neque

Quando clauditur hæc ianua.

Qualis virginum fatuarũ sine oleo ad sponsum aduentus.

Cur illæ bis dicentes Domine, Domine, excludũtur ab sponso.

Neque satis est dicere bis, *Domine, Domine*, sed ter: quia nõ tantum opere externo, & professione vocis, sed & corde per fidem viuam, quæ opus externum, & confessionem laudabilem faciat, iterandum est, *Aperi nobis*. Fruſtra enim quærunt beatitudinem, cuius merita non adferunt. Hic autem reditus fatuarum virginum significat ardentem, & naturalem appetitionem beatitudinis: sed sine ordine iustitiæ, quia appetunt illam affectu commodi proprij. Et quanquam sciant desiderium illud impleri non posse; non minus tamen illam desiderabunt, quia Deus illam appetitionem in pœnam, & tormentum damnatorum conseruat, grauiter enim cruciat desiderium anxium, quod non impletur. Quod eleganter Poetæ in Tantali fabuloso supplicio expressserunt. Cum enim ardentissima siti crucietur, & in medijs aquis collocatus sit, aquis tamen expleri nequit fugacibus: vnde illud:

Quid reditus virginum fatuarum ad sponsum significet.

Horat. lib. 1. Saty. 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat.
Flumina.

Verum illis virginibus redeũtibus respondet sponsus.

23 Fatuas virgines Deus quomodò nesciat, omnia sciens. *Heb. 4. 1. Cor. 8. 2. Tim. 2. Ioan. 10. Matth. 7. Psalm. 6. 1. Cor. 14.*

Amen dico vobis, Nescio vos. Cum sponsus sit Christus, cuius oculis omnia sunt nuda & aperta, illum dicitur cognoscere, quem probat: illum ignorare, quem reprobat. Vnde de bonis dicitur: *Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo*; &, *Cognouit Dominus qui sunt eius*: & rursus, *Ego sum Pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ*. De malis, & fatuis scriptum est: *Nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem*: & iterum: *Si quis ignorat, ignorabitur*. Et vt plurimum verbum sciendi, & nesciendi, vel cognoscendi, & ignorandi, cum Deo in scripturis tribuitur, de personis probationem ferè, aut reprobationem, amorem vel odiũ Dei; non nudam cognitionem, vel ignorationem significat. Nescio ergo vos tanquam discipulos meos, quia signo charitatis, quo discipuli mei à cæteris distinguuntur, caretis, nec agnosco vos vt filios, qui similitudine parentis destituti

Quo ferè sensu scripturæ sciendi, vel nesciẽdi, cognoscendi, vel non cognoscendi Deo affectũ accõmodẽt. *Ioan. 13.*

estis: nec vt milites, quia armis victoriæ hostium priuati estis, nec vt sponsas legitimas, quia mihi fidem non seruastis, nec lampades detulistis accensas, nec misericordiam in proximum fecistis. *Qui enim obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit & ipse, & non exaudietur*. Et concludens ait:

Prou. 21.

24 Vigilet quis.

Vigilate itaque quia nescitis diem, neque horam. Vigilat qui in excubijs est, ne eũ mors imparatum inueniat. Vigilat quoque qui in futurum de oleo charitatis, & misericordiæ sibi prospicit, quique sobrietati, & orationibus vacat. Et quémadmodum nauis onerata, accinctaq; ad iter, nec aliud quam secundum ventum expectans, vt è portu soluat, cuius aduẽtus hora ignota est, ac proinde qui in ea est nauigaturus, vigilans, & solicitus esse debet: ita nos, cum in singulos dies & horas nobis ex hac vita soluendum sit, decet vt per omnia præparati, & accincti simus. Nam, vt ait Gregor. Magnus: *Qui pœnitenti veniam spopondit peccanti diem crastinum non promisit*. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus præuidere.

Qui in cœlestẽ portũ bonorũ operum nauigio contẽdunt quales esse debeant.

Greg. Magn. hom. 12. in Euangel.

Semper cur nobis extrema dies metuenda.

25

Dicet aliquis; Si hæc parabola de his qui proximi sunt iudicio, intelligenda est, & de his quæ in iudicio fient, quid igitur ad nos? Respondet Dominus: *Vigilate*, nescitis enim an vos futuri sitis illi, quos extrema mundi dies reperiet. Et quia quæ in die iudicij contingunt, similia ijs sunt, quæ in cuiusuis morte accidere solent, nam & ibi lampades impiorum, quæ nunc splendere videntur in oculis hominũ, ante iudicis oculos obscurabuntur, & extinguentur, quia sine oleo charitatis erit etiam ibi recursus impiorum ad reliquos pios petentium ab eis, vt pro ipsis deprecentur venientem Sponsum: quos illi non audient. Erit & festinatio ad vendentes oleum, & reditus ad Sponsum, dicentium, *Domine, Domine aperi nobis*: quo significatur sitis illa ardentissima beatitudinis, quæ nunquam explebitur. Propterea præsens parabola maximè etiam ad nos spectat: nam quod in vniuersum

Quid ad nos hæc parabola ab die iudicij remotissimos?

Ad bonis semper operibus incumbendum exhortatio.

uersum omnibus in iudicio eueniet, idẽ & in cuiusuis morte continget.

26

Oleum igitur tẽpestiuè præparemus, & bonorum operum studium nunquã deseramus, atque in ipsa virginitate, cæterisque heroicis virtutibus nihil nostrum, sed tantùm quę Christi sunt, spectemus: misericordiam ad proximum cum fide coniungamus. Propterea enim in Baptismo, oleo, siue chrismate inungimur, non tantùm in pectore, vt fratrem propter Christum amemus, & in scapulis, vt eius onera feramus; sed etiam in vertice, vt quæ proximi sunt, ex nobis ipsis intelligamus. *Beatus enim, qui intelligit super egenum & pauperem*. Denique dum extremè laboramus, vnctio per Sacerdotes adhibetur, non solùm vt peccatorum reliquiæ remittantur, sed vt etiam ad extremos agones, & luctam cum morte corroboremur, & memores reddamur de oleo coram Christo portando. Nam fortassis ob hanc causſam moriẽtiũ manibus candelam admouemus, vt tanquã sponsæ cum lampade accensa Domino occurrant, & tanquam serui habentes lucernas ardentes in manibus suis aduentum expectent, quãdo reuertatur à nuptijs Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre simul, ac Spiritu sancto perpetuò viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

In baptismo, cur oleo siue chrismate etiam vngi soleamus in vertice. *Eccl. 31. Psal. 40.* Vngi à Sacerdotibus cur soleant extremè laborãtes

Iacob 5. Moribundi candelã cur manibus teneant. *Luc. 12.*

TRACTATVS XXXIX.

In parabolam Talentorum; cuius tantùm meminit B. Matthæus cap. 25.

1

SICVT enim homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.

Præcedenti parabolæ hæc immediatè subiuncta est. Cùm enim in illa de decem virginibus conclusisset Dominus: *Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam*, statim cum cõiunctione subiunxit cau-

Quid doceat in hac parabola.

sali, *Sicut enim homo peregrè proficiscens*, &c. volens præsenti parabola modum exigendæ rationis in iudicio, & quomodò ibi cum otiosis agetur, & quàm vanę sint hominum excusationes, quod Dei gratia, vel talentis sint destituti, describere; & quanto præmio afficiendi sint serui Dei talenta sibi diuinitus tributa multiplicando; quantoq; supplicio puniendi sint serui ingrati, & otio dediti. Chrysostomus autem super Genesim, & Clemens Alexandrinus libr. Stromatum, insinuare videntur, hanc parabolã de Doctoribus maximè quibus credita sunt talenta, id est, diuina, & casta eloquia, quæ sunt vt argentum igne examinatum, esse accipiendam: cæterùm non excusari alios auditores, & inferiores, à quibus vt nummularijs Deus exigeret non solùm talentum, sed vsuram, hoc est, augmentum, & fructum verborum diuinorum. Et quanquam dare ad vsuram, in temporalibus, peccatum sit, & quidem grauè, adeò vt Ethnicus quidam, teste Cicerone, fœnus homicidio æquiparet: in spiritualibus tamen licitum est, & gratum Deo officium: imò quo plures vsuras quis nouit exigere, vel alter soluere, eo sanctior est, & remuneratur copiosiùs. Debent igitur tales seruare talenta cõmissa in seipsis fructificando, & in fratribus, ad viam bonam illos adducendo. Atque hic sensus Chrysostomi, quẽ sequuntur Euthymius & Theophylactus, tanto magis mihi probatur; quanto Ecclesia, quæ fida est Diuinorũ verborum interpres, hanc parabolam in solennitatibus Sanctorum Confessorũ, atque illustrium Doctorum legere consueuit. Et hæc de scopo.

Alter sensus *Chrysosto. hom. 41. in Genesim, prope initium, tom. 1. Clem. Alexand. lib. 1. Strom. Psal. 11.*

Vsura vbi non tantùm licita, sed bona etiam, atque laudabilis. *Cice. lib. 3. de offic. M. Catonis de vsura iudicium.* Christi talẽta quo pacto multiplicanda. *Euthym. c. 60. in Matthæum. Theophyl.*

2

Circa similitudinem primò statuendum, hanc parabolam differre ab illa minarum, quæ habetur apud Lucã, vt ex multis differentijs docet Chrysostomus: quia illa dicta est ante diem oliuę, hæc post: illa, ad ostendendum punitionem Iudæorum rebelliũ, hęc autem ad monstrandum modum Diuini iudicij. Et ne videar actum agere, non laborabo in re hac iudicanda, quã fuse in præcedicta alia parabola fumus persecuti.

Huius parabolæ talentorum ab illa minarum duplex differentia assignatur. *Luc. 19. Chrysosto. hom. 79. in Matthæum tom. 2.*

3 Ab hac etiã parabola illã boni, & mali dispensatoris à B Matth. c 24. descriptam longè differre.

Deinde hæc parabola distincta est ab illa, quæ habetur Matth. 24. vbi seruus vnus præest toti familiç, & super omnia bona sua à domino constituitur: & alter dissipans bona, percutiens seruos & ancillas, diuiditur, parsque eius ponitur cum hypocritis: quia hæc illi addita est ab eodem Matthæo; vt intelligamus, iudicium exterius non tantùm ad eos, qui bona Domini dissipant, sed ad eos etiam qui non lucrãtur, siue causa sunt minoris lucri, pertinere.

4 Talenti Attici & Hebręi differentia: & quo de illorum altero sit sermo.

Tertiò constituendum, talentum Atticum monetam esse, siue pondus auri, vel argenti rudis, valens minas sexaginta, hoc est, aureos monetæ ducatos sexcentos, Sed hoc loco loquitur de talento Hebraico, quod Hebræis dicitur Cichar. Eratque pondus centũ minarum, sicut & talentum AEgyneticum. Quòd ostendit Iosephus lib. Antiquit. cum pondus aurei candelabri dicit fuisse centum minarum: *Hoc pondus*, inquit, *Hebræi Cincharas, Græci Talentũ sua lingua nominant*. Sic ille. Vbi Græcè Iosephus ait κίλιχαρες, quod respondet verbo Hebraico Cichar. Illud aduerte, verbum illud Iosephi Græcũ respondere ponderi, quod Itali vocãt Cãtaro, id est, pondus 270. circiter librarũ, quę alicubi rotuli appellantur: de qua re loco alio locuti sumus. Fingitur hic paterfamilias proficisci peregrè ad lucrũ maius negotiatione comparandũ: & seruis suis prius reliquisse bona sua, non quidem omnia, sed partem eorũ, de quibus lucrum poscebat, reliqua verò filio, vel amico dimisit, etsi taceatur, quòd non esset ad rem. Finguntur lucrum comparasse emẽdo possessiones, vineas, campos, vel negotiando, vel etiam ad mensam pecuniam dando.

Ioseph. lib. 3. Antiqui. cap. 10.

Cichar Hebræis quid teste Iosepho.

Sensus historicus huius parabolæ.

Lucrum minus tutum ferè quod.

Quanquã hic tertius modus soleat esse periculosior hominum vitio, & rei ipsius difficultate: quia sępe quod illicitũ est, honesti speciem habet. Malus autem seruus, quia ad Dominum minus bene erat affectus, & quia otiũ amabat, noluit negotiari, ne videlicet negotiando perderet: vnde casu, vel timore abscondit talentum. Post multum tempus dominus reuertitur, bonos diu fideles, & malos diu pigros ostendens. Posuit autem rationẽ cum seruis de sorte accepta, & lucro, siue dispendio: hinc libri mercatorum ratiocinia continentes. Bonoque seruo dixit: *Euge serue bone, & fidelis*: quod ob lucrum, & fauorem dicitur serui, cui laus in parte mercedis datur. Et dicitur bonus, quia affectus ad dominum, atque illi morem gerẽs. Ait verò, *Super pauca fuisti fidelis*, respectu scilicet facultatis domini, & tibi, & tuæ industriç committendorum. *Intra in gaudium domini tui*. Vt sis particeps fructuũ domini, quia fortè domi conuiuiũ ob aduentum seruorum celebrabat. *Accessit malus seruus, dicens. Domine scio quia homo durus es: metis vbi non seminasti*, &c. Quod per exaggerationem intelligẽdum est; id est, Rapis aliena. Et subdit: *Et timens abij, & abscondi talentum tuum in terra*. Nonnulla erat legitimę excusationis species, sed minimè sufficiens. Quem Dominus redarguit, dicens, *Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs*. Significat; Si non audebas aliter negotiari, debebas saltem ad mensam ponere. Non tamen Dominus ad id illum restrinxerat, quia non esset industria illorũ, nec propterea laudarentur: ideò non sunt vsi hac secura negotiationis specie. Nam id dominus facere potuisset per seipsum: nummularij enim dedissent vsurã propter mutuum, vel vsuram leuiorem solerent, vt alijs grauiores possent imponere: cum his autem negotiari, nullum periculum immineret seruo, nullaque ferè industria, ac solicitudo fuisset, nisi solum in recuperando. Et id dominus volebat facere, cùm ait: *Veniens ego, recepissem vtique quod meum est, cũ vsura*. Nummularijs autem maior labor imminet, quia cum multis agunt. Etsi autem dare pecuniam suam ad vsuram, minimè licitum sit: tamen loquitur secundum illud tempus, quo vsura cũ extraneis habebatur licita: & ob id quia licito lucro nõ studuit, damnatur. Et loquitur secũdùm existimationem ipsius serui, id est: Quia tu existimabas quòd meterem

Bonus seruus quis.

Intrare in gaudium domini sui, quid ad literam.

Quorsum id: Sciebas quia meto vbi nõ semino, & cõgrego vbi nõ sparsi.

Quis usus cum tuta, & licita negotiatio.

Quibus olim fœnerari cõcessum. *Deut. 23.*

meterem vbi non seminabam, debebas consequenter existimare, quod lucrum vsuræ acciperem. Et hoc quadrat contextui ex ore proprio seruum condemnanti. Et hæc sufficiant de cortice literæ.

5 Homo peregrè proficiscens quis ille. *Act. 1.*

Circa sensum præcipuè intentum, homo iste in primis Christus Dominus est, qui ascendens in cœlum, peregrè profectus est, sed ita, vt se reuersurum prædixerit, attestantibus Angelis in ipsius Domini ascensione, & dicentibus, *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum*. Pulchrè autem dicitur peregrè profectus: quia, vt Gregorius ait, *Carnis locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cœlo collocatur*. Sinit etiam nos liberè operari ac si abesset; cum tamen præsens, & intimus nobis sit. Longanimis etiam est, neque statim rationem commissi talenti exigit, sed ad tempus expectat. Peregrè etiam proficiscitur, vt exponit Chrysostomus, propter charitatem Christi ad fideles, à quibus non aliter diuellitur, quam sponsus ab amantissima coniuge, & à dilectis filijs, à quibus ad tempus abesse cogitur. Denique facit nos Christus per fidem ambulando peregrinari ab ipso, vt non tantum ipse à nobis, sed nos ab ipso peregrinemur. Oratio ista: *Sicut enim homo peregrè proficiscens*, incompleta est, & perficienda est hoc modo: *Simile est regnum cœlorum, sicut homo peregrè proficiscens*, vel alio consimili modo.

Homo peregrè proficiscens quis ille. Act. 1.

Quomodò peregrinetur *Gregor. ho. 9. in Euang. initio, to. 2.*

Carnis locus proprius. *Act. 17.*

Quam longanimis sit Christus, & quare peregrinetur. *Chrysosto. homil. 79. in Matthæ. tom. 2.*

Profusus eius dẽ in nos amor. *2. Cor. 5.*

6 *Matth. 11.* Quos vocet ad spiritalem animarũ negotiationem Dominus. *Ephes. 4. & 1. Cor. 12.*

Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Omnes quidem fideles tanquam seruos vocat Dominus ad salutem, & gratiam, quibus ait; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*; paucos autem ad negotiationem in cura animarum gerendã accire solet, vt Episcopos, Sacerdotes Diaconos, Doctores, & Pastores: & tamen multi non vocati, à se ipsis veniũt. Et quanquam Deus omnibus etiam qui se ipsos ingerunt, conferat potestatem Episcopatus, siue Sacerdotij, siue munus docendi, & pascendi: à se tamen electis, & non nisi suo Spiritu ad munus Euangelicum euocatis, prćter illam potestatem, gratiam conferre solet, vt idoneè, & cum fructu animarum munere defungi queant: ita vt dicere valeant cũ Apostolo, *Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum*, &c. Et in alio loco; *Qui & idoneos nos fecit ministros Noui Testamenti*.

Rom. 1. 2. Cor. 3.

7 Cur alij plura, alij pauciora à Domino talenta percipiãt.

Distribuit autem bona sua, ita vt vni daret quinque talenta, alij duo, alij verò vnum: vnicuique alij plus, alij minus, secundum propriam virtutem, & virium facultatem, id est, suam industriã, prudentiam, fidem, & diligentiam, prout videbat ab vnoquoque posse fideliter administrari. Diuisit igitur Dominus inæqualiter etiam ipsis Apostolis, tum ob pulchritudinem Ecclesiæ, quæ ex varijs gradibus resultat; tum ob capacitatem maiorem, vel minorem: & vnumquemque Deus pro sua mensura implet. Varietas autem in tres distinguitur gradus, & in parabola decem minarum, & in ista: quia omnes boni sunt plus, vel minus recipientes, vel mali omittentes. Omissio autem vt talis est, nõ recipit magis, & minus, cum sit priuatio: ideò vnus malus tantum punitur seruus, & duo boni renũtiantur. Et quãquam hos numeros varijs modis Patres interpretentur, nempè quinque, duo, vnum, & quidam eos referant ad quinq; libros Moysi, vel ad quinque sensus hominis, vel ad quinque Christi vulnera, & alijs modis, possumus tamen breuius dicere, quæ in Ecclesia exercentur ad meritum, quinque esse bona. Primum, bonum naturæ, & ingenium, & ratio. Secundum, bonum gratiæ. Tertiũ, bonum scientiæ, ad docendum. Quartum, bonum commissæ potestatis, ad gubernandum. Quintum opulentiæ, & diuitiarum, ad vtiliter dispensandum. Hæc autem quinq; dantur omnibus pastoribus, quos Deus per seruos suos legitimè vocat. Duo verò talenta, sunt naturæ, & gratiæ bona; vnum vero talẽtum, naturæ est: quod omnibus datur, de

Luc. 19.

De quinque talentis variæ Patrum sententiæ.

Quæ in Ecclesia ad meritum exercentur bona sunt quinq;.

Quid duo talenta, quid vnum.

Quibus in lib. 1. Paralipomenon mysticè agitur: ibi enim mentio fit talenti, auri, argenti, æris, & ferri, & apud Zachariam plumbi. Possumus autem hæc talenta aptè accommodare, ita vt talentum auri, sit gratia animã ditans: argenti, scientia Scripturæ, quæ sonorè est prædicanda: ferri, quod omnia domat, potestatis est coercentis: æris apti ex se in alia conuerti, naturæ bonũ est, quæ alijs applicatur: plumbi, quod grauissimũ & vile est pondus, diuitiarum opulentiam designat.

1. *Para. vlt. Zachar. 5.* Quid etiam auri, argentique talentũ, ferri quoque, æris ac plũbi significent.

Hieronymus verò, quem sequitur Gregorius, per quinque talenta intelligit bonum rationis vsum in quinq; sensibus: duo talenta, intellectum, & operationem: vnum verò, intellectũ. Porrò alij breuiter, & simpliciter dicunt quinque talenta accepisse Christianum, qui nouit Christum pro se in cruce quinque plagis vulneratum: duo verò talenta, Iudæum, qui præter rationem legem Moysi acceperat: vnum verò talentum, Gentilem. Et ita parabola comprehenderet vniuersos homines in legibus diuersis. Alij vero non sunt soliciti in hisce numeris extricandis: sed in his tribus numeris signari perfectos, proficientes, atque incipientes: & alios plus, alios minus, pro Diuinæ bonitatis dispositione, accepisse. Et subdit: *Vnicuiq; secũdum propriam virtutem.* Id est, secũdum capacitatem seu captum naturæ, vel fidei, vel humilitatis, quæ vas est ad omnia Dei dona recipienda disponens. Hanc tamen dispositionem ab ipso habent, à quo & talenta. Nulli præterea talentum dedit, cui vires non dederit ad eius talenti vsum. Nam vt naturæ prouidentia hæc est, si cui dat formam, det quoque ea instrumenta, & adiumenta, quibus forma suas functiones exequatur: similis est Dei prouidentia, nam dat talentum, & vires ad talenti vsum.

8 *Hieronym. tom. 9. B. Gregor. hom. 12. in Euag. to. 2.*

Illud: Vnicuiq; secundum propriã virtutem, explicatur.

Naturæ, Deique prouidẽtia, ea quibus imitanda potissimum.

Qua in re docuit nos, vt cum locum Dei sustinemus, Diuina dona alijs communicemus, non quidem æqualiter, sed singulis pro captu suo. Vnde Paulus Corinthijs non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: *Tanquã parvulis in Christo lac potum dedit, non escam. Nondum enim poteratis, inquit, sed nec nunc quidem potestis.* Et vt qui docẽt, debent dare vnicuique doctrinam fidei, sicut ille capax est: ita & qui docentur, non debent pati maiora sibi dici quam ipsi capiant. Vnde Hieronymus in hæc verba ait: *Non super largitate, aut parcitate alteri plus, alteri minus tribuẽs, sed pro accipientium viribus, quomodo & Apostolus eos qui solidum cibum capere non poterant lacte potasse se dicit.* Hæc ille. Similiter & qui docentur, admonentur non quærere altiora se, iuxta illud Petri: *Quasi modo geniti infantes, lac concupiscite*, id est, Non petatis ardua in fide, quæ sunt solidus cibus; sed parua, quæ sunt, vt lac, id est cibus tener; & sit illud lac tantum, quantum secundum rationem capitur à vobis. Sed quo hæc plenius intelligantur, constituo primũ, animam, quantum ad essentiam suam, æqualem esse in omnibus hominibus; quantum autem ad gradum perfectum essentiæ, non esse equalem in omnibus. Etenim cum anima creatura quædam sit, hoc ipso finitum, & limitatum esse habere oportet. Caret autem terminis per se, vel ex natura sua, quia esset hypostasis per se subsistens, vt Angelus: ergo ex corpore, cui vnitur, terminos habet. Et in ipsa quidem vnione, & non ante, quia non posset vniri deinceps, vt forma semel terminata: neque etiã post, quia nullos haberet terminos, quia in se anima nihil per successionem acquirit, sicut corpus. Dispositio igitur corporis ad animam humanam requisita caussa est, quod anima perfectior sit, vel imperfectior, hoc est, vt summa sit, vel media, vel infima in specie humana.

1. *Cor. 3.*

Eccli. 3. 1. *Pet. 2.*

Anima rationis particeps quatenus æqualis sit in omnibus hominibus, quatenus verò inæqualis.

Gradus animæ humanę.

9 De quibus Dei donis nullã sumus reddituri rationem.

Primum igitur donum ex his, quæ simul cum esse dantur, corporis est dispositio: quæ quia primum donum est, non dat illam Deus secundum capacitatem, quia ante hoc nihil erat disponens. Et de hoc nulla exigitur ratio, quia non est ad lucrum comparandum accommodatum, hoc est, immediatè agens, sed donat illud Deus, prout vult dare animam, atque ad illum finem ordinat

dinat cœlum, semen, & reliqua omnia. Secundum autẽ captum corporis, hoc est, eius dispositionem, datur secundo animæ terminatio, per quam est hoc, vel illo modo perfecta, vt exigit talis dispositio, non autem minus, neque magis. Non minus, quia Deus non est auarus in dando: nec magis, quia non potest corpus plus capere. Hinc necessario captus animæ sequitur capacitatem corporis. Atque hæc est Episcopi Abulen. sententia in hunc locum: quem secutus videtur Caietanus in prima part. q. 85. art. 7. & B. Thomam eodem loco ita interpretatur, & cæcos vocat eos, qui aliter Thomam interpretãtur. Producit quoque rursus Thomam in 2. senten. distin. 32. quæst. 2. art. vlt. De hoc autem secundo dono, quia non immediatè agit, nempè tale esse animæ, sed per facultates suas, quas potentias Theologi vocant, reddenda est nulla ratio: etsi debeamus tam de hoc, quam de priori dono, quod eius radix existit, gratias immensas Deo agere. Tertium donum consequens corporis dispositionem, sanitas est, sine qua imperfectæ operationes sunt, item robur, quod directè iuuat ad actiones præstandas, quemadmodum vigor sensuum, qui summè ad id conferunt; propterea de illis reddenda est ratio. Pulchritudo autem ad agendum nihil confert; agendæ tamen sunt gratiæ donatori. Atque hæc quidem ita dantur iuxta captum, vt nec minus, quia Deus non est auarus; nec plus, quia corpus amplius non capit, donentur. Externa præterea bona, vt diuitiæ, dantur quidem, sed non pro captu animæ, vel corporis, quemadmodũ regnum hypocritis datur propter peccata populi, sunt enim minima, & abiecta bona. Porrò intrinseca corpori, vel animæ postea aduenientia, dantur quidem prout tantum sunt homines capaces: sed cum ea Deus augere vult, auget capacitatem, vt cum largitur scientiam, prudentiam, virtutes, & alia dona gratis data. At gratiam primam iustificantem, & gratum hominem Deo reddentem, dat quidem pro mensura gratiæ præuenientis, & conatu animæ præsenti, & similiter augmentum gratiæ. Semper ergo dat iuxta capacitatem præsentem: quia non est auarus: sed cum plus dare decreuit, magis facit capacem. De quibus Apostolus: *Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum*, &c. *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.*

Abulens. q. 133. in Matthæ. c. 25.

Iob. 34.

Gratiam gratum efficiẽtẽ Deus homini quatenus det.

1. *Cor. 12.* Si vnicuique datum est Deus secundũ proprium virtutẽ, quomodo igitur dicitur Spiritus diuidere singulis prout vult.

Quod verbum minimè pugnat cum eo, Vnicuique secundum propriam virtutem: quia, vt diximus, cum cuiquam aliquod donum dare disponit, prius donat pro voluntate sua capacitatem seu dispositionem, siue meritũ, ad id quod dare vult, idoneè præparans. Ita etiam intelligendum est illud Apostoli: *Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*: id est, non iuxta dignitatem nostram, vel merita nostra sed pro volũtate ipsius Christi, qui volens plura dare dona, prius maiorem confert capacitatem. *Igitur* (ait Ambrosius, aut potius Prosper lib. De vocatione Gentium) *secundum propriam & naturalem possibilitatem, non autem secundum proprium meritum: quia aliud est posse operari, aliud operari: & aliud est posse habere charitatem, aliud habere charitatem: & aliud est capacem esse continentiæ, iustitiæ, sapientiæ, aliud vero esse continentem, iustum, atq; sapientem:* Hæc, inquam, Ambrosij verba non tollunt vel meritum augmenti talentorum, vel meritum vitæ æternæ bono vsu talentorum comparatum: quia hîc tantum est sermo de talentis seruis donatis, ante quæ non ponitur vllum meritum talenti, sed tantum natura, quæ in diuersis variam habet virtutem, & amplitudinem, vt explicatum est: ex acceptis autem talentis, & ipsorum vsu resultat ipsum meritum. Hæc autem dona tradit seruis suis Dominus, non tanquã dominos faciens istorum donorum, vt otientur, & glorientur in eis, sed quo dispensatores eos constituat; & negotientur, ac suo domino lucrum afferãt, & vt ea expendant in præscriptos vsus eorum, pro quibus bona illa tradita sunt. Ita ait Paulus: *Sic nos æstimet homo vt minis-*

Ephes. 4. Verbum Apostoli: Vnicuiq; nostrũ data est gratia secundum mensurã donationis Christi, quem sensum habeat.

Ambros. lib. 2. de vocat. Gen. cap. 2. tom. 2. post med. Quo sensu Prosper Aquitanus illud: Vnicuique secũdum propriã virtutem, interpretetur: secundum naturalem possibilitatẽ, non autem secundũ proprium meritum.

Seruis Dei quatenus talenta tradantur.

1. *Cor. 4.*

vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Et Petrus, *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Et profectus est statim.* Quia postquam donat munera sua, libertati nostræ, in qua nos constituit Deus vt agere possimus vel benè, vel malè, otiari, vel negotiari relinquit. Sic enim quandiu Dominus astat, serui illi velut coguntur ad opus: & plerunq; pigerrimi serui ad sudores vsque laborant; ipso autem absente, liberius agunt, neq; probatur seruorum erga dominum fides nisi absente domino. Hoc est ergo quod ait, *Profectus est statim*: sicut de vinea dixit, quod *locauit eã agricolis, & peregrè profectus est*: nam idem est sensus verbi huius in vtraque parabola.

1. Pet. 4.

Quid est quod paterfamilias traditis cuique seruorum talentis, profectus est statim.

Matth. 21.

10

Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. In his duobus forma fidelium seruorum proponitur, qui diligenter talentis ad lucrum domini vsi sunt. Dicitur autem abire, siue in sui considerationem ingrediens, & id quod acceperat, recogitans; vel abijt, qui profectum fecit, & vterque duplicauit donum quod accepit. Qui enim prudentia, aut scientia, aut gratia sermonis, aut potestate sibi commissa, aut diuitijs non tantum sibi prodest, sed & alijs, tã viris, quam fœminis sanctè operando, & rectè docendo prodesse voluit, proculdubio talenta sibi credita duplicauit. Nam in duplicato maximum mercimonij lucrum significatur. Et vt Euthymius interpretatur: *Duplicant ea quæ sibi concredita sunt, omnes qui proficiscuntur ad salutem discipulorum, facientes eos rursus præceptores aliorum.* Hæc ille. Vnde Apostolus rectè dixit: *Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erũt & alios docere.* Denotat etiã hæc duplicatio, quod ex actionibus nostris bonis Deus habitus infusos intendat: quia ad id disponunt actus, illudq; promerẽtur, licet non efficiant: habitus autẽ acquisiti etiam efficiunt, & intendunt.

Quinque, & duo talenta accipientes quos denotent.

Quemadmodum illi abeant ad multiplicandum talenta sibi commissa.

Credita sibi talenta qui duplicent.

Euthym. c. 60. in Matthæum.

2. Tim. 2.

Quid hæc talentorum duplicatio significet.

Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. In hoc forma mali & pigri serui proponitur, qui non est vsus talentis, vel in secreto ea tenendo, & negotiando, vel occupando in terrenis & mundanis ingenium. Describitur hic solus, qui vnum talentum accepit, decoxisse, quasi eorum, qui quinque, & duo talenta acceperant, nullus extiterit, qui talentis sit abusus: nam & ex illis nonnullos excidisse probabile est. Sed quia frequẽtius accidit in primis illis qui magnam charitatem habent, etiam minores gratias, quæ gratis datæ vocantur, nedum magnas, bene expendere; propterea in postremis accipientibus talentum vnũ, exemplum posuit. De illis, etiamsi absconderent quinque, vel duo talenta, mirum esse non deberet, si arguerẽmur; quod vero ille, qui vnum accepit talentum, atque eo abusus est, nullam possit iustam obtendere excusationem, illud mirabile videtur, & magnum terrorem incutit, quod si is, qui vnum talentum otiosum habens à domino lucri cupido tam seuerè est condemnatus, longè magis qui pluribus acceptis talentis nihil lucri attulerunt. Multi ergo habentes quinque talenta, saluati sunt, multi etiã suo vitio damnati: rursus multi vno talento salutem assecuti sunt, ac multi rursus, qui vnum, vel plura talenta acceperant, salutem amiserunt. Quod alia parabola isti quam simillima demonstrat: nam apud Lucam tres serui proponuntur, & singulis singulæ minæ dãtur. Et primus sua mina lucratus est alias decem. Secundus, sua mina quinque; vltimus vero suam quam acceperat absconditit in sudario. Fodit ergo in terram, vt reponeret talentum; cum terra esset effodienda vt eruderetur abstrusum talentum. In libro Iosue legimus, Achã inter spolia terræ infodisse pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum. Quod loco præsenti iuxta mysticum sensum accommodari potest. Abscondit enim vnum ex tribus talentis, vel tria simul, qui argentum eloquentiæ naturalis, & acquisitæ, vel regulam

11 Creditum sibi talentum quis abscondat in terrã.

Quorum typus ille sit.

Vt quis saluetur, multis talentis non necessario indigere.

Furtum Achan cui simile.

Iosue. 7.

Achani illius imitatores,

gulam auream iustitiæ ad dirigendos actus virtutum, quam nouit, & pallium coccineum charitatis in aliorum salutẽ exponendę, deiecto, ac timido animo in terram abdidit.

12 Magnos Dei seruos immatura morte non solere præueniri, testis est Gregorius.

B. Gregor. hom. 25. Ioan. 21.

Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Post multum temporis est dies iudicij omnibus, cuique verò in morte. Solent magni prædicatores, & verbi Dei ministri, & qui magna talẽta à Deo acceperunt, non ita matura morte præueniri, vt testatur B. Gregorius: hinc Petro dictum est: *Cum senueris, extendes manus tuas*: & Paulus se interdum senẽ appellat, & Ioannes Euangelista lõgam vitam traduxit, vt in vtraque epistola se seniorem appellet. Malorum vero, & infidelium ministrorum, quoduis tempus longum est secundum æstimationẽ nostram. Et quanquam Christus abusum cognoscat, dissimulat tamen, & dicitur venire per mortem. Quæ, sicut conuersio ad Deum, in potestate nostra non est, sed Dei: ideò ille venit ad nos, non autem nos ad illum. Ponit autem rationem, quia agit nobiscum ita, ac si ponderet rationem, vt nos remuneret; cũ tamen rationem non ponat qui nouit omnia, & nos quid futurum sit, ignoremus.

Deus ponat rationẽ nobiscum quomodo.

13 Quis dicat: Ecce alia quinque talenta superlucratus sum

Qui quinque talenta acceperat, dixit; *Ecce alia quinque superlucratus sum.* Id est, Ita pronuntianda est à iusto iudice sententia, ac si ita diceret, & sciret sibi esse dicendum. Serui autem vtiles, & fideles in bonæ conscientiæ testimonio prodibunt confidenter, procedentque obuiam Domino, & lucrum suum adferent: non quod ibi sua iactabunt merita, sed quod vniuscuiusque conscientia monstrabit quæ egerit, & quam fidelis Domino fuerit. *Opera enim illorum sequuntur illos.* Et ibi seruis fidelibus fiet bona retributio propter lucra quæ attulerint, non propter bona quæ acceperant: & vnicuique illic reddetur non secundum dona sua, sed secundum opera sua.

Apocal. 14.

Matth. 16.

14 Quod ait, *Superlucratus sum*, Græcè dicitur, Lucratus sum in eis: quod perinde est ac dicere, superlucratus sum, vt habet nostra lectio. Atque hinc collige in primis rationẽ meriti in bonis operibus sitam esse: quia propterea laudatur hic seruus, qui talenta multiplicauerat. Deinde agnosce vim liberi arbitrij in eo quod ait, superlucratus sum. Agnosce & ex alia parabola vim gratiæ Diuinæ operantis nobiscum, cum dicitur: *Domine, mna tua decem mnas acquisiuit.* Ex quibus colligitur ad boni operis meritum, nec solum liberũ arbitrium, nec solam gratiam, sed vtrumque mirificè concurrere. *Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Laudat dominus seruum bene operantem, mercedemque laborum suorum petentem: quem Hæretici nostri traducunt, & vituperant quasi vilem operarium, & mercenarium. Nam si de initio, id est, de conuersione peccatoris pœnitentiam agentis gaudium est in cœlo, quanto magis de termino? *Euge*, ait, Græcè dicitur εὖ, id est, bene, siue rectè. Estque vox applaudentis, & approbantis, quam pulchrè interpres noster vertit dicendo Euge. Seruum bonum, & fidelem agnoscet tunc Dominus: quoniam omnis qui confessus eum fuerit coram hominibus, & vsque ad mortem fidelis fuerit, hunc & ipse confitebitur coram Patre, & Angelis.

Ratio meriti vbi cõsistat.

Liberi arbitrij vis, & gratię Diuinæ.

Luc. 19.

Ad Diuinam gratiam quæ necessariò concurrant.

Qualem seruum laudet Dominus, Hęretici vituperẽt infelices.

Luc. 15.

Euge quid.

Serui præmium fidelis.

15 *Super pauca*, inquit, *fuisti fidelis*. Respectu eorum bonorum scilicet, quæ summa sunt, & in præmium gloriæ expectantur. Vel pauca talenta respectu tentationum huius vitæ, à quibus magna gratia vix defendimur, vt maiori bello etiam pauca acquirentes triumphemus: sicut Romani pauca magna hostium strage acquirentes, triumphum, & multa sine strage multorum operantes, ouatione vtebantur. Nec hoc dicitur ad vituperationem serui qui laudatur, sed ad laudationem domini supra condignum remunerãtis. Quod ait, Supra multa te constituam; hoc est, super omnia bona mea: nam minus dicit, & maius significat. Super omnia autẽ seruos fideles Christus constituet, quando

Quare in pauca fuit fidelis ille seruus.

Christus seruos fideles

eos

quando constituet super omnia. *Rom.* 8. *Apocal.* 1. *& alias infrà.*

eos iuxta verbum Apostoli, suos coheredes, & patris sui hæredes efficiet, ac iuxta sacram Apocalypsim Reges & Sacerdotes efficiet, vt regnēt super terram viuentium in secula. *Intra in gaudium domini tui.* Id est, quo ipse dominus gaudet in seipso: quia hæc summa felicitas est, lætari de gloria Dei: vel quod præstat per se ipsum, non per creaturas, vt hic facit. De eodem ergo gaudio, quo Deus gaudet, participant beati; vt propterea dicantur edere, & bibere in mensa sua. Quod vero dicitur de multiplicāte duo talenta, *Super multa te constituam*: illa multa non sunt æqualia multis promissis multiplicanti quinque nisi in hoc, quod vitata pœna, obtineretur summa gloria. Non est autem par gloria in cœlo, sicut nec æqualitas gratiæ, vel talentorum. Intrat in gaudium, tanquam in cubiculum quoddam: nam supra se habet gaudium de visione Dei: intra se, de pace conscientiæ: subtus se, de corporis glorificatione: & extra se habet gaudium de aliorum beatorum consortio. Modo autem intrat in nos gaudium, quia nos magni, & gaudium paruum: contra in cœlo, nos quidem parui, gaudium autem immensum.

Intrare in gaudium domini, quid.

Eccle. 24. *Luc.* 22.

Quinque talenta multiplicās, & qui duo multiplicauit, æque intrent in gaudiū domini, quo modo.

De quibus gaudebunt serui Dei in cœlo.

16 * *Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es: metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti. Et timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.* Hæc, secundum quosdam non possunt applicari, quia dona Dei, & talenta nequeunt furto auferri, & cū exercentur, crescunt, otio autem minuuntur. Nec est timendum ob verecūdiam paruitatis donorum: nam dona ex Deo, & non ex nobis sunt, & in parua habentibus hæc accidunt. Possunt hæc etiam dici aduersus eos, qui falso Deum insimulant, quasi impossibilia præceperit; & propterea se de negligentia excusant. Ex duritia autem domini rectè infertur timor perdendi, sed non absconsio talenti. Quæ ergo dicunt: *Scio quia homo durus es: metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti:* quibus verbis, quasi prouerbio quodā, magna rigiditas, & seueritas designatur; vel non sunt applicanda, quoniā ex opinione mali serui profecta sunt: vel etiam aliquo modo sensum habent, vt dicamus, Dominum ex peccatis quæ nō seminat, velle vsuram, & fructum pœnitentiæ, & humilitatis, & maioris post casum seruoris, & prudentiæ. Ex pœnis etiam & supplicijs, quæ ipse non seminat, quia Deus mortem non fecit, fructum exigit patientiæ, humilitatis, & precationis. Sunt & verba hæc quorundam Hæreticorum, quales olim Pelagiani extiterunt, qui opera sua bona putabant non a Deo seminante, & gratiā infundente, sed propria virtute effici, à quibus tamen operibus Deum gloriam suam, & laudem, & gratiarum actiones velle metere dicebant. Gloriæ quidem sunt, vt propter eum fiant; & gratiarum actionis, quia ope eius facta sunt. Rursus metit vbi non seminat: quia rationem exigit de fructu populi, qui ad prædicationem verbi Dei conuerti noluit.

Primus sensus huius loci: Sciebam quia homo durus es, & quæ sequuntur.

Alter.

Hæc verba: Scio quia homo durus es, metis vbi nō seminasti, &c. Domine quatenus valeant applicari.

Sapien. 1.

De operibus bonis vnde proficiscantur, falso olim quid senserint Pelagiani.

Vel si hæc Gentili applicentur, qui relictus est in vno talento luminis naturalis, dicendum esse, Deum metere fidem, vbi non seminauit verbum prædicationis, aut per te, aut per alios: & hoc est ferere, vt exponit Dominus. Quem sensum confirmat Hieronymus his verbis: *Ex eo quod malus seruus ausus est dicere, Metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, intelligimus etiam Gentilium, & Philosophorum bonam vitā recipere Dominū, & aliter habere eos qui iustè, aliter qui iniustè agant, & ad comparationem eius qui naturali legi seruiat, condemnari eos qui scriptam legem negligant.* Hæc ille.

17 Altera verborum illorum applicatio.

Hierony. in Matthæ. li. 4. tom. 9.

Rom. 2.

Quod verò subdit: *Ecce habes quod tuum est*: difficile videtur quibusdam intellectu, aut quomodo possit applicari: qui enim gratiæ abusus est talento, quomodo dicere potest, *Ecce habes quod tuū est*? Sed facilè expediemus, si memores simus, eum, qui vnum talentum accepit, significare eos, qui tantum rationē, & intellectum acceperunt: hic autē agnoscit, naturam donum esse Dei, dicendo, *Ecce habes quod tuum est*: sed nō satis est hoc,

18 Illud mali serui & pigri ad dominū suū: Ecce habes quod tuum est: quē sensum habeat.

est hoc, nisi natura vtaris bene. Idē etiā, si per talentum vnum intelligas scientiam, vel sacerdotij potestatem: quia cū hæc peccato non amittantur, possunt Deo dicere, *Ecce habes quod tuum est.*

19 Sed excusationem serui refellit Dominus, dicens: *Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepissem vtique quod meum est, cum vsura.* Hic piger seruus pigritiæ suæ prætexuit timorem domini, quo se dicit retractum ne operaretur, Ita otiosi ne pereant, plerumque prætexūt timorem Dei, allegantes quod est in vsu donorum periculum: & quòd ij, qui publicè aliquo officio occupantur, aut aliorum saluti volunt proficere, facilè in aliquod peccatum labuntur, & minora esse pericula his qui sibi ipsis solis viuunt, & dulci otio fruuntur. Deus, inquiunt, seuerus est iudex: difficile est illum, qui publicæ vtilitati intendit, non offendere: & qui in paucioribus se occupat, peccat minus. Melius est, vt in otio mihi viuam, & sim securus de mea salute, quàm si multos lucrer, & ipse fortè peream. Custodiunt isti quidem talentum, sed in terra absconditum, & lucrum non faciunt. Quoniam plerūque huiusmodi videntur vitam satis probam ducere, & quantum ad seipsos attinet, abstinent à communibus hominum cæterorum vitijs. Veruntamen his rebus Deo non satisfaciunt, cuius in vanum acceperunt gratiam, quā illis Deus non pro se tantùm, sed pro alijs contulerat. Vnde illum reprehendit: *Sciebas quia meto vbi non semino*, &c. Quia videlicet timor Dei, quem prætexunt pigri, & consideratio Diuinæ seueritatis, debebat esse potius stimulus sedulò operandi, & fideliter commissa dona expendendi, quàm cessandi ab opere. Nam vt ait Paulus, *Necessitas mihi incumbit, væ enim mihi est, si non euangelizauero.* Et ait, *Serue male, & piger.* Malus est, qui agnoscit viam, nec vult ambulare ex pigritia. *Leo est*, inquit piger, *in via, & leæna in itineribus.* Sic Salomon de pigro ait. Sicut enim ille qui

Otiosorum qualis excusatio.

1. Cor. 9.

Malus quis.

Prouer. 26.

duo talenta acceperat, imitatus est eum cui quinque data erant: sic & tu debebas æmulari illum, cui fuerant duo talenta commissa.

20 Quid est quod dominus pecuniā suam cōmittit nummularijs mandat.

Quod vult Dominus committi pecuniam suam nummularijs, qui Græcè τραπεζῖται dicuntur, & cum vsura eam accipere: non aliud significat, nisi quod vult Christus, non in vacuum gratiam suam, & dona à nobis accipi, sed in lucrum semper intendere, vt ad Dei gloriam, & proximorum vtilitatem quæ accepimus, conuertamus. Possunt etiam dici nummularij, pauperes quibus eleemosynam erogamus, vt eam cum fœnore in cœlo recipiamus: *Nam fœneratur Domino, qui miseretur pauperis.* Possunt & auditores, quibus verbū Dei proponimus, nummularij dici iuxta expositionem Chrysostomi: ita vt Deus non tantùm exigat talentum scientiæ à Doctore, sed cum fœnore & lucro auditorum. Grande ergo periculū prælato, & prædicatori, si verbum Dei non seminat: grande etiam periculum auditori, si non reddit cū vsura bonorum operum acceptum fidei verbum. Quidam per nummularios interpretantur Angelos, qui iuuant ad meliora dona, qui preces nostras ad Deū offerunt cum fœnore, vt Angelus ille, qui orationes Centurionis, & eleemosynas Deo præsentabat; & Angelus Raphael orationes Tobiæ, quas cum lachrymis fundebat.

Nummularij mystice qui.

Prou. 19.

Chrysost. hom. 29. *in Matthæum.*

Qui rursus nummularij. *Act.* 10.

Tob. 2. & 12.

21 *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores.* Quod Dominus iubet in vltionem auferri talentum à pigro, & dari fideli seruo habenti iam decem talenta, significat id, quod frequēter contingit etiam in hac vita. Nam qui acceptis gratijs bene vtitur, augeri sibi sua dona meretur, & ex inferiori gradu ad celsiorem ascendere: in alia quoque vita ex impiorum, & segnium condemnatione augebitur gloria seruorum fidelium, quod in maximum cederet gaudium beatorum. Et opera bona

Quid est quod seruo malo, & pigro auferri iubetur talentum ac dari seruo, qui decem habebat talenta.

Bona opera malorum olim irremunerata quibus profint. *Apocal.* 3.

facta in gratia Dei, quæ in reprobis remunerata non fuerunt, cedunt in vtilitatem Ecclesiæ, cuiusilli, dum bene agerent, membrum erant, & pars. Hinc scriptum est: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*, alias nō dixisset, Coronam tuam: nā eam quā quisq; suis laboribus promeretur, non est corona alterius, sed propria ipsius operantis, & promerētis. Vt enim disciplinę, & artes reproborum in vsum & vtilitatē Ecclesiæ cedunt, & sunt ab illis tanquā ab iniquis possessoribus in vsum nostrū vindicandæ: & vt bona rebellis in Regem solent fisco Regio assignari, vel per Regis priuilegiū nobili alicui fideli, & strenuè se gerenti in Regis seruitio applicari: multo magis bona opera quæ ediderunt, nec in ipsis præmio affecta sunt, debent vtilitati Ecclesiæ aliqua ratione deseruire, vt ita iustus Deus nullum opus relinquat irremuneratum.

22 Dona Dei, seu talenta, quam ob causam ab vno auferri, & dari alteri non possint.

Quia ergo talenta seu dona Dei accidentia sunt, nec sine re, cui subijciātur, esse possunt, quia per se existentiam nō habēt, nec in alio subiecto esse queunt, quia essent alia: ideò non propriè ab vno tolluntur, & dantur alteri. In iudicio etiam non est tempus fructū ferendi, vt quis crescere dicatur per talētum diuinitus tunc datum. Ergo dari dicitur, quatenus in simili re alius profecit, & dignus iudicabitur, cui plura talenta tutò fuissent commissa, cùm ea quæ habuit, diligenter exercuit. Et dicitur habens, id est, donis rectè vtens: cui dari dicitur, quia exercitium efficit, vel auget habitū suum acquisitum: infusus verò promeretur vt à Deo intendatur. Alios verò virtutum habitus non suos per modum meriti augent opera, proinde in genere dicit: *Omni habenti dabitur*: quia omni benè vtenti dono Dei, ipsum donū augetur per modū meriti. Et habēti hoc meritū datur gloria proportione quadam merito suo respōdēs. Tertull. aduersus Marcionem: *Quid dabitur? Adiectio fidei, vel intellectus, vel salus ipsa, Quid auferetur? vtiq; quod dabitur. A quo dabitur, & auferetur? Si à Creatore auferetur, ab eo dabitur.* Sic ille. Porrò qui non habet, id est, lucrū, quantū ad parabolā, quantū ad sensum verò, non habēti meritū, siue vsum bonum doni, in morte auferuntur bona, quia nihil ei prosunt. Sed Deus laudatur ex reproborum scientia, & talentis: proinde illa rapere ad se dicitur Deus. Videtur autem habere, sed non habet, quia ei non prosunt: quod perinde est, ac si non haberet. Quemadmodum de auaro dicere solemus: *Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet.*

Talentum quid habere, vel non habere, more Scripturæ.

Quemadmodum augeantur Dei dona in nobis. *Tertul. lib. 4. aduerſ. Marcio. aliquanto ante med.*

Non habenti, qua ratione talentum auferatur, & quando.

23 Qui minoribus Dei donis bene vtitur, ad maiora, & altiora ascēdere promeretur.

Ex his elicitur regula in sacra Theologia trita & peruulgata: Quòd si quis bene vtatur ijs bonis quę naturaliter habet, Deo tamen iuuante (sine quo propter corruptam naturam abuteremur omnibus) idoneum se reddit, vt ad altiora ascendat, id est, ex natura ad gratiam, & ex gratia prima & præuenientę, ad perfectiorem, & consequentem, & ex illa ad donum perseuerantiæ, & ex dono perseuerantiæ ad donum supremum æternæ glorię.

24 Inutilis seruus quis ille.

Et inutilem seruum vocat, dignumq; qui ejiciatur in tenebras exteriores, vbi est fletus, & stridor dentium, eum, qui vel per omissionem peccat tantùm. Quare spirituales viri sibi diligenter prospiciant, ne vitio omissionis, & ignauiæ, inertiæque damnentur. Nec enim satis est iuxta sententiam Spiritus sancti per os Dauidis prolatam, declinare à malo, nisi etiam bonum faciat. Hucusq; tendit scopus huius parabolæ, vt excitet à somno permultos, qui cum talētis Dei excellentibus ornati sint, præferunt tamen labori, in quo est lucrum animarum, mollem, & otiosam vitam. Atque de istiusmodi generis delictis, quæ de negligentia, inertiaq; oriūtur, intelligo verbum Prophetæ: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.* Vocat delicta, vitia, quæ per omissionem incurrit, quę magna pars hominum negligere, & nihili facere solet, quasi aut peccata non sint, aut saltē leuissima sint. Vocat etiā occulta sua, hæc nimirum peccata, quæ multorum oculos fugiunt, & absconditur. Denique aliena delicta vocat peccata, quæ nostra negligentia ab alijs à nobis non prę monitis admittuntur: vnde in ti-

Pſal. 33. & 1. *Pet.* 3.

A quibus occultis Dauid delictis orat emundari.

Pſal. 18.

Ea delicta cur occulta Propheta.

more, & tremore maximo versari debent vniuersi viri spirituales, ne fortè otium diligentes, talentum Domini abscondant in terra, quibus nihil profuturas vllas excusationes apertè docuit in hac elegantissima parabola Dominus noster Iesus Christus, cui est cum Patre gloria, simul ac Spiritu sancto, & potestas, & imperium. Amen.

TRACTATVS XL.

In parabolam pastoris, ouium, & hædorum, à Matthæo tantum descriptam cap. 25.

QVVM *autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis.* Et reliq.

1 De Pastore, ouibus, & hœdis quæ propolita sunt, parabolica esse multis ostenditur. *B. Gregor. Nazian.*

Non dubitauerim hæc quæ sequūtur, inter parabolas referre, sequutus sentētiam Gregorij Nazianzeni, qui in carmine de parabolis Matthæi Euāgelistæ, & in carmine de parabolis quatuor Euangelistarum hāc inter parabolas enumerat: ait enim priori loco:

Committit Christus seruis non æqua talenta.

Læua hœdi, dextra parte locantur oues.

Et illam interdum parabolam pastoris, ouium, & hœdorum appellari intelligo: nam etsi historica videatur nonnulla complecti, parabolicum tamen est quod ipse se sub nomine Regis & pastoris, probos, & improbos sub nomine ouium, & hœdorum designet. Illa etiā

Secunda ratio.

separatio ouium, & hœdorum, vt hi ad sinistram collocandi, illi ad dexteram sint, parabolica est. Illud item quod iusti dicent: *Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus? aut sitientem, & dedimus tibi potum,* &c. Et quod dicent iniqui: *Domine, quando te vidimus esu-*

Tertia.

rientem, aut sitientem, &c. in parabolæ similitudinem confictum videtur, vt constet nobis responsum illis datum, quemadmodum in alijs parabolis fieri solet. Denique post tres alias parabolas serui ad custodiam domus deputati, virginum prudentium, & fatuarum cū lāpadibus, seruorum cū talentis, postrema hæc pastoris, ouium, & hœdorum ponitur: quam Liranus parabolam vocat, & vt talem interpretatur.

Quarta & vltima. *Matth.* 24. *Infra* 25. *Ibidem.*

Lyran.

2 Quò tendat præsens parabola.

Quis sit autem scopus eius, non est obscurum: nam cum superioribus parabolis iudicium vniuersale omnibus impendere declarasset, atque illud quidem repentinum, & inopinatum, ita hac parabola quasi hypotyposi quadam viuam quandam iudicij futuri speciem & imaginē sub aspectum nostrū subijcit. Et vt ex virginibus quædam receptæ sunt ad nuptias, quædam expulsæ: & ex seruis negotiantibus talenta, quidā laudantur, & super multa constituuntur, quidam verò vituperantur, & in tenebras exteriores detruduntur: ita in hac parabola oues, id est, misericordiæ operibus vacantes, ad regni possessionem admittuntur; hœdi verò, id est, illis destituti, ad supplicium æternum adiudicantur.

3 In seruo petcutiente conseruos suos & ancillas quinam adē brentur.

Diligenter etiam aduerte, primam illam parabolam de seruo custodiæ domus deputato, qui dicebat: *Moram facit dominus meus venire: & cœpit percutere conseruos suos, & ancillas,* illos nobis repræsentare, qui per commissionem delinquunt, & per flagitia Deo, aut proximis sunt iniurij: reliquas vero tres, quæ ordine se inuicem consequuntur parabolas, & in hoc 25. ca. Matth. continentur, eo omnes tendere, vt peccantes per omissionem, & iustitiæ operum negligentiam, æternæ damnationi ostendat addicendos. Nam virgines fatuæ propter defectū olei, à nuptijs excluſæ sunt: seruus talentum abscondens, neque negotians vt debebat, in tenebras detruditur exteriores: in hac verò parabola qui operibus misericordiæ Christo in proximis impendendis non vacarunt, tanquam maledicti in ignem æternum conijciuntur. Vnde videmus, horrendū

suppliciũ imminere omnibus, qui propterea se tutos, & securos existimant, quod à peccatis quæ proximum offendere possunt, abstineant, nihil cogitantes, an in proximos sint benefici, & charitatis opera exerceant, de quibus putãt nullam esse rationem reddendam apud Deum; cum tamen etsi quis ab omni alio scelere, & flagitio purus, & integer sit, hoc ipso magnus sit peccator, quod beneficia in proximum non contulerit, illumque necessitate aliqua, aut spirituali, aut temporali, aut corporali laborantem, pro facultate adiuuare noluerit, Atque ita declarat, oleum virginum, quod dixit in alia parabola, nihil aliud esse, quam opera misericordiæ. Rectè profecto docuit beatus, & magnus Theologus Thomas, viros spirituales, & religioni arctiori mancipatos, frequentius per omissionem, quam per commissionem delinquere: vt propterea illis magnopere sit inuigilandum, & in seipsos descendendum, vt eiusmodi peccata in seipsis & agnoscant, & emẽdent, & pro eorum remissione Deum deprecentur. Habet & hoc peculiare hæc parabola, quod cum reliquæ parabolæ de virginibus, & seruis talenta accipientibus tantum de fidelibus Christianis recte intelligantur: hæc tamen etiam Gentes, & Iudæos comprehendere posse videatur. Nam vt dicitur, Congregabuntur ante eum omnes gentes: iudicium enim hoc vniuersale est, & proinde vniuersum hominum genus complectitur. Quanquam sententiæ prolatæ tantum contineant eos, qui aut fidem cum bonis operibus coniunctam habuerunt, aut fidem citra opera coluerunt. Cum enim superius de his, qui ab Adam vsque ad diem iudicij, quibus de Christo reuelatum fuit iudicium explicauerit (Nam hi vel domum, vt œconomi; vel oues, vt pastores custodierunt, vel obuiam cum lampadibus sponso exierunt, vel talenta à domino accepta multiplicarunt) de his, atque similibus prius iudicium fiet. Hi autem alij, sicut quidam sentiunt, à quibus tantum vsus exigitur misericordiæ, sunt omnes Gẽtes, quibus ab Adam lex Naturæ, & opera misericordiæ in fide vnius Dei remuneratoris ignota non fuerunt, etsi de Trinitatis mysterio, & nuntio à Deo misso, deque eius Diuinitate, & Humanitate nihil aperte, & explicite nouerint: tales sunt qui hac parabola examinantur, atque iudicantur. Et hęc de proposito.

B. Thom.

Viri religiosi in quo frequentius peccant.

Hæc parabola de quibus, & hœdis, quàm latè pateat.

4

In cortice nihil occurrit annotatione dignum: & si quid erit, in sensu eius declarando explicabitur. *Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua.* Aperte loquitur de secundo suo aduentu, quo ad iudicandum in maiestate veniet. Primus enim aduentus in humilitate iam præterierat: tunc enim venit in die gratiæ ad misericordiam effundendam, & ad peccata nostra in suos humeros reponenda, vt pro eis Patri satisfaceret. Postea autem in die, qua minus putabimus, in die iræ veniet iustitiã administraturus, & peccata omnium pro meritis vindicaturus: & qui primo venit iudicandus, postremò veniet iudicaturus. Quapropter statuendum est secũdum fidem Catholicam, præter iudiciũ particulare quod quisque in morte subibit, & de quo testatur Apostol. ad Hebræos: *Statutum est hominibus semel mori*, post hoc autem iudicium, generale quoddam, & vniuersale mundi iudiciũ superesse.

Quis ille Domini aduentus in maiestate sua, iudicaturi omnes gentes.

Isa. 53.

1. *Pet.* 2.

Heb. 9.

Vniuersalis iudicij veritas comprobatur.

5

Quod ex Scripturis Veteris, & Noui Testamenti, & pluribus comminationibus Christi, & Apostolorum cõprobatur: vt interim omittam & Sybillas, & Gentiles Philosophos, qui ea de re vaticinati sunt, vt innuimus in secundo libro. Deinde hoc demonstratur Diuinæ prouidentiæ consentaneum esse ex eo, vt tantus iudex à toto mundo agnoscatur, id est, Christus, *cui Pater omne dedit iudicium, & potestatem dedit ei iudicium facere*, quia Filius hominis est, hoc est, mitiùs aget, quam quisquam putet, quia expertus nostras miserias; semper enim punit iuste, sed citra condignum. Conuenit etiam Christo iudicium, quia Dei sapientia ad ferendam sententiam: nec enim falli, aut fallere potest, qui de iure & facto optimè instructus est. Ipse etiam est virtus Dei, & potentia, à quo

Secundũ argumentum.

Ioan. 5.

Christus tam benignus est iudex, vt licet iuste, citra cõdignũ tamẽ puniat semper.

nulla est appellatio: nulla etiam tarditas in exequenda iustitia: tam fortis etiam, vt nec timore, nec prece, nec pretio, aut alio affectu commoueri possit. Postremò ipse est, qui dedit talenta vnicuique seruorum; vt intelligat quantum à quoque in obseruatione legis suæ erat exigendum. Tertiò, iudicium erit vniuersale, vt homo iustus digno præmio afficiatur, aut debita pœna plectatur iniustus. Est autem proprium hominis supplicium confusio, & dedecus, sicut nullum excellentius præmium quam gloria, & laus. Nam flagellis cædi, aut gladio percuti, aut igne vri, aut vllo dolore affici, ad corpus spectat, & ad animã ratione corporis: tamen hæc communia nobis sunt cum belluis; probra verò, aut dedecora belluæ non sentiunt. In iudicio igitur vniuersali, vbi omnia opera bonorum detegentur, laude sua, & honore digna ab omnibus agnoscẽtur. Contra verò peccata, & flagitia omnia impiorum reuelanda sunt, vt ita cõfundantur reprobi, & pudefiant, dicant que præ confusione montibus & petris, *Cadite super nos, & abscondite à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni.* Quarto, quoniam in iudicio particulari triplicem inuenimus defectum. In eo enim anima tantum, siue bona, siue mala, præmium recipit, corpus autẽ, quod socium fuit in peccando, vel in bene agendo, necdum remuneratur. Deinde etsi vita hominis morte terminetur, pendent tamen adhuc hominis iam defuncti merita, siue demerita. Nã v.g. Arrij, siue Lutheri impiæ, & falsæ opiniones post illorum mortẽ multos inficiunt, & inuadunt, nec deceat Deũ prius esse vltorem, quam homo sit peccator: idcircò Hæretici illi non sunt plenè puniti adhuc. Rursus B. Pauli, aut B. Benedicti merita adhuc extant, & multis illorum doctrina, & religio magnum adferunt ad salutem adiumentũ. Nec ergo in morte cuiusque malè facta puniuntur, aut benefacta remunerãtur. Ad hæc, congruum est, vt qui impulsores extiterunt ad peccata, cõsortes quoque fiant in supplicio. Constat autem malignos spiritus multos impulisse, sollicitasseque ad peccata. Consonum igitur est Diuinæ iustitiæ, vt vniuersale iudicium existat, in quo non tantum peccatores, & peccati impulsores puniantur, sed etiam in quo totus homo in anima & corpore condignum præmium recipiat, & in quo merita & demerita omnia plenè remunerentur. Meritò etiã Dominus ad supplicium crucis profecturus, in quo iniustissima sententia dãnandus erat, & vt vilissimus & abiectissimus tractandus, præmisit sermonem de vniuersali iudicio, & de aduentu suo in maiestate, vt testatur B. Hilarius; vt Iudæos à tam horrendo facinore auocaret, vt cognoscerent quis esset is, in quem manus inijcerent, & cui tanti sceleris pœnas essent daturi. Nam cum interrogaretur à Caipha, an esset Christus Filius Dei? ob eandem caussam respondit, *Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* Certissimus est igitur aduẽtus Christi, & indubitatus; dies verò aduentus eius prorsus incerta, nec nobis vtile foret illam rescire.

Tertium argumentum.

Proprium hominis supplicium: eiusdẽ præmium è contrario.

Cur Dominus passioni proximus de die iudicij fecerit mentionem.

Matth. 26.

B. Hila. can. 25. *in Matthæum.*

Matth. 26.

Supra 24.

Vnde reprobi confundentur.

Apocal. 6.

Luc. 23. & *Isa.* 2.

Quartum argumentum à triplici defectu iudicij particularis.

Quibus pœnæ, quibus præmia augeantur in dies.

6

Quare falsa sunt, & inutilia eorum studia, qui in coniectando nouissimo die elaborarunt: siue illi sint, qui ex traditione Hebræorum, & præsertim ex domo Heliæ iuxta numerum dierum, quibus mundus est conditus, asserunt in fine sexti millenarij annorum mũdi cursum complendum, & iudicium mox affuturum; siue illi sint, qui ex eo quod dicitur: *Domine, opus tuum in medio annorum; viuifica illud*, putant totidem annos à Christi aduentu ad iudicium vsq; effluxuros, quot à creatione mundi ad ipsum Christum præcurrerunt. Et cum quatuor millia Christi primum aduentum præcesserint, totidem ad secundum vsque aduentum Domini superesse; siue denique illi sint, qui totidem annos iubileorum in Christi corpore mystico à Christo ad iudicium existimant complendos, quot annos naturales Christus sua ætate compleuit: quam rationem coniecturæ secutus est Cardinalis Cussanus. Et cõputando paucos menses anni trigesimi quarti, quem ingressus est Chri-

Contra eos, qui vltimum iudicij diem inaniter conijectare laudent.

Habac. 3.

Nicolaus Cussa.

Christus, pro anno integro, essent ferè mille septingenti anni à primo Christi aduentu ad secundum.

Porrò illud ridiculum videtur, cum Christus dixerit, *De die autem illa & hora nemo scit*, interpretari; diem quidem, & horam coniectari non posse, millenarium verò annorum, siue, quod idem est, seculum, aut denarium apprehendi posse. Quia hoc esset illudere sententiæ Christi, & qui hoc dicunt, ignorant morem scripturæ, in quo dies, aut hora pro tempore quocunque sumi solet. Ita enim dicitur à Propheta, & à Paulo Nouum Testamentum dies salutis, & à dilecto Discipulo, *Filioli, nouissima hora est*.

7 Verbis Christi qui illudãt aientis nec diem, neque horam iudicij sciri posse. *Matth.* 24.

Per diẽ, aut horam Scripturæ quid indicent. *1. Ioan.* 2.

Quo loco autem veniat celebrandum vniuersale iudicium, & quo modo ille locus tot hominum millia capere possit, curiosum videtur: sicut & illud, Quomodò arca Noë tot animalia capere valuerit. Tamen probabilitate non caret illud celebrandum in valle Iosaphat, quæ inter Hierusalem, & montem Oliueti sita est, in qua, & circumuicinis locis eius, vt ait Hieronymus, erũt omnes damnati: electi autem rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra per glorioſorum corporum agilitatẽ. Quod si opus fuerit dãnatos omnes ibi adesse, aut suspendet Dominus sua virtute corporum occupationem; aut dabitur corporum penetratio. De illo loco Propheta Ioël vaticinatur: *Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo*, &c. & Angeli dixerũt in Actis: *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eũ euntem in cœlum.* Ascendit autẽ ex mõte Oliueti iuxta vallem Iosaphat, quæ interpretatur vallis iudicij, siue Dominus iudex: quia in ea detegetur Christus iudex, ac verus orbis dominus. Congruit autem hic locus iudicio, quia Hierosolymæ coniunctus est, quæ est vmbilicus terræ habitabilis. Decet etiam, vt vbi factum fuit iudiciũ misericordiæ, in Cruce videlicet Christi, ibi etiam fiat iudicium iustitiæ. Hinc illud Psalmistæ, *Rex noster ante secula operatus est salutem in*

medio terræ. Ad hæc, Angelos mittet Deus, qui congregabunt electos suos à quatuor plagis terræ; congregatio autẽ fiet ab extremis terræ in mediũ: quemadmodum Rex congregationem procerum suorum facere solet in medio regni sui. Deinde hoc cedet in maiorem Iudæorum confusionem, & maiorem Christi gloriam. Est enim gloriosius, si Rex proditione de regno suo expulsus, quod illuc reuertatur cum potestate magna, & maiestate, quam si alibi summo splendore, & honorificentia afficiatur. Vnde in alia parabola dixit: *Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.* Creditur etiã Antichristus ex monte Oliueti moliturus ascensum in cœlum; quem tamen, vt ait Paulus, Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & illustratione aduentus sui. Postremò opportunè ex illo loco Dominus beneficia redemptionis improperabit omnibus reprobis. Insultabit enim eis; Ecce Nazareth, in qua pro vobis homo factus sum. Ecce Bethlehem, in cuius præsẽpio, quam primum natus fui, sum repositus. Ecce templũ, in quo frequenter vos docui. Ecce Hierusalem, in qua propter vos flagellatus, & ad mortem crucis damnatus fui. Ecce mõtem Caluariæ, vbi inter duos latrones pependi. Ecce sepulchrum, in quo mortuus iacui, & post mortẽ ad vitã surrexi immortalem. Ecce mõs Oliueti, ex quo antequam cœlos conscẽderem, discipulos in vniuersum orbem emisi ad prædicandum Euangelium omni creaturæ. Habes igitur & iudicium generale, & supremũ iudicem, & quæ de tempore, & loco iudicij dicenda hoc loco videbantur; reliqua in expositione Euangelij explicanda erunt.

Vnde congregatio fiet. *Luc.* 19. Antichristus vnde conabitur in cœlum conscendere. *1. Thess.* 2. *Luc.* 1. *Infra* 2. *Matth.* 26. *Ioan.* 19. *Ibidem.* *Ibidem.* *Infra* 20. *Act.* 1. & *Mar. vlt.*

8 Venire Christũ in maiestate, quid. *Dan.* 7.

Quum autem (inquit) *venerit Filius hominis in maiestate sua.* Id est, vt Græcè dicitur, in gloria, siue euidentia magni status, qui propriè ad Reges, & Principes pertinet; de qua loquitur Daniel, cum inquit: *Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, & vsque ad Antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt*

tulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Hæc ibi. Sua est igitur gloria, siue maiestas, siue quatenus Deus est, siue quatenus homo est; duplici iure: nùm prædestinationis, *Quia prædestinatus est Filius Dei in virtute*, tũ iure obedientiæ, & meriti, nã per obedientiam exaltauit illum Deus, *& dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Et omnes Angeli eius cum eo.* Siue vt Græcè dicitur, omnes sancti Angeli; ad differẽtiam spirituum immundorum. Hi autẽ tanquam comites, & principes magni stipabunt latus eius. Et isti vel apparebunt visibiles in assumptis corporibus, vt maiori terrori sint reprobis: vel etsi sub aspectum non cadant, edent tamen signa sui ministerij, & potestatis ad gloriam Christi, & maiestatem indicãdam. Sunt nonnulli, qui existimant, Angelos per Christum gratiam quam habuerunt, quamque sunt consecuti, Christo debere salutem. Vel propterea merito in iudicium venient; quia illis administris, & rectoribus hominis salutem consecuti sunt: vt docet Paulus ad Hebræos.

Gloriam quã habet quo duplici iure possideat Christus. *Rom.* 4. *Philip.* 2. Angeli cur Christo iudici assistent, & quomodo. *Heb.* 1.

9 Super quam sedem Christus sedebit in iudicio. *Act.* 1. *Matth.* 26. *Matth.* 19. *Luc.* 22.

Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Sedem intellige nubeam, siue corpoream, & tantæ maiestati cõgruam, & ab Angelis tanquam ministris sustẽtatam. Vt enim eum ascendẽtem nubes susceperat ab oculis Apostolorum; ita in reditu videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum potestate magna, & maiestate. Atque hanc sedem associabunt sedes duodecim Apostolorum, de quibus apud Matthæum, & Lucam fit mentio; quo magis illustris, & perspicua reddatur sedes Christi. Sedes vero designat iudicis auctoritatem: nam iudices, sedentes pro tribunali pronuntiant sententias. Sessio etiam tranquillitatem, & quietem animi denotat: quia siue vlla animi perturbatione debet esse iudicium. Sedebit ergo in secundo aduentu tanquam dominus, qui in primo aduẽtu tanquam seruus, & ministrans stetit. Venit enim primo ministrare, & non ministrari. Sedebit postremò, quia omnia tunc pacata erunt, & sibi perfectè subiecta: qui tamen nunc stat, vt bellantibus nobis opituletur. Vnde Stephanus vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei, & qui nunc sedet ad dexteram Patris, & non videtur, nec ab impijs creditur, qui etiam bonis ministrat, & à peccato redeuntes apertis brachijs vt recipiat, expectat: tunc magna in gloria, & potestate ab omnibus sedens videbitur.

Quale debeat esse iudicium. *Matth.* 20. *Luc.* 22. Stet quare nunc Christus. *1. Cor.* 15. *Act.* 7.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Hanc congregationem, quæ ministerio Angelorum fiet, & ideo passiuo verbo designatur; præcedet ignis conflagratio, & tuba vocãs mortuos ad iudicium. Hæc verò congregatio, ex parte iustorum spontanea erit; ex parte vero reproborum, violenta, & qualis esse solet eorum qui trahuntur ad supplicium, qualisque esset mulieris, quæ nuda duceretur in forum, vt vltimo plecteretur supplicio. De hac congregatione loquitur Hieronymus ad Heliodorum Epistola prima in fine: *Tunc*, inquit, *ad vocem tubæ pauebit terra cum populis, & tu gaudebis. Iudicaturo Domino, lugubre mundus immugiet: tribus ad tribum pectora ferient. Potentissimi quondam Reges, nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cum prole sua Venus. Tunc ignitus Iuppiter adducetur, & cum suis stultus Plato discipulis. Aristoteli sua argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus & pauper exultabis, & ridebis, & dices: Ecce crucifixus meus: ecce iudex, qui obuolutus pannis in præsepio vagijt. Hic est ille operarij, & quæstuariæ filius: hic qui matris gestatus sinu, hominem Deus fugit in Ægyptum: hic vestitus coccino, hic sentibus coronatus: hic magus dæmonium habens, & Samarites. Cerne manus, Iudæe, quas fixeras: cerne latus, Romane, quod foderas. Videte corpus an idem sit, quod dicebatis clam nocte furtiuisse discipulos.* Hæc ille, imitatus Tertullianum, qui similem, sed minus verbis ornatam continet sententiam. Congregabuntur igitur omnes gentes, vt vbi olim congregatæ fuerunt gentes ad eius crucem, & ignominiam, congregentur ad eius gloriam spectandam.

10 Hæc congregatio omniũ gentiũ ante Christũ iudicem qualis erit, & per quos fiet. *1. Cor.* 15. *Hier. tom.* 1. *initio.* *Luc.* 2. *Matth.* 18. *Supra* 2. *Ioan.* 19. *Infra* 8. *& 10.* *Zacha.* 12. *Apoc.* 1. *Ioan.* 19. *Matth. vlt.* *Tertull. lib. de spectaculis, in fine.*

Et boni

Matth. 24. Et boni quidem, vt aquilæ ad corpus, sic illi ad Christum confugient: mali autem vel inuiti comparebunt ad vocem Christi, & quam omnia animalia fuerint olim in arca congregata facilius.

Gen. 7.

11 *Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris.* Primum quidem, & admirandum opus erit, suscitatio omnium hominum generalis. Secundum, omniũ ante se congregatio, vt tanquam ante iudicem stantur. Tertiũ non minus reliquis stupendum, erit separatio eorum a se inuicem, ita vt per separationem Dei secernatur quisque, in locum suum, maximè in tam numerosa hominum multitudine. Et rectè ait de futuro, Separabit: quia hoc tempore non separat, dum in pascuis huius mundi admixti sunt ouibus hœdi, cum grano palea, cum tritico zizania, cum vasis in honorem vasa in contumeliam: at vbi Christus acceperit ventilabrum in manu sua, secernet eos ab se inuicem tanquam rosas ab spinis, palmites fructiferos ab infructuosis, & bonos pisces à malis. Quemadmodum enim tempore noctis rerũ facies non apparet, sed ablata luce omnia confunduntur, & gemma lapis vilis reputatur, verum aduenient luce, singula suis coloribus distinguuntur, & quæ sunt vilia, & quæ pretiosa, conspicitur: ita quo modo implicita sunt, & à nostro sensu longè remota, detegentur. Et vt hyemis tempore inter fructiferas, & infructuosas arbores nulla est discretio; cum autem accesserit tempus vernale, distinguimus inter illas, & agnoscimus hanc esse pretiosam arborem, quæ fructus maturos edat, illam verò inutilem, & dignam ferro, & igni: ita prorsus de hominibus cogitandum est, quorum iudicium, & discretio etsi nos fugiat, nõ tamen Christum, qui sicut pastor, id est, facillimè, & cum cognitione, & iudicio segregabit eos ab se inuicem. Ad id etiã vtetur Angelorum ministerio, de quibus dicitur in alia parabola: *Matth.* 13. *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum.* Illud autem quod ait, *Separabit eos*, non intelligas omnes gentes, quia dixisset eas, & Græcè ea, quia *ἔθνος* Græcè neutrius generis est: neque dixit, *ἀυτὰ*, sed *ἀυτὸς* in masculino. Nec in hac separatione secernentur perfecti viri, qui venient cum iudice tanquam assessores: nec rursus infideles, quorum caussa discussione non indiget: quia *Qui non credit, iam iudicatus est*, nec eorum propriè fuit pastor, cuius vocem per fidem audire noluerunt, etiamsi ipse ex se eos pascere voluerit sed alij boni mediocres, vt oues, vel mediocriter mali, vt hœdi. *Sicut pastor segregat oues ab hœdis.* Ad passum ducuntur ouium greges & caprarum permixtæ, & inuicè commixtæ inter se pascuntur, noctu verò, cum domum redeunt, pastor eas ab se inuicem separat ac distinguit. Significat autem, quod Christus ex se non tantum ouium, ed etiam hœdorum, & reproborum, si talento bene vsi fuissent, fuit pastor. Neminem igitur Christus indurat, neminem ex se reprobat, nemini se pastorem negat, si modo velit eius vocem audire. Erit autem hæc separatio iocunditatis, & consolationis plenissima electis, doloris, & cruciatus refertissima reprobis. Erit etiam separatio valde facilis, quoniam facile oues ab hœdis separantur, quoniam sunt diuersæ speciei: omne autem animal diligit sibi simile: & hæc parabola desumpta est ab Ezechiele Propheta. c. 34. vbi mentionem facit pastoris, ouium, & hœdorũ. *Et statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris.* Duos tantum ordines hominum efficiet pius iudex, quemadmodum Moses in typũ huius tremendi iudicij, sex tribus ordinauit in monte Garizim ad proferendas benedictiones, quorum patres ex liberis vxoribus Iacob, Lia & Rachele, genus ducebant, & totidem sex alias (quorum patres ex ancillis nati erant, excepto Ruben, qui cum filijs ancillarum meruit apponi, quia ascendit cubile patris sui) in monte Hebal ad maledictiones pronuntiandas. Sed mirum quod electi per oues, reprobi per hœdos designentur. Sed in specie capri plerunque apparere fertur dæmon, quemadmodum in forma agni, vel

Ioan. 3.

Qui minimè separabuntur in iudicio.

Quæ tria operà summæ Christi virtutis, & potentiæ fient in iudicio.

Matth. 13. 2. *Tim.* 2. *Matth.* 3.

Qualis bonorum à malis secretio in iudicio.

Duplex bonorum à malis discretionis cõditio. Duplex ordo bonorum & malorum in iudicio vbi præsignatus. *Deut.* 27. *& seq.* *Gen.* 49. *Supra* 35. In hœdis reprobi cur, electi in ouibus designentur.

ni, vel ouis Christus à Prophetis describitur. Capti etiam, & hœdi in lege propter delictis populi offerebantur in sacrificium: propterea & quasi peccata foras mittebantur. Pulchrè autem in ouibus referuntur electi: quia animal est mundum esui, & immolationi aptum, tales enim edit Christus, & tanquam holocausta sibi placent: per mãsuetudinem, vt oues neminem lædunt; per patientiã, læsi sustinent, per obedientiam sinunt se duci à pastore; per misericordiã alijs sunt vtiles; per charitatem alijs concordes, & sociales; per hoc quòd agnoscũt vocem pastoris, & alienorum fidem seruant; per orationem ad Deum balatũ emittunt, cùm tondentur, occidunturve, non recalcitrant; per imitationem item Christi non contradicunt; lupum diabolum siue hæreticum per prudentiam fugiunt. Et significant oues fideles omnes mediocres, nõ arietes, id est, summos viros, & perfectos: nec agnos, id est, pueros baptizatos, & innocentes. At reprobi rectè in hœdis delineantur. Sunt enim fœtidi per luxuriam, cornibus ventilantes, & ferientes per rebellionem & rixam, steriles per auaritiam, ascendentes in præcipitia, & loca præalta per superbiam, semperque gestant pudenda detecta per infamiam, & vitæ obscœnæ turpitudinem, ad solam occisionem vtiles, vt reprobi ad mortem; flagrant inuidia, vt Poëta dixit,

Transuersa tuentibus hircis.

Dicitur Hebraicè hœdus Seir, quod erat regnum Esau, cuius manus vt hœdi erant pilosæ: quia Esau typus est reproborum, vt Iacob electorum. iuxta illud, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Et ille habet pilosas manus, qui iniqua opera, & reproba consectatur, & qui vili lenticula vendit primogenita sua, vt ille fecit. Vel sanè hœdus omnia bonus, nisi quod fructus non edit vllos, vt ouis, vt sententia operantium fructus charitatis, & non operantium constare possit, quam intendit. Sunt etiam hœdi, mediocres peccatores: quia vel vnũ lethale delictum æterna punitur morte, & non magni designati in hircis. Possumus etiam simpliciter dicere, gregem Christi tantùm ouibus, & hœdis constare: qui enim Dei voluntatem facit, amat proximos, & qua potest ratione iuuat, ouis est: at si quis se tantùm pascat hœdus est, etiamsi non luxuriet, hœdus est, etiamsi non se præcipitet, etiamsi cornibus non feriat, etiãsi mali exempli fœtorem non proferat. Talis autem solet esse hœdus, secus verò hircus.

Leuit. 16. *& seq.* *Ibidem.*

Ouium virtutes.

Ioan. 10. *& seq.*

Oues propriè quos denotent, quos verò arietes, & agni.

Hœdorum vitia.

Virgil. in Eclog. 3.

Seir Hebraicè quid. *Gen.* 25.

Rom. 9. *Gen.* 25.

Pilosas manus Esau instar, quis habeat.

Quos hœdi, quos hirci significent.

Ouis Christi quis, & quis hœdus.

Ezech. 34.

12 Statuere oues à dextris quid.

Statuet autem oues à dextris: quia eo loco habebit Christus suos, quo ipse à Patre suo est habitus. Pater autem dixit Filio, *Sede à dextris meis*. Dominus habet dexteram misericordię, & sinistrã iustitiæ. Pij, & electi misericordiam hic amarunt, & fuerunt tanquam Beniamin, id est, filij dexteræ, quæ Christus est, qua pugnarunt in Christi hostes. Et quia ad æterna, quæ dextera sunt, aspirarunt, sinistram temporalium bonorum contempserunt, & vt latro, qui ad dexteram Christi erat, per pœnitentiam conuersi sunt, & qui vulnus lateris dextri tanquam ostium paradisi dilexerũt, & qui dexterè, & in dexteram partem interpretati sunt facta proximorum: & qui denique ambidextri sunt, sinistra & aduersa fortuna instar dexteræ & sinistræ vtentes. Quòd si interdum pij, & electi Dei hominum iudicio ad sinistrã positi, insani, miseri, & reprobi existimantur, & de quibus improbi dicunt, *Nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, & finem illorum sine honore:* tamen intelligat mundus tales ad dexteram pertinere, & dextera Christi benedicendos. Nam Christus more Iacob cancellatis manibus benedictionẽ est daturus, ita vt minori, & inferiori in oculis hominum contingat dextera, maiori sinistra.

Psal. 120. *Gen.* 35. Filij dexteræ (vt Beniamin) cur electi. *Luc.* 23. *Sapien.* 5. *Gen.* 48.

13 Quomodò assequemur, vt in die iudicij à Christo audiamus Venite benedicti Patris mei. *Psal.* 76.

Dexteram igitur diuinæ misericordiæ affectemus, ad æterna bona aspiremus, & indies nos ipsos in hoc studio superemus, vt verè dici possit de nobis: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* Sed nihil magis electis proprium, quàm illum diem præcogitare, in quo celebrandum est iudicium, & sententia de nobis proferenda. Tuba illa insonet auribus nostris per memoriam iudicij, eam frequenter

Electorũ nil æque propriũ ac diẽ iudicij recogitare suprem.

quenter recolendo: præcedat signũ Crucis Filij hominis, crucem nostram libenter amplectendo, & quotidie portãdo. Rursus præcedat ignis desiderij consumentis peccata nostra, & nos ardore charitatis inflãmando; vt digni simus, quos Deus separet à malis in iudicio. Studeamus dum viuimus, separare nos à vitiosis moribus, & pernicioſis exemplis reproborum. Induamus per omnia ouium naturam, vt nos Pastor ille magnus pro suis agnoscat. Iudicemus nos metipsos, & malè facta debitis pœnis puniamus; Nam *si nos metipsos diiudicauerimus, nõ vtiq; à Domino iudicabimur.* Et si nos sententiã contra nos feramus, sententiam pro nobis ille pronuntiabit. Neque dubito eos omnes qui talibus meditationibus, cogitationibusq; corda sua præmunierint, & in ipsis iudiciũ humanum præuenerit diuinum, audituros illud dulce verbum, *Venite benedicti Patris mei, &c.* quod magna cũ suauitate vocis, & electorum delectatione pronũtiabit Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre & Spiritu sancto detur ómnis honor, gloria, & imperium, in sæculorum sæcula. Amen.

Matth. 24. *Luc.* 9.

1. *Cor.* 11.

TRACTATVS XLI.

In eandem parabolam pastoris, ouium, & hœdorum.

NVNC dicet Rex ijs qui à dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, &c.

1 Quod vniuersale iudiciũ vocali fit sermone celebrandum, futurumq; sensibile.

Probabile valde est, rationiq; ipsi cõsonum, iudicium vniuersale vocali sermone celebrandum: nã cùm iudex omnium oculis sit appariturus cum sede nubea & gloriosa, & cũ externa, & magna pompa, comitatuq; venturus sit, & cum hominibus, qui tẽpori subduntur, & omnia simul capere non possunt, sit agendum, profectò sensibile erit iudicium, & vox iudicis sensibilis, & aliquo tempore durabit. Nam etsi omnia possit vno momento absoluere, quemadmodũ in momento, & in ictu oculi resurrectio celebrabitur, vt ait Apostol. & sententiæ suę rectę equitatem omnibus aperire: tamẽ ad maiorẽ auctoritatem, & maiestatem indicãdam, & quo maius pondus habeant sentẽtiæ, quidã nõ improbabiliter existimãt, à sexta hora ad nonam duraturũ iudicium, per tres horas nempe, quibus ipse Filius Dei, & iudex, in ligno crucis iniustè iudicatus pependit: vt qui illo spatio tẽporis illusus fuit, & acerbissimis verbis lacessitus, ipse sua sentẽtia reprobos quosq; lacessat, & crucíet videtes in quẽ trãsfixerũt: quã quã nõ ignorẽ quosdã mentale fore iudiciũ opinatos, inter quos est B. Thom.

Quandiu durabit generale iudiciũ secundum quosdam.

Matth. 27.

Multi autem hoc loco quærunt, an pueri nondum Baptismi Sacramento initiati sub nomine ouium, vel hœdorũ comprehendendi sunt. Et reuera si seriò expendamus quę hic dicũtur, pueri neque à dextris, neque à sinistris erũt, sed, vt quidam volunt, retro Christum erunt, nec faciem eius digni erunt cernere, ob Adæ, quo tenentur, delictum: non tamen digni supplicio æterno, qui peccata personalia ad illud Adæ non adiunxerunt. Proinde nulla istarum duarum sententiarum in illos conuenier. Nam in primis non potest exprobrari illis, quod opera misericordiæ nõ ediderint: vel rursus laudari, quòd fecerint, cùm ætate ad vtrumque præstandum destituti fuerint. Deinde quia Daniel scribit: *Multi de his qui dormiũt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper.* Vbi cum manifestè dicat multos, & non omnes euigilaturos, liquidum relinquitur aliquos nec ad opprobrium, nec ad vitam æternam excitandos: hi autem præter pueros alij esse non possunt. Ad hæc, in libro Iob, ac Hieremiæ scribitur: *Quare non in vulua mortuus fuit? egressus ex vtero non statim perij? Quare exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requieſcerem.* Quod si pueri ante baptismum mortui pœnas gehennæ incurrerent, profectò non diceret, *Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requieſcerem.*

24 *Zacha.* 12. *Ioan.* 9. *Apoc.* 16. *D. Thom.* 4. *dist.* 47. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 2. *& opus.* 3. *c.* 23. *& alibi.*

Quod pueri, sine baptismo qui hinc migrarunt, ouium, vel hœdorũ nomine cẽsendi non sint.

Gene. 3. *Rom.* 5

Primum argumentum.

Secundũ argumentum. *Dan.* 12.

Tertium argumentum. *Iob.* 3. *Hier.* 20.

Quartum argumentum. *Ioan.* 3.

Quintum argumentum.

Innoc. 3.

Peccati originalis, item actualis pœna quæ sit. *Ambros. to.* 5. *circa finẽ. Rom.* 5.

Mors propriè quid sit, & quæ mors secunda. *Apoc.* 21. *Greg. Nazian.*

B. Gregor. tom 1. *Aug. libr. de fide, & operi. cap.* 15. *circa. medium tom.* 4. *Ambro. libr.* 2. *de vocat. Gen. cap.* 2. *prope finem. to.* 2.

3

Infideles quare damnabuntur. *Ioan.* 3.

Ad hæc, nondum renati ex aqua & Spiritu sancto, non possunt introire in regnum Dei. Rursus, tales non mittentur in ignem æternum paratum diabolo, & angelis eius: quia comminatio gehẽnæ, & pœna sensum affligens nunquam nisi peccato personali in Scripturis tribuitur. Hoc etiam Innocentius. III. statuisse videtur, dum in titulo de Baptismo, & eius effectu, Cap. Maiores, asserit, pœnam peccati originalis esse carentiam visionis Dei: actualis vero pœnam peccati esse gehennæ cruciatum. Ait idem etiam Ambrosius, qui scribens super illa Apostoli verba ad Romanos: *Et per peccatum mors*, ita ait: *Mors, dissolutio corporis est, cum anima à corpore seperatur. Est & alia mors, quæ secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adæ patimur, sed eius occasione propriis peccatis acquiritur, à qua boni immunes sunt, &c.* Hæc ille. Gregorius itẽ Nazianzenus Oratione in sanctum Lauacrum, pueros baptismo destitutos neq; pœna, neque gloria afficiendos existimat à iusto iudice. Quod vero hoc loco neutra harum sententiarũ pueros baptismo destitutos afficiat, ratio apposita in sententia satis indicat. Et sententia illa, *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, tantum eos qui fidem habent, sed opera non habent, comprehendit: vt disertis verbis tradit Gregorius Magnus Homil. super hoc Euangelium, & August. lib. de fide, & operib. & Ambrosius, siue Prosper lib. de vocatione Gentium.

Et profectò si rationem consulamus, infideles non potissimum ob neglecta misericordiæ opera damnabuntur, sed ob contemptam fidem agnitam, quia qui non credit, iam iudicatus est. Tales ergo iudicio discussionis non indigent sicut fideles: nec rursus inducuntur hìc à Domino omnia, de quibus fideles tunc erunt examinandi, sed ea, quæ ad vniuersos fideles in communi spectant, & de quibus nemo se facile excusare valeat. Nam, vt præcedente parabola traditionem exigendam in iudicio de vsu, & fructu talentorum significauit, id est, charismatum diuinorum, quæ parabola ad Apostolos maximè, & eorum successores dicta est, qui cum illis in ecclesia accepturi erant singularem aliquam gratiam, & prærogatiuam, sui voluit officij admonere: nunc detegit rationem in iudicio exigendam de operibus misericordiæ factis, vel neglectis, vniuersos fideles sui officij commonefaciens, vt in pauperes misericordes, & benefici existant. Vnde quod hæc non propter Apostolos, vel alios Apostolis similes sint dicta à Domino, indicat quod subdit: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Vbi per fratres minimos, & pauperes, Apostolos, & illis similes designauit. Voluit namq; Dominus omnibus constare fidelibus non iudicãdos iuxta fidem suam, sed secundum opera dilectionis proximo impensa. Et hæc satis sint hoc loco ad hanc quæstionem, quę fortassis alio loco fusius erit disputanda. Iam ad verba singula exponenda accedamus.

Quibusnam fratribus Christi minimis bene faciendum sit.

4 Triplex Christi nomẽ hoc loco sibi ipsi impositum. Cur se regem vocet Christus.

Primo quidem loco Dominus vocatus est Filius hominis, postea verò parabolicè pastor: nunc iam Rex dicitur, cuius proprium est legem condere, & eius obseruatores remunerare, rebelles autem, & contumaces punire. Iure autem cum daturus sit regnum, dicturusque, *Possidete paratum vobis regnum*, Rex prius vocatur, & tunc plenè implebitur verbum Angeli: *Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Incipiet autem ferre sententiam in fauorem eorũ qui à dextris sunt: principium enim motus secũdum naturam à dextris est. Proprium autem, & naturale Deo est semper misereri, & bene facere, alienum autem ab eo, & peregrinum opus est punire, & hominum malefacta vindicare. Rursus, quòd quodammodo contra Dei naturam, quæ tota bonitas est & benignitas, militare videatur punire, & pœnas sumere, ex eo patet, quia si Deus supplicijs peccatorum delectaretur, se ipsum pro peccatoribus tradidisset nunquam. Rursus præcedit sententia electorum

Luc. 1.

Idem quare primũ iustos benedicet.

Proprũ Dei quid.

Opus Dei peregrinum, & ab eo alienũ.

Secunda ratio.

ctorum illam reproborum; vt videntes reprobi excelsum honoris gradum, ad quem assumuntur electi, propterea maiori dolore, & cruciatu afficiantur. Videntes enim turbabuntur timore horribili, & mirabũtur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus: dicentes intra se pœnitentiã agentes, & præ angustia spiritus gementes, *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* *Sap. 5.*

5

Quid est venite benedicti Patris mei

Venite, inquit, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum, &c.* Hæc est sententia prima ad electos directa, continetque inuitatorium dulcissimum in primo verbo, Venite. Venite ergo, qui semper desideraſtis venire, & huc peruenire totis viribus contendistis: & qui dicebatis, *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei*, & qui de virtute in virtutem progrediendo semper venistis, donec videritis Deum deorum in Siõ. Et benedicti dicuntur, qui benedictione gratiæ maledictum peccati exuerunt, & spiritum adoptionis induerunt: & quoniam ad benedictionem hanc Christi in iudicio porrigendam summo studio anhelarunt. Ait autem, *Benedicti Patris mei*, quia, *ille est qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus*, & instar parentis filios charissimos benedicentis benedixit illis: sed sub conditione, si videlicet benefecerint. Propono, inquit, in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem: Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis: Maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri. Rursus benedicti Patris mei: quam ipsi suis cordibus clarificarunt, suis operibus eius gloriam illustrarunt, & tanquam legitimi filij mores, & imaginem parentis cœlestis retulerunt: vt sit perinde dicere, *Venite benedicti Patris mei*, ac filij Patris, quibus iure debetur hæreditas. Proinde illis tanquam hæredibus, & legitimum ius ad vitam æternam habentibus dicitur, *Possidete regnum*, siue vt elegãtius Græcè dicitur κληρονομήσατε id est, hæreditatis iure possidete. Quo significatur, quod non ad tempus, sed in æternum sint possessuri, & in illam hæreditatem cœlestem duplici iure ingressuri: altero quidem filiationis, quia *Si filij & hæredes*; altero verò obedientiæ, & militiæ in bonis operibus præstitæ, de quo subdit: *Esurijui enim, & dedistis mihi manducare.* Ita vt meritum coniunctum sit cum gratia, & hæreditas cum mercede: nam hæc non pugnant in hac parte: imò vt hîc Dominus, ita Paulus ad Colossenses illa coniugit. Hortatus enim seruos, vt quodcunque faciunt, ex animo operentur sicut Domino, & nõ hominibus, subdit postea: *Scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.* Possidete ergo regnum vos, qui ad illud & filiationis, & bonorum meritorum ius habuistis: & qui arrham & pignus Spiritus sancti in nobis delitescentis possedistis. Et quia regno nihil est vobis augustius, nihil honorificentius, vtilius nihil, nihil magis voluptatis plenum, & iocunditatis: propterea per illud describitur vitæ eternæ felicitas. Possidete ergo regnum, quia voluistis me regnare super vos, & regnastis in vobis ipsis dono meo, & intellectu quidem, per fidem, in voluntate per charitatem, in carne & sensu per continentiã, & abstinentiam, & tanquam violenti regnum cœlorum rapuistis, & eruti de potestate tenebrarum fuistis, & translati in regnum filij dilectionis, subdit, *Paratum vobis.* Paratum fuit per æternam prædestinationẽ regnum omnibus obicem non ponentibus. Quia ergo vos ad illud præparastis, & quia quæ virgines erant præparatæ, intrauerunt cum eo ad nuptias; ideo ait, *Paratum vobis.* Et qui charitatis oleum adfert in lampade sua, satis se præparat, iuxta illud: *Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te.* Paratum ergo est regnum, non quidem personis, sed meritis bonorum operum, ac per hæc personis illa habentibus: vnde in alio loco dixit: *Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum*

Idem regnũ possidebunt duplici nomine.

Rom. 8.

Meritum, & gratiam, hæreditatẽ etiã et mercedem secum minimè pugnare. *Coloss. 3.*

2. Cor. 1. & alibi.

Æternæ vitæ felicitas nomine regni cur veniat

Matth. 11. Coloss. 1.

Regnum iustis quatenus paratum sit. *Matth. 25.*

Isa. 64. & 1. Cor. 2.

Matth. 20.

paratum est à Patre meo. Et quando fuerit præparatum, ostendit, dicens: *A constitutione mundi.* Quo verbo quidam putant significari distinctionem eorum, quibus præparatum est regnum ante mundi constitutionem, vt dicitur ad Ephesios: vt per illos significentur absolutè, & ab æterno prædestinati, qui in iudicio non opus habent iudicari, sed ipsi tanquam iudices assessores iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: reliqui verò, qui tanto gradu digni non fuerunt, dicuntur à constitutione mundi etiam in mente Dei electi, atque illis tunc primum regnum fuisse præparatum. Vel sanè dici non incommodè potest, non pugnare hæc inuicem, ante mundi constitutionem, & à mundi constitutione: quia regnum hoc, quod attinet ad locũ, id est, cœlum Empyreum, & Angelos, qui in eo loco conditi sunt, & beati effecti, ante mundi constitutionem fuit præparatum; à mundi vero huius nostri constitutione, quantum attinet ad beatorum hominum visionem Dei, ac fruitionem, nam ex tempore cõtingit, & non est ab æterno, vel ante mundi constitutionem. Item Prouerb. 8. habetur *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio* vbi vides idem esse, ab initio viarum suarum, vel à principio, & antequam quicquam faceret. Ad hæc Eccle. 24. Sapientia loquitur: *Ab initio, & ante secula creata sum*, & idem per vtramque particulam, scilicet ab initio & ante secula, item à constitutione & ante constitutionem idem ipsum explicatur. Ergo paratum vobis à constitutione mundi, imò propter vos mundus ipse conditus est, imo propter eos conseruatus, si propter decem iustos conseruabat ciuitatẽ Sodomæ. *Omnia enim propter electos.* Illo igitur verbo, *Venite*, coniunctio corporis mystici cum capite Christo designatur, aquilarum ad corpus, filiorum ad parentem, ouium ad pastorem, & sponsæ ad sponsum præsentia. Venite igitur de tenebris ad lucem, de seruitute ad libertatem filiorũ Dei, de labore ad requiem æternam, de bello ad pacem, de morte ad vitam sempiternam, de malorum societate ad Angelorum consortium. Erunt enim homines beati sicut Angeli Dei. *Venite*, quia non obstantibus tot remoris, & impedimentis mundi, carnis, diaboli, viam mandatorum, & ad brauium supernæ felicitatis cucurristis. *Benedicti Patris mei*, Quia propter me, & Patrem maledicta hominum sustinuistis, verbo meo auscultantes: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Possidete regnum.* Qui vestris omnibus possessionibus in vita renuntiastis propter me, saltem affectu, dictis meis audientes: *Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*: & vocem Apostolicam intellexistis: *Rapinam bonorum vestrorũ cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Paratum vobis à constitutione mundi.* Qui mundo & eius amicitiæ renuntiastis, memores illius verbi: *Quicunque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.* Et ita vixistis in hoc mundo, ac si extra eum essetis collocati, ad venturi seculi vitam aspirantes.

Illud: A constitutione mundi, quid significet. *Epheſ. 1.*

Sap. 5.

Alter sensus.

Electorum quantũ decus.

Luc. 20.

Matth. 5.

Electorum ius ad regnũ æternũ, cœlestẽque hæreditatem. *Luc. 14. Heb. 10.*

Illud eisdem cur fuerit præparatum. *Iacob. 4.*

Subdit: *Esurijui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.* Adiungit Dominus causam suæ sententiæ. Nam etsi iudices terreni consulto causam in sententia non apponant, ne illa lecta, possit ab aliquo maiori ratione expugnari, & vinci: Deus tamẽ, qui supremus est iudex, & cuius rationes euidentissimæ erunt illa die, & cum omni æquitate, & iustitia coniunctæ, efficiet, vt non solum non expugnentur, sed ab omnibus adorentur, & summa cum veneratione suscipiantur. Et proinde consulto causam sententiæ non supprimet. Nam vt in hoc seculo semper pro sententia iudicum præsumitur, etiamsi nobis res comperta non sit, atque explorata: in die tamen illa postrema, etiamsi satis esset ad iustificandam sententiam, scire Deum

Cur præter morem iudiciorum Christus iudex sententiã de bonis, malisque ferendã rationibus confirmabit.

Gen. 18. 2. Tim. 2. Matth. 24.

Electorũ felicitas. *Supra 22.*

Deum esse eius auctorem, in quem ignorantia, aut malitia cadere non potest, quemadmodum plerunque in homines cadit, Deus tamen pro incomparabili sua sapientia non eget præsumptionibus aut coniecturis, sed rei euidentia, & vnusquisque certissimo, & euidenti lumine agnoscet se aut damnatione, aut vita æterna dignum existere. Ait enim. *Esurini enim, & dedisti mihi manducare.* Id est: Non tantū ex pura misericordia, & gratia dono vobis regnum, sed etiam ex iustitia, admixta tamen gratia: nam opera bona, quibus promeremur vitam æternam, ex gratia sunt, vt propterea rectè ab Apostolo dicatur, *Gratia Dei vita æterna.*

Est autem hic locus planè memorabilis, atque ineuitabile telum aduersus bonorum operum hostes, qui nusquam non vociferantur satis esse solam fidem ad salutem: bonis operibus nos bona temporalia fortè promereri posse, æterna nequaquam: cum potius sit oppositum: nam æternam vitam sub pacto bonorum operum tanquam remunerationem pollicetur frequenter Deus, de temporalibus nullum in noua lege extat pactum, sed tantum iustis adijciuntur vt additamentum quoddam. Vt ergo intelligamus, ex bonis operibus meritum vitæ æternæ consurgere, cum cōiunctione causali dixit: *Esurini enim, & dedisti mihi, &c.* Nec in hoc gratiæ quicquam, aut magnificentiæ Dei detrahitur, vel derogatur, sed arrogatur potius. Maior enim est Dei gratia, & sublimior gloria, quod non solum gratis donet vitam æternam; sed etiam quod largiatur bona merita, per quæ illam consequamur. Nam etsi possit dare vitam æternam sine meritis, imo etiā sine fide, tamen quemadmodum noluit dare sine fide, ita nec sine meritis: quæ & ipsa dona Dei sunt, vt fides, sed non sine nobis. Vnde illustrior redditur Dei gratia, neq; habet homo vnde efferatur, aut quicquam sibi tribuat.

Tertiò nota Dei bonitatem, qui innumerato habet omnia opera nostra, & omnia illa sigillatim explicat, modo nos ab illorū enumeratione auertamus oculos, nihilque nos fecisse putemus. Enumerat autem sex species misericordiæ corporalis: in quibus intelligimus misericordiæ spiritualis opera, quæ & maiora sunt, & tanto magis ad salutem necessarium illa proximo impendere, quanto anima præstantior est corpore: & necessitates spirituales maioris sunt pōderis, & maiori commiseratione dignæ quam corporeæ. Quartò aduerte, tantummodo de operibus charitatis, & misericordiæ facere mentionem, quia Christus solam legem charitatis tulit, & dixit: *In his duobus mandatis* (scilicet dilectionis Dei, & proximi) *vniuersa lex pendet, & Prophetæ*; & Apostolus, *Plenitudo legis, est dilectio.* Cuncta ergo examinasse & discussisse videtur, cum de charitatis fructibus examinauerit: vt rectè admonuit Augustinus libro de verb. Domini. Nam prædicationē operum charitatis non tantum Vetus, aut Nouum Testamentum docuit, sed etiā lex ipsa Naturæ, quæ docet: *Quod tibi vis fieri, alteri facito: Et quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Et consonū est hoc præcepto illi, Quod de proximo diligēdo, & curando ab initio homini est tributum, de quo in Ecclesiastico dicitur: *Mandauit illis vnicuique de proximo suo.* Itaq; omnis Lex, siue Naturæ, siue scripta, siue Euangelica, charitatis præceptum tradit.

Nota vero modestiam præcipientis: non enim ait, Esuriui, & sitiui, & satiastis me, vel lautè me tractastis: nam satiare famentem, esset opus liberalitatis, sicut subuenire extremè egenti, opus necessitatis esset, non liberalitatis: medio vero modo egentes subleuare, opus est misericordiæ. Nec ait, Nudus eram, & splendidè me induistis: nec, Hospes, & magnifico apparatu excepistis me: Infirmus, & sanitatem mihi reddidistis. In carcere eram, & ex eo me eduxistis: sed tantum ait, Dedistis mihi manducare, & bibere; operuistis, collegistis, & venistis ad me; vt ostendat quam leuia, quamque facilia sint Christi onera quæ præcipit: nam potius exonerant, quam grauent: & in his intellige septimum opus misericordiæ, quod

Propitium Diuinæ sapientiæ.

Iustis regnū cœlorum datur duplici iure.

Rom. 6.

6 Aduersus Hæreticos, solam fidem sine operibus satis esse ad salutem dogmatizantes.

Matth. 6.

Ordo Diuinæ prouidentiæ.

Ephes. 2

7 In electos bonitas Diuina.

Opera misericordiæ corporalis quam proximo necessaria.

De iis, & nō de alijs operibus cur homines iudicandi. *Matth. 22.*

Rom. 13

August. de verb. Domini, to. 10.

Lex naturæ quid præscribat. *Matth. 7. Tob. 4.*

Eccles. 17

8 Christi iudicis modestia.

Heb. 11.

Act. 10.

Christi onera qualia sint.

9 Huius respōsi iustorū ad Christū iudicem: Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus te, & reliq. primus sensus. *Euthym. c. 65. in Mat.*

Secundus sensus.

Luc. 17.

Tertius sensus.

2. Cor. 4.

Rom. 8.

Quartus sensus.

Quid est: Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. *Psal. 71.*

Fratres Christi qui minimi.

quod corpori iam mortui impenditur.

Quintò aduerte responsum Sanctorum; *Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te? aut sitientem, & dedimus tibi potum, &c.* Verba hæc secūdum Euthymium in parabola ficta sunt, vt cognoscatur responsum, nempe: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Non enim in die iudicij ignorabunt iusti, propter quem opera misericordiæ exercuerint, cum vel hac sola parabola abunde essent instructi in Christum conferri, quod in proximum eius caussa confertur. Alij vero hæc humilitati electorum tribuunt, qui se ipsos perfectè agnoscentes, & quid ex se ipsis producere valeant, & quod omnia merita ex Deo sint, & illi maximè tribuenda, propterea seruantes præceptum Domini, non ignorant illud: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus,* agnoscunt se nihil boni ex proprijs viribus fecisse. Alij volunt, verba hæc ex admiratione electorum profectum iri: nam videntes cœlum pro terra, & æterna pro temporalibus, & æternum gloriæ pondus pro leui tribulatione rependi, admirati Diuinæ largitatis retributionem, dicent, *Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem?* quasi dicant: *Non sunt condigna opera nostra, aut passiones temporis ad tantam gloriam, quæ in nobis reuelatur.* Rursus, alij sunt, qui sentiunt, eos, qui de pauperibus & afflictis benemeriti sunt, & in eis Christum non agnouerunt, vel eos, qui eis nihil profuerunt (nam vterque populus, & electorum, & reproborum interrogat) eos esse intelligendos, qui non sunt familiares, & domestici fidei, qui fidē de Christo explicitam, vel de Mysterio Trinitatis non habuerunt, sed in fide illa: *Quia Deus est, & inquirentibus se remunerator sit,* opera misericordiæ proximo impenderunt: qualis fuit Cornelius Centurio, antequam ad fidem vocaretur, dixit enim illi Angelus, *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Nam tales non sine aliqua fide, & gratia operantes, etsi Christum explicitum minimè nouerint, vel

Diuina misericordia digni qui.

Quintus sensus.

in fine vitæ illuminabuntur vt Christum agnoscant, & in eum omnia sua opera referant, vel etiamsi hic non agnoscant, quem nisi ex reuelatione Dei agnoscere non possunt, quam non habent, æterno præmio remunerabuntur, & tunc dicent, Domine, quando te vidimus, &c. *Qui enim misericordiam egerunt, digni sunt Diuina misericordia.*

Potest præterea intelligi de Christianis crassioribus, qui non intelligunt fideles quosque membra Christi esse, neque hoc vsque ad auditum eorum peruenit, quos tamen opera misericordiæ seruabunt. Et rursus de his, qui peccatores membra Christi esse non putant, sed postquam peccauerunt, excisos esse à Christi corpore existimant, quos dum in vinculis peccatorum visitant, aut ab illis soluunt, dum animi famem verbi Dei pabulo satiant, dum eos extraneos vt hospites excipiunt, non Christum in illis, vel pascere, vel excipere, vel visitare putabant, quos Christi membra esse non credebant. Sed quoniam Christus in suis fidelibus peccatoribus peccator est, sibique delicta eorum, qui ad ipsum conuertuntur, imputari vult, quod actum illis peccatoribus videt, sibi actum esse, & imputat, & recordatur: eos vero qui peccatores sunt aspernati, nec quoad facere poterant, reduxerunt eos, cum in his ipse sit spretus, cōtemnit.

Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Id est, Quandiu propter me fecistis, siue mei amore, mihi censeo esse facta: secus si amore humano, scilicet quia ciuis, quia cognatus, quia amicus. Et Regē se vocat hoc loco, quia tūc vt Dominus & Rex aget, de quo dicitur: *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis:* Græca vox respondens verbo, quandiu, est ἐφ' ὅσον, id est, in quantum, vel quatenus, vt quidam verterunt. Estque sensus aptus. Eatenus, vel in tantum mihi hæc fecistis, quatenus, vel inquantum fecistis etiam vni de his minimis fratribus meis. Euangelium Syrum habet:

Quotiescunq;

Hieron. in Matt. libr. 4. cap. 35. tom. 9.

Quotiescunque feciſtis vni ex his fratribus meis paruulis. Minimos autem, vel, vt Græcè legimus ἐλαχίσων, hic & inferius, & B. Hieronym. minores vertit, vt in hunc locum docent Hieronymus, & Auguſtinus libr. de verb. Dom. eos, qui omnibus dimiſſis ſecuti ſunt Chriſtum: quia tales humiles, pauperes ſpiritu, & fratres Chriſti ſunt minimi: quos digito videtur oſtendere, dicendo, De his fratribus meis minimis; de quibus ipſe Dominus alibi extenſa manu dixit,

Auguſt. loco præſcripto. Matt. 5.

Infra. 12.

Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Quanquam & ad omnes ſimpliciter referri poſſit, ac debeat, quia tales mendici, abiecti, ac deſpicabiles ſunt. Et vide, Dominum in gloria, & maieſtate agnoſcere pro ſuis fratribus mendicos & abiectos, paupertatis cultores, & amatores: ſicut à mortuis ſuſcitatus non eſt dedignarus Apoſtolos vocare fratres ſuos. Quare Paulus hortatur nos ad benefaciendum omnibus, maximè autem domeſticis fidei. *Tunc dicet & ijs qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.* Hæc ſententia horrenda erit, & omnibus audientibus contremiſcenda. Hic non fit mentio Regis, vt in ſententia priori, pijs & iuſtis data: quia vt Deus eſt, Rex, & omne bonum electis ſuis, ita reprobis nihil erit niſi vindex, & iudex. *Hæc eſt vox diei Domini amara; Gladius ex vtraque parte acutus, qui animam, & corpus ferit.* Fulgur illud, quod minatur in Deuteronomio; *Si acuero vt fulgur gladium meum;* & tonitrum illud Dauidis, de quo; *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.* Eſt ventilabrum in manu ſua, virga ferrea; verbum aſperum, de quo ſcriptum eſt; *Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.*

Alter ſenſus.

Chriſti humilitas, & charitas. *Infra. 28. Gal. 6.*

Quibus maxime benefaciendum, teſte Apoſtolo.

Vox illa Domini qualis; Diſcedite à me maledicti in ignē æternum. *Sophon. 1. Apoc. 1. Deut. 32. Pſal. 103. Matt. 3. Apocal. 2. Infra. 19. Pſal. 90.*

10 Reprobi quare ſimul cum Chriſto eſſe noluerunt. *Ioan. 3.*

Et vt ſigillatim verba huius ſententiæ ſcrutemur: *Diſcedite,* inquit, qui nunquam mecum voluiſtis permanere, qui me abieciſtis, & à vobis recedere coegiſtis. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius. Dixiſtis; *Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus;* & cum Adam, & Cain fugiſtis à facie mea. Omne enim peccatum non eſt aliud quam à Chriſto diſcedere. *Diſcedite à me,* qui ſum vitis vera, & vos palmites infructuoſi, & ſteriles, igni tantum digni & idonei: *Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Ame, Qui ſum via, & veritas, & vita:* Vos autem ſemper a via aberraſtis, mendacium dilexiſtis, & cum morte pactum iniſtis. *A me* etiam, id eſt, à conſortio meorum: nam modo commixti boni reprobis ſunt. *Maledicti.* Non dixit, *Patris mei,* ſicut benedicti, vt annotat Origenes: quia benedictio ex Deo eſt, maledictio ex diabolo, & propria hominis voluntate. Quiſque enim eſt ſibi ipſi auctor maledictionis, qui maledictione digna operatus eſt. Maledicti ergo, qui maledictionem peccati ſemper adamaſtis, iuxta illud: *Dilexit maledictionem, & veniet ei:* qui excommunicati, & maledicti dæmonis audiſtis conſilia, & cum tranſgreſſoribus Diuinæ legis maledictis ſocietatem habuiſtis, de quibus ſcriptum eſt: *Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Quod ſi tantum timetur maledictio patris, aut matris; quantum erit expaueſcenda maledictio A Eterni Patris? *In ignem,* Id eſt, carentiam regni, & beatitudinis: quia ignis opponitur regno. Vel præter pœnam damni ſignificatam in illo verbo, *Diſcedite à me,* ponitur pœna ſenſus acerbiſſima in igne ſignificata. In ignem etiam, quia abieciſtis charitatis ignem, quem ego veni mittere in terram: & ignem proprij amoris, ſenſuſque nutriuiſtis, quem pabulo carnalium delectationum aluiſtis: ignemque diſcordiæ inter fratres non extinxiſtis. *Æternum,* Quia in æternum amaſtis viuere in peccato. Et in ignem proijci ſolent zizania, paleæ, palmites ſine fructu, arbores infructuoſæ, & adulterinæ monetæ. *Qui paratus eſt diabolo.* Cuius filius eſt peccator, & reprobus, & maximè auarus, & immiſericors, & ad quem præparaſtis vos, reddendo vos arbores ſteriles, paleas,

Iob. 21. Gen. 3. Infra. 4.

A Chriſto diſcedere, quid ſit. *Ioan. 15.*

2. Cor. 6. Ioan. 14. Sap. 5. Pſal. 4. & Eccli. 7. Iſa. 28. Matt. 13.

Origen. tra. 34. in Mat. tom. 11.

Benedictio vnde ſit, atq; maledictio. Reprobi quare maledicti. *Pſal. 108. Gen. 5. Pſal. 118.*

Quid ire in ignem æternum.

Luc. 12.

Reprobi quo igne delectati dū viuerēt, infelices.

In ignem cur æternū deijcientur, & quomodo. *Matth. 13. Sup. 3. Ioan. 15. Matt. 7.*

Filij dæmonis quinam ſint. Ijdem vt præparent ſe ad ignem æternum. *Apoc. 12.* Diabolus quid ſonet. Qui ſint angeli diaboli.

Regnū cœlorū Chriſtus Angelis Dei (vti diabolo & Angelis eius ignem æternum) cur non dixerit eſſe paratū. Bona hominum merita vnde potiſſimum oriantur.

Sententiæ Chriſti iudicis in reprobos pronunciandæ cōditiones quatuor. *Iſa. 66. Mar. 9.*

His verbis: Eluriui enim, & non dediſtis mihi manducare, & reliqua reprobis præcidet

leas, pecuniam falſam, libros hæreticis opinionibus vitiatos, & magicas continentes artes, qui de more Eccleſiæ ignibus adiudicantur. *Paratus eſt diabolo;* id eſt, omni ei, qui ſe diabolum reddit, hoc eſt, Dei calumniatorem, & fratrum accuſatorem. Paratus eſt etiam angelis eius, id eſt, omnibus, qui voluntatem diaboli facientes, in naſſam peccati alios pertraxerunt, & ſcandali auctores, & duces extiterunt. Quod ſi perconteris, cur non dixit ſuperius, regnum, ad quod vocantur iuſti, paratum eſſe ſibi & Angelis Dei, ſicut ignem docet paratum diabolo, & eius Angelis? dicendum eſt, id factum, ne ſimiliter intelligas ita iuſtos mereri ſanctorum Angelorum conſortium, ſicut reprobi & impij promerentur malorum dæmonum ſocietatem: nam bona hominum merita non ex ſola noſtra pendent arbitrij libertate, ſed potiſſimum ex Dei gratia, & benignitate proficiſcuntur: at humana malitia per ſe ſupplicia promeretur æterna. Diſcedite ergo à me: quod verbum vſurpamus, cū deformia, & tetra videmus, quæ ne oculi noſtri videant, faciem auertimus. Quod ſi illi dicerent: Poſtquam nos à te repellis, ſaltem dignare nos benedictione tua, ſubdit, *Maledicti.* Quod ſi illi inſtent, Saltem mitte nos in locum amœnum, & delectabilem, ſubijcit, *In ignem.* Si illi reſponderent, Saltem mitte nos ad tempus, vt in eo pœnitentiam agamus, ſubinfert, *Æternum,* nempe gehennæ, vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quod ſi poſtremo hiſcere audeant, & replicent: Liceat ſaltem nobis bona ſocietate frui; addit, *Qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.* Et ne tam ſeueræ ſententiæ cauſſam ignorare poſſint, & vt habeant vnde plus crucientur, ſubiungit: *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare. ſitiui, & non dediſtis inihi potum.* Hæc verba magnopere ſunt expendenda, & ruminanda, quia omnes vanas excuſationes amputant. Non enim dixit: Ite in ignem æternum, quia non eſtis ex numero prædeſtinatorum, electorumve. Neq; rurſus, quia non habuiſtis opem gratiæ meæ; nec iterum: quoniam pro vobis ſanguinem meum non effudi: ad hæc quia nō fuiſtis in clariori luce Euangelij: neque rurſus, quia non fuiſtis Religioſi, aut recluſi in monaſterio. Ponit enim hic ſermo, nihil ex parte electionis, aut Diuinæ gratiæ defuiſſe, nihil ſibi ad ſalutem, præreptum ex eo quod vixerit in hac, vel illa lege, aut in hoc vel illo ſtatu: quia in omni lege, in omni ſtatu, & conditione omnibus qui ſalutem ſuam ſitiebant, patuit aditus ad vitam æternam: nunquam tamen ex ſolis viribus naturæ, ſed ex dono Dei per fidem, & gratiam: quanquam Sacramenta ad ſanctificationem hominis inſtituta diuerſis ætatibus varia extiterint.

excuſationes æquiſſimus iudex Chriſtus, ac ſeuerriſſimus.

Act. 10.

11 Quibus Chriſtus hic ignē infligat æternum.

Deinde conſidera, eos tantum hîc damnari, qui bonorum operum fructibus deſtituuntur, non qui vitioſa opera admittunt. Quale ergo iudiciū ſubituri ſunt de flagitijs commiſſis, qui de omiſſionibus & negligentijs talem ſententiam ferunt? Quid erit de impietatibus, & flagitijs in Deum, ſi ſic iniurij in proximum puniuntur? Et ſi de neglectu operum miſericordiæ, quæ ad corpus ſpectant, tanto ſupplicio plectuntur, quo ſupplicio plectendi ſunt qui ſpiritualium exercitium deſerunt, quod ſæpius maiori cum facilitate, & ſine ſumptibus præſtare poſſumus? Ad hęc, ſi tanti fit defectus charitatis apud Deū, quanti fiet defectus operum iuſtitiæ, ad quæ quis erga proximum præſtanda lege tenetur? Ad extremum, ſi ſola denegata pauperi miſericordia totum hominem in diſcrimen adducit; quam ſeuerè improperia, & conuitia in pauperes propter Chriſtum mendicantes iactata punientur? nam illa magis in Chriſtum, quam in pauperem petētem tendunt. Vnde hoc loco ſcribit Theophylactus: *Horreſce igitur, homo, cum cogitaueris hoc, quod illi neque vt ſcorta, neque vt latrones, neque vt qui graue aliud flagitium perpetrarunt, puniuntur, ſed vt hi qui bonum non fecerunt. Profecto ſi bene conſideras, raptor eſt, qui multa habet, & non miſeretur, etiamſi neminem manifeſta contumelia afficiat.* Quia enim

Theophyl.

Raptor quis.

enim quædam habet, quibus non indiget, rapit omnino ab hic qui egent, & non accipiunt ab ipso. Hæc ille.

12 Christus qua ratione esuriuit, sitiuit, &c.

Tertiò considera, Christum se vocare pauperem, nudum, infirmum, &c. cũ ait, *Esuriui enim*, &c. Tanta est enim vnio Christi cum corpore suo, vt illo ægrotante ægrotet, illo esuriente esuriat, illo peregrinante peregrinetur. Vnde pulchrè Origenes in hæc verba scribit: *Sicut anima habitans in corpore, cum non esuriat quantum ad suam substantiam spiritalem, esurit tamen vnumquemque corporis cibum, quia copulata est corpori suo: sic & Saluator patitur quæ patitur corpus eius Ecclesia, cum sit ipse impassibilis quantum ad suam diuinitatem. Sanctis enim indigentibus cibo, & ipse esurit.* Hæc ille. Rursus vide Dominum gloriari coram vniuerso orbe de eo quod nos ridiculum & contemptibile existimamus. Quod considerans Petrus Rauennas ser. in Psal. 40. O *quid agit*, inquit, *amor pauperis! gloriatur in cœlo Deus, vnde pauper erubescit in terra, & hoc reputat in honorem sibi, quod pauperi computatur iniuria. Dixisse sufficerat, Dedistis mihi potum: sed præmittit, Esuriui, sitiui: quia paruus fuisset amor pauperis quod pauperem susceptisset, nisi & passiones pauperis suscepisset: & certè verus amor non nisi passionibus probatur. Verus amor est fecisse suas angustiatis angustias: nimis est quod sapit Deo pauperis cibus, qui totius creaturæ bona non esurit: sagittatum se in esca pauperis prophetizat in regno cœli coram omnibus Angelis in conuentu resurgentium Quod Abel passus sit, quod seruauit mundum Noë, quod Abraham fidem suscepit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus crucem resupinus ascendit, Deus tacet, & hoc clamat solum quod comedit pauper. In cœlo prima est esurientis annona, prima stipendia pauperis tractantur in cœlo, erogatio pauperis prima diuinis scribitur indiurnis.* Et infra: *In die* (inquit) *mala liberabit eum Dominus. In die mala illi Deus liberator assistet, qui à malo pauperem liberarit. In angustijs illum clamantem audiet, qui pauperem cum clamaret, audiuit. Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit. Videbit diem malum, qui diem iudicij sine aduocatione paupertatis intrauerit. Sine caussa accusant peccata, quem pauper excusat. Excusari non potest, quem fames pauperis accusauit.* Supra etiam dixerat: *Et si labor intelligentiæ nullus est: vnde est intelligentiæ fructus? Oremus, fratres, vt ipse nobis intelligere intelligenda concedat, qui se intelligi in paupere sic demonstrat: quod ipse qui cœlam tegit, sit nudus in paupere, quod in esuriente esuriat saturitas verum, quod sitiat in sitiente fons fontium intelligere, quomodo non magnum est? quomodo non beatum intelligere quod ei sit ampla paupertas, cui angustum est cœlum? qui ditat munuum, quod egeat in egente? quod frustum panis, aquæ calicem dator omnium quærat? quod se Deus amore pauperis sic deponat, vt non adsit pauperi, sed ipse sit pauper? hoc cui videre dederit Deus, ipse videt, sed quomodo aut in se transfuderit pauperem, aut se in pauperem juderit, dicat ipse iam nobis: Esurijs, inquit, & dedistis mihi manducare.* Hactenus ille, satis doctè, & copiosè, vt solet.

Opera misericordiæ quo loco sint apud Deum. *Petrus Rauen serm. 14. paullo ante med.*

Verus amor quomodo probetur secundũ Chrysologum.

Gen. 4. Infra. 6. Infra. 15. Exo. 20.

Psal. 40. In die mala cui Deus liberator assistet.

Videbit idẽ, malum qui.

Christus quantopere intelligat super egenum, & pauperem, intelligere itemque nos doceat.

13

Quarto expende responsum damnatorum. *Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi.* Proprium filiorum Adæ, sed præcipuè impœnitentiũ, est se excusare de culpa. Sed vt in præcedenti parabola ille qui vnum talentum acceperat, & illud terræ infoderat, frustra se excusauit; ita & hic hœdi purgant se apud iustum iudicem, quod illum non agnouerint aliqua necessitate laborantem, vt illi deberent succurrere. Sed hæc purgatio, neque legitima, neque valida est, quia vt Dominus pronũtiat: *Quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi*, inquit, *feciſtis.* Annotauit Erasmus, falsò tamen & calumnioſe, Franciscanos nomen suum fratrum Minorum ex hoc loco desumpsisse, vt largiores acciperent eleemosynas: sed pugnat nomẽ, ἐλαχίστων Græcum, quod minimum, non minorem signat, qui & titulus est alterius religionis mendicantis. Et

Filiorũ Adæ proprium.

Matth. 25.

Franciscanæ familiæ professoribus ijs quos vocant mendicantes.

Auarorũ ingeniũ & excusationes ab eleemosynis faciendis.

Mar. 14.

Seneca. Pauper quis.

Tob. 4.

Matt. 10. Luc. 21.

14

Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Conclusio est amanda bonis, & formidanda malis: quæ sola satis est ad declinanda peccata omnia, & ad amplectendas omnes virtutes. Nam agitur in ea de toto esse hominis, vt dici solet: complectitur enim salutem, vel interitum totius hominis, & hoc in æternum: quod verbum diligenter est ruminandum, & in visceribus & medullis cordis reponendum.

Quibus modis humanæ fere sententiæ rescindantur.

Etsi autem sententiæ humanæ plerunque rescindantur per appellationem ad superiorem, aut per potentiam, aut per rei fugam, aut per malitiam ministrorum, sola Filij Dei sententia, qui & testis, & iudex, & pars læsa est, cum ait, *Et non dedistis mihi*, executionem habet paratam, & ineuitabilem. Nam si de mandato Regis Assueri scribitur in libro Esther: *Necdum verbum de ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem eius. Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo:* quanto magis Deus, cuius nutui omnia obediunt, *& qui ministros habet potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: Vt faciant in eis iudicium conscriptum.*

Esther. 7.

Psal. 102. Psal. 149.

15 Cur reprobi in ignẽ prius mittuntur æternum, quã iusti in regnũ assumantur. *Matt. 7. Infræ. 25.*

Expende, prius mitti reprobos in ignem æternum, quam iustos ad regnum: Vel quia narrationis ordo id suo iure poscebat (erat enim sermo de impijs) vel ad significandum impios mox abituros in supplicium in conspectu iustorum quod ad eorum maiorem gloriã, & vberius gaudium spectat. Pondera deinde verbum, *Ibunt hi*, nomine eos ne dignans quidem, & quibus ait, *Nescio vos*; cum tamen electos, iustos vocet, quæ nomenclatura maximam dignitatem & decus continet. Et iustos vocat, vt omne os Hæreticorum obstruatur, eos, qui operibus pietatis suam fidem testatam reliquerunt. Ibunt autem impij à facie Dei electi, & omni Dei fauore destituti; atque ita tanquam plumbum, & quasi lapis descendent in profundum inferni, vbi perpetuis pœnis, sublata omni spe veniæ, crucientur; ex quibus emergant nunquam. Iusti in corporibus glorioſis assumptis, & immortalitate donatis per dotem subtilitatis cœlos penetrabunt, & per dotem agilitatis in momento vitam æternam in cœlo Empyreo possidebunt, vbi misericordias Dei in æternum decantabunt.

Rom. 3. Contra Hæreticos, Imputatiuã dũtaxat iustia tribuentes iustitiam.

Perpende tertio, quosdam extitisse, qui ex præsenti Domini sermone ansam acceperunt asserendi, eos solum arsuros æterno ignis supplicio, qui facere eleemosynas neglexerunt: eos vero, qui eas fecerunt, licet alioqui malè viuant, ab æternis supplicijs liberos fore: vt testatur August. lib. de Ciuit. Dei, & alibi idem docet. Et isti adferunt rationem suæ sententiæ, eo quod hic Dominus non commemoret, se aliud dicturum iustis vel iniustis, nisi quod eleemosynas

Psal. 88. Qui soli damnabuntur, vel saltu fient, secundũ quosdã, sed falsò, & inepte hinc argumentantes. *Aug. libr. 21. de Ciuitat. Dei. c. 22. tom. 5.*

coluerunt, vel deseruerunt, eo quod Iacobus ait: *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam: Superexaltat autem misericordia iudicium.* Sed certè dogma ipsum vanum est, ac falsum, & ratio parum firma. Non enim perpendunt causſam sermonis hic à Domino instituti, idcirco Dominum de operibus misericordiæ locutum, vt ad hæc fideles prouocet, quæ præcipuè Dominus à nobis exigit. Et iusta est merces, vt sicut inhumanis inhumanitas, ita misericordibus misericordia rependatur: vt ait Iacobus in sententia citata. Quia ergo non est iustus quisquam qui faciat bonum, & non peccet, aliquando remedium est misericordia in pauperes, & charitas quæ operit multitudinem peccatorum, quæ hic impetrat peccati remissionem, & per consequens adipiscitur vitam æternam. Vnde Tobias ait: *Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Pondera quarto, vitam æternam, & regnum idē esse. Nā cum prius dixisset, *Possidete regnum*, postea dixit, *Ibunt iusti in vitam æternam.* Et hoc contra Pelagianos, qui inter regnum, & vitam æternam quiddam medium excogitarunt: quos merito reprehendit Augustinus. Porro nomen vitæ æternæ proprium est scripturæ Noui ipsius Testamenti, licet res ipsa sub alijs vocibus in veteri scriptura non taceatur, sub eo tamen nomine expressa non inueniatur: quæ vox etsi secundum Grammaticam rationem competere possit vitæ damnatorum, qua in tormētis in æternum perdurabunt; in sacris tamen pro beata vita, quæ in Dei visione & fruitione consistit poni solet: vnde Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum:* idcirco hoc loco vita æterna opponitur supplicio æterno. Quoniam ergo damnati etiam habebunt vitam æternam, non propterea vt iusti beatitudine perfruentur, quia eorum viuere erit mori, & ob id vita eorum æterna mors erit immortalis.

Iacob. 2.

Cur sermo hic institutus à Domino de operibus misericordiæ.

3. Reg. 8.

Psal. 13. Rom. 3. 1. Pet. 4. Prou. 10.

Tob. 4.

Vitā æternā à regno minime distingui.

Augustl. lib. de verb. Apost. Serm. 14. c. 2. & seq. tom. 10.

16

Postremo ex illo verbo, Supplicium æternum, & vitam æternam, corruunt omnes hæreses, siue antiquæ Origenis, siue nouellæ Anabaptistarum negantium supplicij damnatorum æternitatē. Nam alij senserunt, damnatos homines, & ipsum quoque diabolum cum angelis suis post diuturna pro meritis suis supplicia, tandem eruendos, & sanctis Angelis sociandos, & alternantes fore sine cessatione beatitudines, & miserias. Alij vero, hominum damnatorum supplicium aliquando terminandum, non autem dæmonum putauerunt. Alij vero, homines, putauerunt, postquam missi fuerint in supplicium, mox sanctorum intercessione liberandos. Alij rursus, non omnium malorū supplicium terminandum asserunt, sed tantum eorum, qui Baptismo sancto abluti fuerint, & participes corporis Christi effecti, maximè si in Ecclesia Catholica perceperint Sacramenta, & in ea ad mortem vsque perseuerauerint. De quibus omnibus Augustinus loquitur libr. de Ciuitat. Dei. Sed isti non vident, se in verbum Christi pugnare, Ignem æternum, supplicium æternum, ignem deuorantem, ardores sempiternos: & alio loco dicitur: *In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis;* & alibi, *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.*

Vno verbo ignis, seu supplicij æterni, Dominus quot errores, & dogmata penitus extinguat, & sopiat.

Augustl. libr. 21. de Ciuit. Dei, cap. 17. in fine to. 5. Apoc. 9. Isa. vlt. Mar. 9.

Quod vero hoc cum iustitia non pugnet, sed æquitati valde consonum sit, vt peccatum temporale æterno puniatur supplicio, docet Augustinus prædicto libro. Non enim aliqua humanæ legis iustitia attendit, vt tanta mora temporis quisque puniatur, quanta mora temporis peccauit. Nam humanę leges pro quibusdam delictis æternas inferunt pœnas: vt cum infligunt pœnam exilij, vel seruitutis. Quod enim hę pœnæ non sint æternæ, inde est, quod vita non porrigitur in æternum: & cum humanæ leges pro grandi crimine morte mulctant, non æstiment suppliciū eius iuxta moram breuissimam, qua occidit, sed quod talē auferunt in sempiternum de societate viuorum. Deinde si

17

Augustl. lib. prædicto c. 9. & 11.

Quàm sit æquitati diuinæ consonum temporale delictū æterno plecti supplicio, multis ostenditur. Ratio prima.

Secunda,

bona breuissimo temporis momento facta remunerat æterno præmio, iuxta illud; *Id quod in præsenti est momentaneū, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis;* quid mirum, si malefacta breui tempore patrata punit sempiterno supplicio? Ad hæc, peccauerunt impij contra bonum æternum, dum contempserunt vitam æternam, vt ibidem tradit Augustinus; ob id factus est homo malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum. Similiter etiam peccatum est in Deum infinitum; ideo infinitam promeretur pœnam, saltem secundum durationem: quæ, secundum Philosophū, infligitur habita ratione eius, in quem delinquitur. Præterea, homo, quantum est in se, in æternum peccat: nam, vt ait Gregorius in lib. Dialogorum, *Iniqui ideo cum fine deliquerunt: nam voluissent vtique, si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, quia nunquam desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* Sic ille. Ad hæc, iustum est, vt dū culpa manet, & pœna permaneat: culpa autem non potest remitti sine gratia, quæ post mortem non potest acquiri: ergo iustè in æternum punietur. Ruit hic simpliciter Platonis sententia, qui docebat, omnes pœnas, siue diuinis, siue humanis legibus inflictas, siue in hac vita, siue post mortē emendandas, & quandoque finiendas: vt idē Augustin. libr. 21. de Ciuitate Dei. c. 13. & tribus sequentibus refellit: libro etiā de hæresib. ad Quoduultd. eundē errorem in hæresi Origenis refutat: nā Origenes in eūdem errorem prolapsus secutus Platonem: de qua etiam re lege Epistolam Hieronymi contra errores Ioannis Hierosolymitani, Epistolamq; Epiphanij quæ extat inter illas Hieronymi. Et de his satis sit dictum. Nemo ergo sibi blandiatur, aut se ipsum decipiat, sed ex quo sententiam iudicis flectere non possumus, quoniam incorruptum se, & inexorabilem exhibebit illa die, reliquum est vt nunc adeamus ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno: quod fiet, si pœnitentiam agamus, & vitam in melius cōmutemus. Ipse enim dixit, *Agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei.* Inutilis tunc erit pœnitentia, frustra fundētur preces, munera nequaquam illū placabunt, sed hæc nunc pretiosa sunt, maximè pœnitentia, confessio, & lachrymæ gratæ sunt, preces suscipiuntur, munera in pauperes effusa libenter admittit, facilè consanguinitate nobiscum iungitur.

2. Cor. 4.

Tertia.

Augu. c. 12.

Quarta.

Aristl. lib. 5. Ethico.

Quinta.

Grego. libr. 4. Dialog. c. 44. sub initio tom. 1.

Sexta ratio.

Augu. to. 6.

Heb. 4.

Qua ratione Christum iudicē ac vindicem nobis cōciliare valeamus.

18

Et postquam dignatus est detegere capita, de quibus examinādi sumus, demus operā vt rectam de illis rationē, cū de illis examinandi ante Christum iudicem sistemur, reddere valeamus. Qua in re pulchrè nos admonet Theophyl. *At tu fuge,* inquit, *immisericordiā, & fac eleemosynas, & alias quidē sensibiles, alias autem spirituales. Pasce Christū, qui esurit salutem nostram: sed & esurientem doctrina si paueris, pauisti Christum, & potasti. In Christiano enim Christus est, & fides pascitur, & crescit doctrinis. Sed etsi videris peregrinū à superna patria, induc tecum, & collige hoc est, dum tu ingrederis in cœlos introduc & illū, ne alijs prædicans ipse sis reprobus. Et si quis incorruptionis vestē abiecerit, quam per Baptismū induit, & nudus sit, indue illum. Et infirmū fide, vt Paulus dicit, assume; & vinctū in carcere, hoc est, in carcere illo tenebroso, inuise, illi quasi splendorē admonitionem donans. Has sex species charitatis imple quidē corporaliter, imple autem & spiritualiter: nā cum duplicis naturæ simus, possunt hæc & bifariam perfici.* Hæc ille.

Theoph. in Matt. 25.

Fides pascitur, & crescit doctrinis.

1. Cor. 9.

Rom. 14.

Ministremus igitur Christo in anima nostra, dando ei cibum bonorum operum, vinum amoris, hospitiū per fidē, Christum in Eucharistia peregrinum excipiendo, vestibus virtutū induendo; visita illum vt infirmum, id est, quando nihil, vel parum potest in nobis; fac vt multum possit in te: quod fiet, si in eo speraueris, & super eum iactaueris cogitatum tuum. In carcere est, quando tantum

19

Vt nobis sit Christo ministrandum.

Psal. 54.

tantum in intellectu detinetur: ideo inde erue eum, vt per regnum animæ nostræ, & per facultates eius, & per totum corpus, & singula eius membra pergat liberè. Deinde miserendum corporibus proximorum, nō eos quasi viles & minimos reputando, sed Christum in eis cernendo. Alias si, vt Apostolus ait, *distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Quanquā non omnes, neque soli facientes eleemosynam, salui fiant, nec enim eleemosyna in peccato mortifero facta, vllum cōtinet meritum ad salutem, nec quisquam sibi de eleemosynarū largitate blandiatur. Postremo miserendum est Christo, in animabus proximorū laboranti: quod etsi potissimum ad animarum pastores spectet, omnium tamen eorum, qui iuuare possunt, munus est. Huiusmodi sunt; Porrigere panem doctrinæ fidei; vinū, & verbum amoris; nudū doctrina virtutum, quasi vestiū stola cooperire; peregrinum, nec habentem vbi caput reclinet, colligere; infirmum spiritu sustinere, & suscipere; in carcere affectuum, vel passionum existētem, liberare. Quæ opera non possunt nisi amplissima, & opulentissima mercede remunerari à supremo iudice & largissimo remuneratore Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto habeatur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

Pastorū spiritualium officium.

TRACTATVS XLII.

Atque postremus, in quo parabolæ distinguuntur, & quo modo singulis diebus Quadragesimæ applicari valeant, exponuntur.

1 Huius tractationis vsus.

VOniam multi sunt, qui fortassis tractationē parabolarum explicare populo expetant, quoniā, perutilis est, & populi captui valde accommodata, volui postremo hunc laborem subire in gratiam studiosorum, & presertim eorum, qui munere concionandi defunguntur, vt indicarē breuiter, quo die quæque parabola cōmodè explicari queat. Cum enim dies Quadragesimæ sint quadraginta, & propter dies Dominicos paullo plures, & in eodem fere numero inueniantur parabolę, vt ipse certo experimento deprehendi. (Nam illas aliquando me exposuisse memini, non sine magna auditorum voluptate, & iocunditate) propterea non erit difficilis, opinor, ne dicā infructuosus, labor. Nā si dies deessent parabolis, aut parabolæ numero dierū, facilè esset vel duas vno die parabolas absoluere, vel vnam longam in plures dies distribuere. Nā quædam sunt quæ difficilè vno queant die expediri; rursus aliæ breuiores, quam vt vni diei possint sufficere. Idē etiā labor Tractatui disceptationū, vel miraculorū, & signorū Christi accōmodari posset, si quis desiderio teneretur illa omnia per totam Quadragesimā declarādi. Quod etsi sine nostro labore quiuis vel mediocri ingenio præditus facile assequi possit: tamē studio gratiā ineūdi apud eos, qui Apostolicū munus obeunt, rationē, & methodū, quam ego in explicandis obseruaui parabolis, breuiter insinuabo.

Præmittendum etiā est, in Euangelijs Quadragesimæ diebus assignatis, parabolas nonnullas inueniri, præter quas non videtur expedire aliā eo die parabolā explicare, postquam illæ sunt, quas præcipuè tractare intendimus. Poterit etiā qui volet, Euangeliū, quod illa die ab Ecclesia legitur, simul cum parabola, quæ in illo Euāgelio legitur, vel quæ opera nostra aliunde aduehitur, illo die edisserere, vt parabola condiat Euangelium, & Euangelium parabolā. Rursus præmittendum, quæ de parabolis in genere tradenda videbuntur, vno aut altero die ante Quadragesimam, vel in principio eius explanari oportere; vt ita, quæ generalia sunt, præcedant singularia, iuxta rectam doctrinæ ordinē. His positis, iam digerā illas quo ordine sint docendæ.

Prima

PRIMA igitur die Cinerum proponenda videtur prima parabola: *Ecce exijt qui seminat, seminare semen suum: nam illa die prodeunt Concionatores ad semen verbi Dei disseminandum. Congruit etiam parabola Euangelio de bene & malè ieiunantibus, quod illa die legitur: nam semen in tres partes terræ frustra decidit, & periit: in aliam partem cadens, protulit fructum bonum. Congruit præterea ceremoniæ Ecclesiæ, quæ illa die cineres capitibus fidelium imponit: & præcepto ieiunij, quod illa die initium sumit. Nam semen quod in terram bonam cadit, sub terra latitat, & patitur multa à frigore, ab imbribus, & tandem, vti Dominus interpretatur, significat eos qui fructum adferunt in patientia: quem fructum nos patiēter ieiunantes ferre debemus.*

Matth. 13. Marc. 4. Luc. 8.

Matth. 6.

FERIA V. Cinerum, in cuius Euangelio agitur de fide Centurionis præpositi Israëlitis, potest proponi parabola *duorum filiorum missorum à patre in vineam: ex quibus alter cum dixisset se iturum, non iuit, & hic est Iudæus: alter dixit se non iturum, & iuit, & hic est Gentilis: Matth. 21.*

Infra 8. Luc. 7.

FERIA VI. Cinerum, traditur Euangelium diligendi inimicos, & remittendi iniurias: cui argumento maximè quadrat parabola Regis ponentis rationem cum seruis suis. Ex quibus vnus oblatus est debitor decem millium talentorum; qui cum remissionem à domino accepisset, conseruū debentem centum denarios suffocabat: Et hæc habetur Matth. 18.

Matth. 5. Luc. 6.

SABBATO Cinerum, in quo legitur Euangelium continens, Apostolos per totam noctem in naui laborasse contra ventos contrarios, & Christum post quartam vigiliam ad eos aduenisse. Potest autem parabolæ grani sinapis eo die explicari; quod cōtritum magnam acrimoniam edit, quemadmodum & tribulationes perficiunt homines. Et habetur Matth. 13. & Luc. 13.

Matth. 14. Mar. 6.

DOMINICA I. Quadragesimæ proponitur in Euangelio conflictus Christi cum diabolo, & victoria de illo. Valet commodè explicari parabola illa, etsi parua, Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet: quæ habetur Luc. 11. Matthæ. 12. & quam Marcus cap. 3. apertè vocat parabolam.

Matth. 4. Mar. 1. Luc. 4.

FERIA II. post primam Dominicam continet Euangelium aduentus Christi ad iudicium, in quo est parabola pastoris, ouium, & hœdorum, nec opus est aliam eo die explicare parabolam.

Matth. 25.

FERIA III. in qua legitur ingressus Christi in ciuitatem Hierusalem, & eiectio vendentium & ementium de templo, & accessus cæcorum, & claudorum, quos sanauit, potest nō ineptè explicari parabola sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregantis: ex qua boni assumuntur in vasa, mali mittuntur foras. Et habetur Matth. 13.

Supra 21.

FERIA

Supra 12. Luc. 11. FERIA IIII. *post primam Dominicam, in Euangelio Dominus acriter redarguit Phariſæos tentantes ſe, & ſignum petentes: & in virtute pœnitentiæ de peccatis agendæ præfert illis Niniuitas. Poſſet illo die parabola applicari ficus plantatæ in vinea, & per triennium expectatæ, nec tamen fructum producentis: quæ habetur Luc. 13.*

Matth. 15. Marc. 7. FERIA V. *poſt I. Dominicã conflictus Chananææ cum Chriſto deſcribitur, & ab eo donum quod patebat, impetrantis. Opportunè adduci poſſet parabola viduæ, iudicem illũ, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur, improbitate ſua expugnantis; & habetur Luc. 18.*

Ioan. 5. FERIA VI. *poſt I. Dominicam, in qua paralyticus ad piſcinam ſanitati reſtituitur, & interrogatur an velit ſanus fieri: commodè exponi poteſt parabola: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſemen in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Et habetur Mar. 4.*

Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. SABBATO *poſt I. Dominicam, & ipſa II. Dominica Quadrageſimæ idem legitur Euangelium Transfigurationis, in quo guſtus quidam magnitudinis gloriæ exhibitus eſt Apoſtolis: poſſet illis duobus diebus commodè explicari parabola patrisfamilias mittentis operarios in vineam ſuam, atque illos denario remunerantis: nam illa parabola longior eſt, & multis ſcatet difficultatibus; quæ poſſent merito operam dierum duorũ exigere. Matth. 20.*

Ioan. 8. FERIA II. *poſt II. Dominicam legitur Euangelium: Ego vado; & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire: poſſet non ineptè explicari parabola illa: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & habetur Luc. 12.*

Matth. 23. FERIA III. *poſt II. Dominicã, in quam incidit Euangelium: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite; ſecundum vero opera eorum nolite facere: poſſet eo die adduci parabola illa: Quis, putas, eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, &c. Quæ refertur à Matthæo cap. 24. & à Luca 12.*

Matth. 20. FERIA IIII. *Euangelium habet duorum filiorum Zebedæi affectantium primas ſedes in regno Dei: Quo die aptiſsimè adducetur illa parabola: Quum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo: Et habetur Luc. 14.*

Luc. 16. & ſeq. FERIA V. *Legitur hiſtoria Lazari mendici, & diuitis epulonis: quo die elucidari poteſt parabola, de qua Luc. 12. Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra ſe dicens, Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam; Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare, &c.*

FERIA VI. *Euangelium totum, parabola eſt vineæ plantatæ à patrefamilias, quam ſepi, torculari, & turri muniuit, & locauit eam agricolis, &c. Matthæ. 21. Marc. 12. & Luc. 20.*

SABBATO poſt II. Dominicam, legitur elegantiſsima parabola parentis habentis duos filios; quorum iunior abijt in regionem longinquam, & diſſipauit omnia bona ſua, Luc. 15.

Matth. 12. Marc. 3. DOMINICA III. *obijciunt in Euangelio Phariſæi Chriſto, quod in Beelzebub eijceret dæmonia. Ad quos productis nonnullis parabolis reſpondit Dominus. Ex quibus illa poſſet latè explicari, quæ de recidiuo peccato in reditu diaboli deſignato pertractat, & quæ incipit: Quum immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, &c. Luc. 11.*

Matth. 13. Marc. 6. Luc. 4. FERIA II. *vbi Dominus de Nazarenis conqueritur, quod fidem apud eos non inueniret, parabola fermenti aptè elucidari poteſt: de qua Matth. 13. & Luc. 13.*

Matth. 18. Luc. 17. FERIA III. *in qua traditur præceptum correptionis fratris peccantis in nos, pulchrè adduci poteſt parabola deſcendentis ab Hieruſalem in Hiericho, & incidentis in latrones, ſpoliati, & vulnerati, cuius plagis infudit oleum & vinum Samaritanus, Luc. 10.*

FERIA IIII. *Euangelium continet parabolam à Chriſto expoſitam: Non quod intrat in os, coinquinat hominem; ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ: De qua Matthæ. 15. & Marc. 7.*

Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4. FERIA V. *vbi ſocrum Petri febricitantem ad preces Apoſtolorum ſanauit, adduci poteſt parabola de amico veniente in media nocte ad petendum commodato tres panes ab amico: Et habetur Luc. 11.*

Ioan. 4. & ſeq. FERIA VI. *agitur de conuerſione Samaritanæ ad Chriſtum: & poteſt eleganter adduci parabola paſtoris quærentis ouem perditam: Matth. 18. & Luc. 15.*

Infra 8. *SABBATO agitur de hiſtoria adulteræ ad Chriſtum adductæ, nec ab eo condemnatæ, ſed potius accuſatoribus extra templum eiectis: poteſt ea die adhiberi parabola drachmæ perditæ, & inuentæ: Luc. 15.*

Supra 6. & ſeq. Matth. 14. Mar. 6. Luc. 9. DOMINICA IIII. *proponitur Euangelium de multiplicatione panum per ſignum facta: quod multi panem à Domino acceptum retinentes impedire ſolent. Et ideo poteſt adduci parabola villici iniquitatis, & qui defraudauit dominum ſuum: & habetur Luc. 16.*

Ioan. 2. FERIA II. *in qua de eiectione prima ementium & vendentium in templo agitur, poteſt tractari parabola agri producentis frumentum, & inimici hominis nocte ſuperſeminantis Zizania, Matth. 13.*

Infra 9. FERIA III. *in qua Chriſtus ſuam*

suam doctrinam tuetur, & ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, potest edisseri parabola: Quis vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, & recumbe: quæ tota ad humilitatem, & submissionem animi cordibus nostris infigendam spectat: Luc. 17.

Ioan. 9. & seq. FERIA IIII. *incurrit Euangelium de cæco: Potest explicari parabola: Lucerna corporis tui, est oculus: De qua Matthæ. 6. & Luc. 11.*

Luc. 7. FERIA V. *in ciuitate Naim suscitatur adolescens filius viduæ: cui applicari potest parabola hominis negotiatoris quærentis bonas margaritas: quam enarrat Matth. cap. 13.*

Ioan. 11. & seq. FERIA VI. *traditur suscitatio Lazari: Et potest explicari parabola thesauri in agro absconditi: de qua Matth. cap. 13.*

Supra 8. SABBATO *Dominus ait: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris: potest illo die explicari illa parabola: Nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne, vt super candelabrũ ponatur? quam Marc. cap. 4. inter parabolas ponit.*

Ioan. 8. DOMINICA V. *Quadragesimæ, vbi Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico; quare non creditis mihi? posset aptari parabola: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo; ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, &c. Quæ habetur Matth. 5. & Luc. 12.*

Supra 7. FERIA II. *vbi Christus minatur discessum à Iudæis, posset explicari parabola, Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere* Luc. 19. *sibi regnum, & reuerti.*

Ioan. 7. FERIA III. *in qua agitur de aduentu Christi in templum, vt proficisceretur in Iudæam, & se ipsum ostentaret, aptè congrueret parabola, siue prouerbium illud apud Ioannem:* Infra 10. *Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Nemo enim se debet ingerere, sed expectare vocationem.*

Ibidem. FERIA IIII. *in qua agitur de aduentu Christi in festo die solenni Encæniorum, vbi Christo obijcitur: Quousq; animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam: posset legi illo die parabolicum illud, quod* Ibidem. *ponitur apud Ioannem: Ego sum Pastor bonus. Bonus pastor animam suã ponit pro ouibus suis.*

Luc. 7. FERIA V. *habetur Euangelium conuersionis peccatricis in domo Pharisæi: quod inclusam habet egregiam parabolam: Duo debitores erant cuidam fœneratorĩ: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.*

Ibidem. FERIA VI. *Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium aduersus* Ioan. 11. *Iesum, & reliq. posset adaptari parabola vocatorum ad nuptias, & nolentium venire, sed potius in seruos vocantes sæuientium. Matth. 22.*

SABBATO, *atque Dominica sequenti, vbi de aduentu Christi in* Matth. 21. *die*

Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 12. *die Palmarum agitur, & Christus magno applausu excipitur, posset non incommode tractari parabola virginum, & longa, & difficilis, Matthæ. 25. atque ibi de præparatione, & confessione præuia aliquid tractari ad excipiendum Christum in Eucharistia.*

Ibidem. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. FERIA II. *vbi mentio fit de cœna, qua exceptus est Christus in Bethania, & Martha ministrabat, & Lazarus discumbebat, & Maria vngebat Dominum: posset egregie tractari parabola illa: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: Luc. 14.*

Matth. 13. FERIA III. *posset eadem parabola de cœna magna suauiter applicari Sacramento Eucharistiæ, vt auditores disponat ad dignam, & fructuosam participationem Corporis Christi.*

FERIA IIII. *posset iterum explicari parabola thesauri absconditi in agro; ad explicandos thesauros, siue fructus, quos dignè communicantes percipiunt.*

IN Die Passionis Domini, *siue illa in die Iouis, siue Veneris pro concione explanetur, potest addduci parabola illa: Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit; multũ fructũ adfert. Ioannis 12.*

IN Die Resurrectionis Domini, *ad gaudium Christi resurgentis explicandum potest adduci illud parabolicum Ioannis: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundũ. Ioann. 16.*

Luc. 14. FERIA II. Paschæ, *vbi discipuli rogant Dominum: Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies; potest adduci parabola volentis ædificare, aut Regis ituri committere bellum aduersus alium Regem: quæ parabolæ ad perseuerantiam adhortantur, quæ summè necessaria est his, qui in gratiam cum Christo redierunt: Et habetur Luc. 14.*

Matth. 18. FERIA III. Paschæ, *in qua finis de more imponi solet concionibus Quadragesimæ, potest explicari illud Matthæi Euangelium: Ideo omnis Scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Supra 7. *Et illud quo Dominus concluſit sermonem in monte: Omnis ergo qui* Luc. 6. *audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & reliq. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea; similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. Quæ conclusio parabolica cõmoda est ad imprimendum cordibus auditorum studium bonorum operum: quod vnum finis est omnis doctrinæ, & prædicationis, & exhortationis.*

Finis omnis doctrinæ, ac prædicationis quis sit.

QVONIAM vero nonnulli incidunt festiui dies in Quadragesima, difficile non erit parabolas congruas illis adaptare: Vt in die Annuntiationis, & Incarnationis Filij Dei, posset exponi illud: *Simile est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo*. In die B. Matthiæ potest explicari parabola grani sinapis: *quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus*, &c. quod etiã Euangelio suo congruit, vbi paruulis reuelantur mysteria regni cœlorum. In die B. Gregorij, parabola talentorum. In die S. Ioseph, parabola thesauri absconditi in agro: nam cum ille sortitus est in coniugem B. Virginem, magnum thesaurum inuenit. In die S. Benedicti, qui magno precandi munere donatus fuit à Deo, potest adduci parabola: *Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus*: vt intelligant qui religionem eius profitentur, & reliqui omnes religiosi, quanta cum animi submissione atque modestia fundendæ sint ad Deum preces, & laudes in templis decantandæ, vt dona quæcunque à Deo impetrare valeant. In die B. Thomæ Aquinatis potest applicari parabola: *Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam.* Non sum ignarus hæc posse accommodari alijs modis, & fortè aptioribus: propterea nemini præscribimus, occasionem tantum damus sapienti.

Matth. 22. *Supra* 13. *Mar.* 4. *Luc.* 13. *Matth.* 11. *Infra* 25. *Supra* 13. *Luc.* 18. *Matth.* 24. *Luc.* 12.

3 Quæ speciem parabolæ habere videantur.

Neque quisquam miretur quædam esse, quæ magis parabolicum aliquid habeant, quam parabola sint, vt ab initio huiuscelibri notauimus: in hac tamen accommodatione illius subtilis accommodationis rationem habendã non putauimus. Sed vt impleremus dies Quadragesimæ, quicquid verè parabolicum est, autilli proximum, adducendum merito esse existimauimus: vt sunt illa: *Esto consentiens aduersario tuo: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: Lucerna corporis tui, est oculus: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, &c. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: Mulier cum parit, tristitiam habet.* Hæc enim, & alia his similia à quibusdam quidem habentur pro parabolis, ab alijs vero pro his, quæ parabolicum continent aliquid: & ideo cũ verba Christi Euangelica sint, & apta ad docendum, non voluimus ab eis recẽsendis hoc loco inter parabolas abstinere: etsi aliter superius definierimus. Et hæc sunt quæ de Parabolis habui quę dicerem: non dubito quin meliora, solidioraq; possint à viris doctis, & in Scripturis exercitatis proferri. Nos interim in Gazophylacium Domini duo æra minuta contulimus; alij opulentiores, & in Sacris literis magis instructi in medium adferent diuitias, & thesauros sapientiæ suæ ad Euangelicarum parabolarum ornamentum, & ad studiosorum vtilitatem, ope, ac munificentia Domini nostri Iesu Christi, cui cũ Patre, & Spiritu sancto, omnis detur ab omni creatura honor, laus, gloria, gratiarum actio, atque imperium, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ibidem. & *Matth.* 5. *Ibidem*, & *Marc.* 4. & *Luc.* 8. *Matth.* 7. & *Luc.* 11. *Matth.* 7. & *Luc.* 6. *Ioan.* 12. *Infrà* 16. *Luc.* 21.

FINIS.

INDEX SENTENTIARVM NOTABILIVM SCRIPTVRAE SACRAE, QVAE IN hoc opere sermonum parabolicarum, explicantur.

Ex Genesi.

Cap. 3. *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*, pag. 60. num. 7.
Cap. 4. *Septuplum vltio sumetur de Cain, de Lamech verò septuagies septies*, pag. 85. nu. 3.
Cap. 26. *Isaac seuit in terra Canaam, & inuenit centuplum*, pag. 28. num. 10.
Cap. 27. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ*, pag. 49. num. 4.

Ex tertio libro Regum.

Cap. 20. *Non glorietur accinctus æque ac discinctus*, pag. 139. num. 4.

Ex libro Iob.

Cap. 3. *Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum*, pag. 68. num 12.
Cap. 38. *Ingressus es thesauros niuis, &c.* pag. 64. num. 4.

Ex Psalmis.

Psal. 17. *Præcinxisti me virtute ad bellum*, pag. 139. num. 4.
Psalm. 18. *Delicta quis intelliget*, pag. 338. nu. 24.
Psal. 22. *Misericordia eius subsequetur me*, pag. 216 num. 6.
Psal. 26. *Protexit me in abscondito tabernaculi sui*, pag. 67. num. 9.
Psal. 41. *Abyssus abyssum inuocat*, pag. 213. nu. 1.
Psalm. 44. *Adducẽtur Regi virgines post eam*, pag. 319. num. 2.
Psalm. 58. *Et misericordia eius præueniet me*, pag. 216. num. 6.
Psalm. 73. *Operatus est salutem in medio terræ*, pag. 342. num. 7.
Psalm. 77. *Spiritus vadens & non rediens*, pag. 88. num. 7.
Psal. 90. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*, pag. 34. num. 5.
Psalm. 134. *Qui producit ventos de thesauris suis*, pag. 64. num. 4.

Ex Ecclesiaste.

Cap. 6. *Injice pedem tuum in compedes eius*, pag. 121. num. 4.

Ex libro Sapientiæ.

Cap. 7. *Infinitus thesaurus est hominibus*, pag. 67. num. 10.

Ex Ecclesiastico.

Cap. 7. *Non iteres verbũ in oratione tua* pag. 246. num. 5.
Cap. 9. *Melior est canis viuus leone mortuo*, pag. 194. num. 16.
Cap. 14. *In bonis illius alter luxuriabitur*, pag. 209. num. 12.
Cap. 15. *Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum* pag. 49. num. 9.

Ex Isaia.

Cap. 1. *Vinum tuum mistum est aqua*, pag. 296. num. 12.

Cap: 4. *Erit germen Domini in magnificentia, pag.* 54. *num* 9.
Cap. 5. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, pag.* 154. *num.* 6.
Ego plantaui te vineam electam, pag. 293. *num* 5.
Cap. 6. *Auditu audietis, & non intelligetis, pag.* 4. *num.* 10. & 12.
Cap. 61. *Gaudens gaudebo in Domino, &c. pag.* 74. *num.* 10.
Cap. 65. *Ecce serui mei bibent, & vos sitietis, pag.* 212. *num.* 19.

Ex Hieremia.

Cap. 13. *Seminabo domum Israël, & domum Iuda semine hominum, &c. pag.* 39. *num.* 5.
Cap. 22. *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini, pag.* 35. *nu.* 6.
Cap. 24 *Ficus bonas, bonas valde; ficus malas, malas valde, pag.* 156. *nu.* 12.

Ex Ezechiele.

Cap. 26. *In delicijs paradisi Dei fuisti, &c. pag.* 75. *num.* 11.
Cap. 45. *Viginti sicli, & viginti sicli, & quindecim sicli, mnam faciunt, pag.* 280. *num.* 3.

Ex Matthæo.

Cap. 6. *Adueniat regnum tuum, pag.* 47. *num.* 3.
Cap. 8. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c. pag.* 237. *num.* 1.
Cap. 13. *Vt videntes non videant, & audientes non intelligant, pag.* 4. *num.* 10. & 12.
Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, pag. 16. *num.* 16.
Exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, pag. 26. *num.* 3.
Vt impleatur quod dictum est per Prophetam, Aperiam in parabolis, pag. 62. & 63. *nu.* 11. & 12.
Cap. 18. *Non dico tibi septies, sed vsque septuagies, &c. pag.* 85. *nu.* 2.
Cap. 24. *Duæ molentes in mola, vna relinquetur, &c. pag.* 59. *num.* 4.
Cap. vlt. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, pag.* 132. *num.* 4.

Ex Marco.

Cap. 4. *Habenti dabitur, & abundabit, &c. pag.* 15 *num.* 11.
Nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, pag. 17. *num.* 17.

Ex Luca.

Cap. 8. *Vt videntes non videant, &c. pag.* 4. *nu.* 10. & 12.
Cap. 12. *Quis me constituit iudicem super vos, pag.* 131. *num.* 1. & *seq.*
Vendite quæ possidetis, & date eleemosynã, pag. 137. *num.* 15.
Sint lumbi vestri præcincti, &c. pag. 319. *num.* 3.
Cap. 13. *Nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit, pag.* 152. *num.* 1. & *seq.*
Cap. 17. *Dicite, Serui inutiles sumus, pag.* 353. *num.* 9.
Cap. 22. *Cauete ab omni auaritia, pag.* 133. *nu.* 7.

Ex Ioanne.

Cap 10. *Non rapiet eas quisquam de manu mea, &c. pag.* 109. *nu.* 10.

Ex Epistolis Pauli.

1. Cor. 5. *Modicum fermentum totã massam corrumpit, pag.* 58 *num.* 4.
1. ad Timot. 5. *Cùm luxuriatæ fuerint, nubere volunt, pag.* 209. *num.* 12.
2. ad Timot. 2. *In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea, &c. pag.* 29. *num.* 11.

Ex Epistola Iacobi.

Cap. 1. *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, pag.* 30. *num.* 14.

Ex Epistolis Ioannis.

1. Ioan. 2. *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, pag.* 40. *num.* 6.
1. Ioan. 5. *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis, pag.* 128. *num.* 9.

Ex Apocalypsi.

Cap. 3. *Facta est habitatio omnis volucris immundæ, pag.* 33. *num.* 4.

INDEX

INDEX RERVM, QVAE in hoc Parabolarum volumine continentur.

Prior numerus tractatum indicat, posterior numerum, qui est in margine cuiusuis tractatus demonstrat.

A

ABRAHAM diues in Deum, tract. 18. num. 12.
ABVLENSIS probans Iudæos non cognouisse Christum, refellitur, trac. 36. n. 14.
ACCVBITVS primos eligere, & in accubitibus primis sedere, diuersa sunt, tract. 22. num. 2.
ACHAB scelus quod fuerit, tract. 36. nu. 13.
ACHAM furtum cui simile, tract. 39. nu. 11.
Achan imitatores qui, ibid.
ACTIO vnde fiat secundum Philosophum, tract. 25. nu. 4.
Actio gratiarum quæ Deo ingrata, tract. 30. num. 14.
Actio gratiarum quale opus sit, trac. 32. nu. 8.
Actio gratiarum perpetua in quo cõsistat, tract. 32. num. 22.
ADAGIVM cur ita dictum, tract. 1. nu. 14.
ADAM assimilatur homini descendenti in Hiericho, & incidenti in latrones, tract. 16. nu. 11.
Adam in primo comitij loco sedere voluit, tract. 22. nu. 7.
Quomodo sit in nouissimum detrusus, ibi.
Adæ filiorum quid proprium, tract. 41. nu. 13.
AENIGMA vnde, & quid sit, tract. 1. nu. 14.
AFFABVLATIO quid sit, tract. 3 num. 4.
AFFECTVS immodicus quantum noceat, tract. 37. nu. 18.
AGER vnde nomen sumpserit, tract. 18. num. 8.
Cur fodiatur, & stercoretur, tract. 21. num. 10.
AGNI nuptiæ quæ sint, tract. 22. num. 6.
Agni nuptiarum felicitas, ibid.
In Agni nuptijs quis primum teneat locum, ibidem.
Agni quos denotent, tract. 40. nu. 11.
AGRICOLAE veri locantis vineam quod sit officium, tract. 36. nu. 27.
AGRICVLTVRA quam sit iusta ac debita, tract. 23. nu. 13.
ALEXANDRI Magni celebre dictũ, tract. 29. nu. 5.
ALLEGORIAE à parabola discrimẽ, tract. 1. nu. 13.
Quomodo allegoria, anagogia, & tropologia inter se distinguantur, ibid.
Allegoriæ vsus in sacra Scriptura qualis sit, ibidem.
Allegoria elegans Lucæ 10. est, ibid.
Vera allegoria quid, & quotuplex, nu. 14.
Quomodo differat à parabola, nu. 13.
Allegoria Scripturarum propria quæ sit, tract. 3. nu. 11.
ALTILIA cur ita dicantur, tract. 37. nu. 5.
Altilia quid mysticè, num. 17.
AMICORVM fidelium raritas, & quæ causa, tract. 17. nu. 2.
Amici honesti rari, ibid.
Qui amicos prodiderunt, ibid.
Amico quid præstandum, tract. 17. nu. 4.
Amici dilectio & salutatio, si inimicum odio habeas, nullius erit momenti, tract. 23. num. 4.
Veri amici qui, tract. 22. nu. 10.
AMICITIA humana qualis, tract. 17. nu. 2.
Quantum refrixerit amicitia, tract. 17. nu. 3.
Amicitiæ proprium quid, tract. 17. nu. 5.
AMORIS proprium, tract. 18. nu. 16.
Proprij amoris damnum, tract. 36. nu. 32.
Verus amor quomodo probetur, tract. 41. num. 12.
ANGELI cur à Christo messores tritici dicantur, tract. 6. nu. 15.
Angeli per volucres cœli significantur, tract. 8. nu. 9.

Angeli vt exeant & separent malos de medio iustorum, tract. 12. nu. 6.
Angeli cur alati describantur, tract. 19. num. 5.
Angelis cur tribuitur nonagenarius numerus, tract. 25. nu. 6.
Angeli cur Christi amici & vicini, tract. 25. num. 13.
Cur de bono nostro delectantur, tract. 25. num. 14.
Angelorum gaudium duplex, tract. 25. num. 17.
Quare Angelis sit gaudium supra vno peccatore pœnitentiam agente, tract. 26. nu. 7.
Angeli cur Christo iudici assistent, & quomodo, tract. 40. nu. 8.
ANIMAS Sanctorum Deus repetit tract. 18. num. 12.
Impiorum vero dæmones, ibid.
A quo non repetitur anima, ibid.
Gaudium de conuersione animæ, de cuius salute desperabatur, cur maius, quam si de ea fuisset aliqua spes, tract. 25. nu. 21. & 22.
Anima nostra quomodo Deo poterit fructificare, tract. 36. nu. 34.
Ad animarum spiritualem negotiationem qui vocantur, tract. 39. nu. 6.
Anima rationis particeps secundum essentiam æqualis in omnibus hominibus, at in perfectione accidentali inæqualis, num. 8.
Anima rationalis nihil per successionem acquirit sicut corpus, ibid.
Vnde gradus perfectionis animæ desumendus est, ibid.
Captus animæ capacitatem corporis sequitur, num. 9.
ANNVLI quis vsus, & quid significet, tract. 28. nu. 10.
ANTICHRISTVS vnde conabitur in cœlum ascendere, tract. 40. nu. 7.
ANTIGONI Regis Macedonum acutè dictum, tract. 17. nu. 13.
ANTIPHONA quid, tract. 33. nu. 10.
ANTISTITES Ecclesiæ quales se debent agnoscere, tract. 20. nu. 3.
ARBITRIVM, De libero arbitrio quid senserint quidam hæretici, tract. 16. nu. 13.
Liberi arbitrij subiectio Deo, aut superiori, præclarum opus, tract. 27. num. 6.
Quæ cum libero arbitrio bona nobis acceßerint, tract. 27. nu. 7.
Liberi arbitrij vis, tract. 39. nu. 14.
ARIETES quos denotent, tract. 40. num. 11.
ARISTIPPI Philosophi superbum dictum, tract. 22. nu. 11.
ARROGANTIA quantum malum, tract. 32. num. 18.
ARTES quæ discendæ, tract. 33. nu. 12.
APIS proprium quid, tract. 30. nu. 11.
APOLOGVS quid sit, & in quo differat à parabola, tract. 1. nu. 11.
Cur tam familiariter auctores profani apologis vtantur, ibid.
Quare Christus apologis minimè sit vsus, ibid.
Apologis prophetæ vsi non sunt, ibid.
Apologus elegans in lib. Iudicum reperitur, tract. 1. nu. 12.
Elegans apologus Demosthenis, tract. 2. num. 4.
APOSTOLI quo fuerint Prophetis beatiores, tract. 2. nu. 13.
Apostolis cur datum sit nosse mysteria regni cœlorum, cæteris non item, num. 16.
Apostoli, eorumq; sectatores quomodo fuerint granum sinapis, vtque creuerint in arborem magnam, tract. 8. nu. 10.
Apostoli quam sint Ecclesiæ vtiles & salutares, num. 11.
Apostoli quales erant in oculis suis, nu. 10.
Apostoli totum mundum conuerterunt ad fidem, & nos nec reliquias Gentium conuertere possumus, tract. 9. nu. 8.
Apostoli quem habebant thesaurum in vasis fictilibus, tract. 10. nu. 14.
Apostoli nuntiarunt excusationes nolentium venire ad cœnam, tract. 23. nu. 15.
Apostolorum quanta charitas, tract. 23. num. 16.
Apostoli quas acceperint minas, tract. 34. num. 22.
AVARITIAE effectus qui sint, tract. 18. num. 5.
Auaritiæ vitium quam latè pateat, tract. 18. num. 7.
Auaritiæ crudelitas, tract. 18. num. 8.
AVARORVM inopia quanta sit, tract. 5. num. 5.
Auari superflua retinentes quo sensu dicantur raptores, tract. 18. nu. 8.
Auari misera conditio, tract. 23. nu. 12. & tract. 27. num. 17.
Auarorum ingenium, tract. 41. nu. 13.
AVDITORES legis qui nō sint iusti apud Deum, tract. 35. nu. 13.
AVGVSTI in templum Hierosolymitanum pietas, tract. 21. num. 2.

B

BAPTISMI & Pœnitentiæ diuersa conditio, tract. 25. nu. 1.
Lapsis post baptismum locum esse pœnitētiæ ostenditur, & hæreses circa hoc confutantur, tract. 25. nu. 1.
Baptismi status qualis, tract. 25. nu. 1.
In Baptismo cur oleo siue Chrismate vngi soleamus in vertice, tract. 38. num. 26.
BATVS quid, tract. 29. nu. 8.
BEATITVDO quid, tract. 23. nu. 10.
Gustus beatorum qualis, tract. 23. nu. 10.
Beatorum gaudium duplex, tract. 25. nu. 17.
Beatus quis viuens, tract. 38. nu. 2.
Beatus non vtitur phantasmatibus ad cognitionem illarum rerum, quarum habet species infusas, tract. 38. num. 16.
In beatis non redundat visio Dei ab intellectu in sensus, sed resultat gaudium, ibid.
BELLORVM difficultates, tract. 29. num. 5.
Belli neruus pecunia, tract. 29. nu. 6.
BENEDICTIO vnde sit, tract. 41. num. 10.
BENEFICENTIAE diuinæ magnitudo, tract. 33. num. 15.
Benefaciendum quibus, tract. 41. nu. 9.
BENIAMIN quid significet, tract. 40. num. 12.
BENIGNITATIS argumenta, tractat. 28. num. 8.
BODII hæretici oscitantia, tract. 38. num. 20.
BONA terræ quibus nascuntur tantummodo, tract. 18. num. 10.
Fortunæ bona quare non bona, ibid.
Bona quæ non sunt appellanda, ibid.
Per bona temporalia qualiter Deum offendamus, tract. 23. num. 12.
Bona huius seculi nunquam satiant, quæcumq; sint, tract. 27. num. 17.
Bonis quæ non appetimus, priuari non dolet, num. 19.
Bona Domini sui quis dissipet, tract. 29. num. 11.
Bona quæ facimus, qua ratione magna facere valeamus, tract. 30. num. 11.
De bonis quæ facimus quatenus cogitandum, tract. 32. num. 11.
BONITAS diuina in electos quanta, tract. 41. nu. 7.
BONI desiderium quid conferat, tract. 29. num. 9.
Qualis bonorum à malis secretio, tract. 40. num. 11.
Huius separationis duplex conditio, & in quibus figuretur, ibid.
BRACHIVM quid mysticè, tract. 25. num. 10.
BRVTA vti ratione, quidam Philosophi putauerunt, tract. 1. num. 11.

C

CADVS quid, tractatu 29. num 8.
CAIETANI sensus de pari numero seruandorum & damnandorū reijcitur, tract 38 num. 12.
Perperam Caietanus tollit verbum Sponsæ, de Euangelio de decem virginibus, tract. 38. num 15.
Eius differentia soluitur, ibid. & num. 16.
CALVMNIATORVM pœna, tractat. 29. num. 3.
CANIS viuus melior est leone mortuo, quid significet, tract 25. num. 16.
CARNI sola lex Christi frænum adhibet, tract 38 num. 4.
CASTITAS sobrietatis indiuidua comes, tract. 19. num. 6.
CENTENARII numeri perfectio, tract. 29. num. 21.
CERAE in Veteri Testamento non fuit vsus, tract. 38 num 3.
CHARITAS fermento optimè assimilatur, tract 9 num 9.
Mirabiles eius virtutes, ibid.
Charitas turri comparatur, & prosequitur comparatio, tract. 24 num 9
Charitatis effectus, tract. 28 num. 10.
Currum Charitatis qui sunt equi trahētes, tract. 37. num 18.
Charitatis proprium quid, tract 38 num. 17.
Charitas probatorum signum, tract 38. nu. 23.
Carentes charitate, veste nuptiali carent, tract. 37 num. 22.
Hæc à quo donetur, & cui, ibid. nu. 24.
Varij eius vsus, ibid. nu 23.
Quare dicatur vestis duplicata, ibid. nu. 23.
Qualem reddat habentem, ibid
CHRISTVS Dominus cur in parabolis loqueretur, vti ab auditoribus nō intelligeretur, tract. 2. num 14.
Christus dominus quomodo in sanctis Veteris Testamenti adumbratus sit, tract. 3. num. 5.

Christus cur vilium potius, quam corporũ nobilium similitudines vsurpauit, num. 7.
Christus quomodo furi comparetur, num. 8.
Cur Christus de vna eademque re plures interdum parabolas fecerit, nu. 9.
Cur Christus paucas admodum parabolas explicauerit, & quas, nu. 10.
Quæ nam Christus de se ipso prophetarum vaticinia Euangelio mandari voluerit, nu. 10.
Qua ratione Christus regnum suum sibi comparauit, tract. 4 nu. 5.
Quare Christus clamabat, Qui habet aures audiendi audiat, ibid.
Christus qualis prædicator, nu. 11.
Christus ille est qui seminat semen suum, tract. 4 nu. 12.
Christus quare dicitur exire seminare, ibi.
Olim Christus quomodo seminabat, num. 13.
Christus cur sit Verbum regni, semen, & seminator, nu. 14.
Christus seminatus in corde humano quid speretur, num 14.
Quomodo Christus dicatur dormire & exurgere, tract. 7 nu 8.
Christi in aduersarios mira benignitas, tract 8 num 3.
Christus quam similis grano sinapis in virtute & ramis, &c nu. 9.
Arbor Christus quam superet omnia olera, num 9.
Christus cur sit varia nomina sortitus, &c. tract. 9. num. 2.
Christus quam rectè fermentum vocetur, num. 7.
Gratiæ Christi virtutes, nu. 9.
Christus dicitur inuenisse thesaurum in agro suo, tract. 10. nu. 7.
Christus quare sit thesaurus absc̃ditus in agro, & quibus, & in quo agro, num. 10. & 11.
Quanta charitas Christi in nos, nu 9.
Christum qui habet, quam sit diues, nu. 10.
Christus thesaurus verus quibus fuerit absconditus, & qui possit inuenire, num. 11.
Inuentum thesaurum, Christum scilicet, cui homo abscondat, & quibus, nu. 13.
Quæ bona vendẽda pro emendo thesauro Christo inuento, nu. 13.
Quas pretiosas margaritas Christus inuenerit, tract 11. nu. 1.
Christus est mercator quærens bonas margaritas, nu. 7.
Cur Christus quærat bonas margaritas, num. 9. & 10.
Christus quam pretiosam margaritam inuenerit, num. 12.
Christus vt vendidit omnia quæ habuit, vt emeret margaritam, num. 13.
Christus pretiosa margarita est cuique comparanda, num. 15. & 16.
Christo omnes proprietates lapidum pretiosorum conueniunt, nu. 16.
Christus margarita si teritur, quam vim habeat, num. 17.
Christus margarita quos ornet ac decoret, ibid.
Christum margaritam respuentium hominum sunt genera quatuor, nu. 18.
Christum margaritam vbi gestare debeamus, num. 22.
Christi humilitas sagenæ missæ in mare comparatur, tract. 12. nu 6.
Christi prædicationis seu piscationis diuinę suauitas, ibid.
Christus cur interrogabat quod sciebat, nu 9.
Christus leo de tribu Iuda, prostratis, & humilibus libenter parcit, tract 13. nu. 9.
Christus cur se ostium nominauerit, & est ostiarius Ecclesiæ, tract 14 nu. 4 & 5.
Christus quibus & quomodo ostium in Ecclesia aperiat, tract 14 nu 5.
Christus cui nominatim proprias oues nominat, num. 8.
Vnde educat Christus oues, & vti ante eas vadit, ibid
Christus cur in parabola boni pastoris obscurè locutus sit Pharisæis, nu 11.
Christi sapientia qualis, tract 14. nu 11.
Cur Christus ostium ouium sit, & quomodo, ibid & nu. 13. & 19
Quomodo si pastor ouium, & ostium esse possit, num 12.
Christi officia quæ sunt, ibid.
Quomodo sit Christus ostium pastorum, nu. 12.
Venire ante Christum quid sit, nu 15.
Christus portas, scilicet ad salutem aperuit nobis, nu. 17.
Christus cur se bis ostium appellauerit, num. 18.
Ad Christum quomodo sit intrandum, num. 19.
Qui per Christum ingreditur, quæ pascua inueniat, nu. 20.
Christus quam vitam venit daturus ouibus suis, num 20.
Christus qua occasione se dixerit pastorem bonum, & vnde sit, & quam conuenienter, tract. 15. nu. 1. & 2.

A quibus

A quib. cognomentis Christus abstinuerit, ibid.
Christus pastor bonus duplici nomine, & quàm aptè illi titulus conueniat, num. 2. 3. & 5.
Christi pastoris epitheta, ibid.
Quos per se Christus commendauerit, ibid.
Christi pastoris excellentia in quibus fuerit adũbrata, num. 3.
Christus cur se persequentes aliquando fugerit, & verè pastor est, num. 9.
Christus cur se bonum pastorem ingeminet, num. 13.
Vt cognoscat oues suas, & ipsæ eum cognoscãt, ibidem.
Christum qui dicantur nescire, ibid.
Quàm sæpe Christus suum cum Patre commercium annumerauit, num. 13.
Opera Christi charissima fuerunt Patri, nu. 15.
Quàm verò Christus ob mortem pro nobis susceptam diligatur à Patre, ibid.
Christus vt animam posuerit, vt iterum eam sumeret, ibid. & num. 16. & 17.
Christus vt sponte mortem susceperit, num. 16.
Christi doctrina quàm sit veteri congrua, tract. 16. num. 6.
Christi beneficia in hominem numerantur, trac. 16. num. 20.
Christi in nos charitas quanta, tract. 17. num. 5.
Christus qualis amicus, ibid.
Christi in homines quàm mira dignatio, ibid.
Christus qualis iudex, tract. 18. num. 1.
Christi pietas spiritualis quæ, num. 7.
Christus cur sæpe eadem monita, & consilia inculcet, num. 13.
Christus quibus regnum promittat, tractat. 18. num 14
Christi discipulorum duo genera, num. 15.
Christus quibus suadet vendere quæ possident, num 15.
Christi nuptiæ quæ sint, tractat, 19. num. 10.
Quomodo Christus veniat à nuptijs, ibid.
Quare Christus Dominus seruis suis ministrabit in cœlo, & quid eis ministrabit, tract. 19. nu. 11.
Quomodo Christus accinget se, & faciet seruos suos discumbere, ibid.
Christus quando fodit, & stercorauit ceu vineã synagogam Iudæorum, tract 21 num 10.
Quando Christus fructum quærit de vinea animæ nostræ, tract. 21. num 13.
Christus salubriter obseruat eos qui se obseruant, tracta. 22 num. 1.
Christus quale symbolum soluerit Pharisæo se inuitanti, numero 2.
Christus ab omni adulandi specie quàm fu erit alienus, num. 2.
Christi grauitas, & modestia, num. 3.
Christi documentum de vltimo loco eligendo quò spectet, num 4.
Christo quàm grata humilitas, num. 19.
Christi prædicationis fructus in domo Pharisæi, tractat. 23 num 7
Christus qualis seruus, num. 11.
Christus libenter cur in Galilæa versaretur, ibid. num. 15.
Proprium Christi quid, num. 16.
Christus qualis homo sit, num. 18.
Christi in Apostolos & matrem odium sanctũ, tract. 24. num. 2.
Christi discipulatus duplex, tract. 24. num 3.
Christus qualiter contra nos venit, & cum decẽ millibus, & quando cum viginti millibus, tract 24. num 15.
Christi, tum hominis, tũ Dei, quid, tract. 25. n. 1
Christus potuit, & debuit, cum peccatoribus ambulare, & manducare cum illis, tractat. 25. num 4.
Quàm sæpe de hoc se excusauerit Christus, ibid. num. 5.
Quos iustos non venerit vocare Christus, ibid.
Quantum Christus vt nos inueniret postulauerit, num. 9.
Quando inuenit Christus oues errantes, ibid.
In quos humeros hanc ouem imposuerit, nu. 10
Christus portans nos, quid nos doceat, nu. 10.
Quot modis portet nos, ibid.
Aliter portat iustos, aliter peccatores, nu. 10.
Qui nam sint Christi scabellum, ibid.
Christi passio qua ratione ei iucunda ex titit. tract 25. num 11.
Quantum Christus gaudeat de peccatorum cõuersione, num. 13.
Cur Christus peccatorem ouem suam vocet, ibidem.
Christi humanitas quibus mulieribus adumbrata, tract. 26. num. 4.
Christus quando inuenit drachmam perditam, numer. 7.
Christus vitulus nuncupatur, tract. 28. nu. 10.
Per Christum quantum nobis commodi venerit, ibid.
Christi diuitiæ incomparabiles, tract. 29. nu. 2.
Christi dispensatores qui sunt, num. 3.
Dicta Christi ironica quæ, num. 13.
Vtiles Christo quando simus, trac. 30. num 8.

Et quare nos appellet seruos inutiles, nu. 9.
Christus in cœlo à beatis variè participatur, tra. 33. num. 24.
Christi regnum quando inceperit, tract. 34. nu. 2
Huius regni ab alijs diuersa conditio, ibid.
Regnum Christi spirituale quomodo innotescat, num. 2.
Christi nobilitatis insignia, num. 8.
Christus cur dicatur regnum accipere, & nõ cõparare, num. 10.
Et cur sibi, & non alijs accipere, ibid.
Christus qua ratione administret regnum suũ, id est, Ecclesiam, ibid.
Pro quibus, & sibi regnũ accepit Christus, ibid.
Quando regnet in nos Christus, & quando regnemus nos, num. 11
Quando Christus regnabit super nos, nu 25.
Christi hostes qui nobis debellandi, ibid.
Christi in responsis sapientia, tract. 35, num 1.
Christi suauis increpandi ratio, num. 9.
Christi qui soli vicerint, ibid.
Christus vt venit ad Iudæos, num. 12.
Pro quibus Christus in cruce pendens orauit secundum Aug tract 36 num 14.
Quibus se patefecerit Christus, ibid
Quomodo aliorum sanguine Christus fuerit inquinatus, num 15.
Qua ratione Christus cum Iudæis suis desertoribus videatur egisse num. 21.
Christus super quos cadat, & conterat, nu. 26.
Christus cur dicatur lapis cadens, num 26.
Christi iudicis irreuocabilis sententia, ibid.
Christus quomodo a nobis comprehendatur, ejiciatur, & occidatur, num 31.
Quanta nobis parauerit Christus, num 17.
Christi conuiuio qui censeantur indigni, tract 27. num. 23
Christũ induere iuxta Apostolũ quid sit, nu. 24
Quanta sit Christi sponsi mora, & cur tardare videatur, tract 38. num 18.
Christus quem dicatur cognoscere, & quẽ ignorare, num 23.
Quam longanimus sit Christus, tract. 39. nu. 5.
Eiusdem in nos amor professus, num. 5.
Christus in primo aduentu venit iudicandus, in secundo veniet iudicaturus, tract. 40. nu. 4.
Christi benignitas quanta, num. 5.
Christus cur mortì proximus, mentionem fecit diei iudicij, num 5.
Christus duplici titulo gloriam habet, num. 8.
Super quam sedem Christus sedebit in iudicio, num. 9.
Stet cur nunc Christus, ibid.
Oues qui sint Christi, num. 11.
Qui verò hœdi, ibid.
Christi triplex nomen, tract 41. num 4.
cur se Regem vocet, ibid
Quare Christus in die iudicij primùm iustos benedicet, ibid
Cur Christus sententiam iudicij rationibus confirmabit, ibid.
Christi iudicis modestia, num. 8.
Christi onera qualia sint, num 8.
Christi qui fratres minimi, num. 9.
Christi humilitas, & charitas, ibid.
a Christo discedere quid, num. 10.
Sententiæ Christi iudicis in reprobos quatuor conditiones, ibid.
Christus qua ratione esuriuit, num 11.
Christi in pauperes solicitudo, num. 12.
Vno Christi verbo quot errores confutentur, num 16.
Qua ratione Christum iudicem nobis conciliare valeamus, num 17.
Quomodò nobis sit Christo ministrandũ, nu. 19.
CHRISTIANI boni vita in quo sita est, tract 19 num 9.
Apud Christianos quis locus vt dignior affectari, & eligi consueuerit, tract 22 num 3.
Quales Christiani præ infidelibus sint, tract. 20. num. 8.
Christiani cur virgines dicantur, tract. 38. nu. 14.
Eorum qui prudentes, qui fatui, ibid
Quam lampadem gestent in manibus, ibid.
Christianorum vita quid sit, num 5.
CHORVS quid, tract 28 num. 12.
Chorus in Scripturis, ibid. num 12.
CICHAR Hæbræis quid, tract. 39. nu. 4.
CIVITATI cui interitus paretur, cui verò salus, tract. 31. num 6.
CLAVDI qui sint, cur ad cœnam magnã vocentur, tract 23. num. 16.
CLEOPATRA, AEgypti Regina, vna cœna centies mille sestertium absumpsit, tract. 11 num 3.
CLERICORVM bona quorum sint, tract. 16 num. 8.
Clericorum manus cur vngantur, ibid.
Quomodo diuitiarum possessio in clericis damnetur à Chrysost. tractat. 24. num. 17.
Clericus quid sit, ibid.
Qui clerici ex Hieronymo sola decimarum oblatione debeant esse contenti, tract. 24. nu. 17.
Cœli optimum quid, tract. 23. num. 18.

Cœli

Cœli abundantia qualis sit, tract. 14. num. 20.
In cœlum quis peccet, tract. 28. nu. 5.
COENA Græcis vnde dicta, tract. 23. nu. 10.
Cœna recta quæ olim Romanis, ibid.
Cœna dubia eiusdem quæ, ibid.
Cœna magna cur fuit dicta, ibid.
Cœna cœlestis qualis, ibid.
Ad cœnam magnam cur multi, & non omnes inuitantur, num 11.
COGNITIONEM sui cum quis amittit, plura mala perpetrantur, tract. 13 nu 12.
COLLVM nostrum quid, tract. 28 nu 7.
CONCIONATORES quid in dicendo debeant obseruare, tract 2 nu. 5.
Concionatores veri quales sint, tract 4. num. 12.
Concionatores quomodo debeant exire seminare exemplo Christi, ibid
Concionator semen verbi Dei suum debet facere dupliciter, num. 15.
Concionatores quomodo debeant semen verbi Dei seminare, ibid.
Concionatore nesciente crescit semen verbi Dei, tract. 7. num 8.
Malo exemplo cõcionatorum semen verbi Dei redditur inefficax, tract 8. nu 2.
Concionatores exemplo Christi bonas margaritas debent quærere, tract 11. nu. 13.
Concionatores quales esse debeant, tract. 12 num. 9.
Concionatores tantum docentes, & non facientes, quibus assimilentur, tract 4. nu 10.
Factis quandiu concionatores prædicaturi sunt, ibid.
Concionatores canes Ecclesiæ sunt, tract. 14 num 5.
Concionatoribus quid sibi persuadendum est, tract 15. nu. 18.
Concionatores vt mittantur ad barbaras nationes, tract 23. nu. 20.
Concionatorum officium, tract. 36 nu. 12.
Qui concionatores vinum aqua misceant. ibid
Quid vitandum concionatoribus, ibid.
CONFESSIO qualis nos reddat, tract. 30. num. 9.
In confessione quis tantum modo accusandus, tract. 28. num. 5.
In confessione quæ accusanda, tract. 32. nu. 14.
CONFIDENTIA nimia de se ipso fugiẽda, tract. 32 nu. 1.
CONSCIENTIAE bonæ periculũ grande, tract 30. num. 14.
Conscientiæ securitas vnde oriatur, tract. 27. num. 12.
CONSILIA Euãgelica qualia vincula, tract 16 num. 15.
Consilium quid, tract 29. nu. 9.
SVB CONSTANTIO Imperatore quanta fuerit Fidei inconstantia, tract. 31. nu. 15.
CONVIVIA diuitibus exhibita quo modo Deo grata, tract 23. nu. 3.
In vltimo conuiuij loco quãdo sederit Christus, tract. 22 num. 7.
Quando ei dictum fuerit, Amice ascende superius, ibid.
Veri amici qui, tract 22. num. 10.
Quibus dicat Christus, Amice ascede superius, num. 12.
In conuiuio Eucharistiæ, orationis, Sacræ scripturæ, quomodo nouissimus locus ambiendus, tract 22. num. 14. 15. 16.
Vltimus conuiuij locus multis rationibus nobis defertur, num. 19.
Ad conuiuium vocare ambitiose quantum reprehendatur, tract. 23. nu. 1.
Magnum conuiuium omnibus qua hora fuit factum. num. 11.
Qui fuerunt primi ad id admissi, ibid.
Ad hoc conuiuium inuitatis quando seruus dixit vt venirent, ibid.
Quando dictum est in conuiuio omnia esse parata, ibid.
Qui se excusarunt ne ad id venirent, tract. 23. num 12.
CORDA hominum quomodo bonum fructum ferant, tract 4 nu. 11.
Cur in eis parum fructificet semen verbi Dei, ibid
Cor peccatorum omnium sedes, tract. 32. num. 14.
CORPVS nostrum dupliciter præcingi potest, tract 19. num. 6.
CORVS qualis mensura, tract. 29. nu. 8.
CRATES Thebanus proiecit aurum in mare, & cur, tract. 19 nu. 6.
Creaturę cur hominem satiare non valeãt, tract. 27 num. 13.
CRVX magna quæ, & quomodo toleranda, tract. 24. num. 3.
Baiulare Crucem suam quid, ibid.
Crucem quando post Christum baiulemus, ibid.
Quando post Satanam, ibid.
CVPIDITATIBVS proprijs obsistere quorum sit, tract. 24. nu. 7.

Cupiditatis

Cupiditatis vis quanta, tract. 31. nu. 6.
CVRIOSITAS cui comparetur, tract. 23. num. 13.
Qui sint eius serui, ibid.
B. CYPRIANI ad lumbos accingendos elegans exhortatio, tract. 19. num. 10.

D

DAMASCVS quid, tract. 24. nu. 16.
Quid repræsentet turris quæ est contra Damascum, ibid.
DAMNATOS quantum cruciabit beatitudinis appetitus nunquam explendus, tract. 38. num. 2.
DAVID quid fecit post remissionem peccati, tract. 28. nu. 7.
DEBILES vocantur ad cœnam magnam, & qui sint, tract 23. nu. 16.
DEBITORES Domini qui, tract. 29. num. 22.
Mali debitoris conditio, tract. 36. nu. 11.
DEBITVM quo iure alteri remittendū non sit, tract. 13. nu. 13.
DELATORES quatenus audiendi, tract. 29. num. 5.
DENARIVS vnde dictus, tract. 26. nu. 2.
Denarius diurnus quid, & vnde dictus, tract. 33. num. 8.
Denarius quare diurnus appellatur, nu. 24.
In denario numero cur fideles designētur, tract. 38. num. 11.
DESIDERIVM quod non impletur, quātum cruciat, tract 38. nu. 2.
DEVS Optimus Maximus nulli suam gratiam denegat, tract. 4. num. 10.
Cur Deus in terris sterilibus, id est, peccatoribus, seminat, nu. 11.
Deus qualis agricola, ibid.
Dinarum personarum attributa, & causæ, tract. 4. num 15.
Deus vti possit fermentare homines, si velint, tract. 9. num. 10.
Dei erga nos bonitatis argumentum, tract. 12. num. 12.
Dei duo tantum sunt domicilia, tract. 14. nu. 4.
Dei erga Ecclesiam prouidentia, num. 17.
In Deo quomodo nos vnum sumus, tract. 15. num. 13.
Deo gratissima est cura salutis animæ, nu. 15.
Deus sanctorum animas reperit, tract. 18. nu. 12.
Quatenus Deus dederit animam homini, ibid.
Deus quando, & qua ratione pulset, tract. 19. num. 10.
Quas ianuas pulset, ibid.
Ei confestim aperiendum, ibid.
Dei sapientia in punienda delictis, tract. 21. num. 3.
Quem fructum à nobis Deus quærat, nu. 13.
Eius Dei quam dulcis & suauis, tract. 23. nu. 10.
Quale opus Dei cœna cœlestis, tract. 23. nu. 10.
Cœnet cum Deo quis, & Deus cum illo, tract. 23. nu. 23.
Deo appropinquare, & ab eo recedere quid, tract. 25. num. 2.
Deus quomodo non videat peccatores, num. 9.
Quando nos quærat Deus, ibid.
Dei erga nos amor, qualis, nu. 13.
Dei bonitas eleganti similitudine ostenditur, tract. 26. nu. 11.
Deus cur homo dicatur, tract. 27. num. 4.
Dei diuitiæ quæ, nu. 7.
Deo seruire, quam liberum esse, præstantius, num. 8.
Quare Deus hominem in libertate reliquerit, num. 8.
Cur Deus faciem suam ab homine auertit, num. 9.
Deus infinitè distat à creaturis, nu. 11.
Qui Deum derelinquant, num. 13.
Deus ad se venientes quo oculo respiciat, tract. 28. num. 6.
Quanta Dei cum his misericordia, ibid.
Cuius miseriæ solus Deus misereatur, ibid.
Deus quam pronus ad clementiam, nu. 7.
Occursus Dei quid, ibid.
Quomodo dicatur Deus cadere super collum peccatoris, ibid.
Deus quando nobiscum manducet, & nos cum Deo, tract. 28. nu. 10.
Dei patris in nos charitas, ibid.
Deus cur roget nos, & qua ratione, nu. 13.
Mandatum Dei nunquam præterire quid, ibid.
Qui nos Deo deferant, tract. 29. nu. 4.
Bona Dei a nobis quatenus dissipentur, nu. 5.
Deus quibus modis vocet nos, ibid.
Deo quibus de rebus reddenda ratio. nu. 5.
Deus nouit corda, nu. 18.
Deo seruiamus quando, tract. 30. nu. 6.
Quam habebit Deus gratiam seruis suis, nu. 7.
Deus quem habeat pro filio, pro vtili, & pro iusto, ibid.
Deo inutiles sumus multis modis, nu. 11.

Qua ratione Deo vtiles esse poterimus, ibid.
Deum quomodo possimus nobis constituere debitorem, ibid.
Deum cur multi non timeant, tract. 31. nu. 6.
Deus cui assistet liberator in die mala, tract. 41. num. 12.
Deus neminem reueretur aut timet, tract. 31. num. 8.
Deus iudex timere quatenus dicatur, num. 11.
Cur Deus non semper hic puniat delinquentes, num. 12.
Quem censum à nobis Deus requirat, tract. 32. num. 22.
Dei iudicium quis vsurpet, nu. 23.
Deus quid consideret in donis sibi oblatis, trac. 33. nu. 2.
Dei erga Ecclesiam mira semper prouidentia, num. 18.
Quomodo Deus secundum condignū, & secundum iustitiam remuneret, nu. 29.
Dona sua cur Deus nobis tribuat, tract. 34. num. 13.
In quibus nos præcedat, nu. 24.
Cur Deus iubet, vt seruos nos appellemus, ipse vero filios vocat, tract. 36. nu. 3.
Qualis Dei accessus ad nos, iiu. 5.
Cur Deus nobis præcipit, ibid.
Vineam suam quando Deus plantauit, nu. 6.
Dei longanimitate quidam male vtuntur, tract. 30. nu. 8.
Quos fructus à nobis Deus requirat, nu. 10.
Beneficijs punit male facta Deus, nu. 13.
Benignitas Dei in peccatores, nu. 21.
Dijs quibus sacrificemus, nu. 30.
Dei erga homines singularis prouidentia, tract. 37. nu. 1.
Deus dicitur Rex, cum punit, assimilatur vero homini Regi, cum vocat ad nuptias. nu. 19.
Deus qualis princeps, ibid.
Dei puniendi ratio nobis occulta, ibid.
Dei sapientia quanta, nu. 22.
Ministri Dei qui, nu. 27.
Ad Deum videndum non admittuntur vlli sensus, tract. 38. nu. 8.
Cognoscendi & ignorandi voces quomodo Deo tribuantur, nu. 23.
Dei prouidentia in donorum largitione qualis, tract. 39. nu. 8.
Cum Deus aliquid dare disponit, prius donat capacitatem, nu. 9.
Quomodo Deus rationem nobiscum ponat, num. 12.
Proprium Dei quid, tract. 4. nu. 4.
Opus Dei peregrinum, & ab eo alienum, ibid.
DIES quot horis antiquitus constabant, tract. 33. nu. 7.
Diei pondus, & æstus qui portent, nu. 38.
Dies extrema cur semper nobis metuenda.
DIFFIDENTIA nimia de Deo fugienda, tract. 32. nu. 1.
DIGNITATIS gradus quam periculosus, tract. 29. nu. 5.
DELICTVM temporale æterno supplicio puniri quam sit iustum, tract. 41. nu. 17.
DILIGENTIA quid conferat, tract. 19. num. 5.
Quibus moueamur ad diligentiam adhibēdam, & curandam, ibid.
Quid faciendum, vt eam possideamus, nu. 6.
DISPENSATOR fidelis quis, & prudēs, tract. 20. nu. 3.
Eiusdem quinque conditiones, nu. 4.
Iniqui dispensatoris quanta astutia, tract. 29. num. 2.
Infidelis dispensatoris duplex pœna. nu. 17.
Dei dispensatores qui, nu. 18.
DISTANTIAE triplex ratio, tract. 27. num. 11.
DIVITES spinæ quæ pungant, tract. 5. num. 5.
Diuitis solicitudines, & curæ, tract. 18. nu. 8.
Diuitis auari quis consiliarius, ibid.
Diues auarus qualis secundum Basilium, ibid.
Diues auarus cur inanimis, & bellua, nu. 10.
Diues in Deum qui, nu. 12.
Diuites quomodo opibus suis vti debeant, num. 15.
DIVITIAE cur fallaces dicantur à Domino, tract. 5. nu. 5.
Quorum sunt diuitiæ quæ reconduntur, tract. 18 num. 8.
In diuitijs nulla quies, num. 11.
Diuitiæ quam sint insufficiens panis homini, num. 11.
Diuitiæ terrenæ omnes pereunt, nu. 12.
Diuitiæ temporales vti à tergo gestandæ, tract. 19. nu. 6.
Fructus diuitiarum quis. tract. 23. nu. 12.
Diuitiæ vnde descenderint, tract. 29. nu. 12.
Diuitiarum abundantia cur vitæ obsit, tract. 18. num. 7.
DIVERSORIVM vnde dicatur, tract. 16. num. 16.
DOCTORES sancti dum Ecclesiam defendunt,

defendunt, in ramis arboris sinapis, id est Christi, nidificant, tract. 8. num. 9.
Noui Testamenti Doctores, quid facere debent, tract. 29. num. 16.
DAEMONIS filij qui, tract. 41. num. 10.
Diabolus quid sonet, ibid.
Qui sint Angeli, & diaboli, ibid.
Dæmones volucribus cœli assimilantur in Euāgelio, tract. 5. nu. 4.
Dæmonis inuidia in eos qui audiunt verbū Dei admiranda, ibid.
Dæmon cur tentet ac tribulet, num. 5.
Dæmonis fermentum quam sit efficax, tract. 9. num 10.
Dæmones dij alieni cur dicantur, tract. 14. num. 8.
Dæmon verè lupus rapax, & dispergens oues, tract. 15. num 8.
Dæmones latrones cur dicti, tract. 16. nu. 11.
Dæmones qui tantum euadant, ibid.
Diabolus quare fur, tract 19, nu. 13.
Quando veniat vt fur, ibid.
A quibus parui pendatur, ibid.
Dæmonis vnde perditio, tract. 26. nu. 7.
Dæmoni quod sit gaudium, ibid
Magnus dæmonis laqueus quis, tract. 27. numer. 11.
Diabolus ciuis in regione peccati, nu 14.
Quos Imperatores diabolus miserit ad pascendos porcos, nu. 15.
Nihil dæmon inuidet peccatori nu. 17.
Dæmon quem trahat peccatorem, tract. 28. num. 7.
Dæmones cur diaboli dicantur, tract. 29. numer. 4.
Dæmonis inuidiæ, & conatus, nu. 22.
Dæmonis prudentia quæ nobis imitanda, numer. 23.
Dæmon vermi ex mori frondibus victitanti similis trac. 30 num. 1.
Quinam ad desperationem soleant esse propensi, tract 32. num 1.
Dæmonis actus, nu. 8.
Dæmon quem solum vincit, nu. 14.
DOGMATA falsa à veris quomodo discernenda, trac. 6. nu 9.
DOMINI voluntatem quis cognoscit, tract 20 nu 3.
Ad voluntatem Domini faciendam quæ præparatio, ibid
Domini voluntatem nesciens cur vapulet, ibid.
Sciens, & non faciens, vapulat plagis multis, ibid.
Quis voluntatem Domini non agnoscit, ibid.
Duobus Dominis seruire quid, tract. 24. num 16.
DONA Dei qua ratione conseruantur, tract. 27. nu 12.
A Deo quid petendum, ibid.
De quibus donis nulla sit reddenda ratio, tract. 39 num 9.
De quocunque dono gratiæ agendæ, ibid.
Quæ dona minima sint, nu 9.
Dona quomodo augeantur in nobis, num. 22.
Eius qui minoribus donis bene vtitur præmiū, num. 23
DORMITET quis, tract. 38. nu. 6.
Dormiat quis, ibid & nu. 18. 19.
DRACHMA quid mysticè, tract. 26. num 1.
Drachma quæ vox, & quid eius pretium, numer. 2.
Drachma in quo differat à talēto, & mina, tract. 34 num 5.

E

ECCLESIA quid nobis conferat, tract. 14. num. 5.
Ecclesia ouile ouium Christi est, ibid.
Vt quis intret in Ecclesiam, quid debeat præstare, num. 13.
Erga Ecclesiam magna est Dei prouidentia, num. 17.
Quomodo per Ecclesiæ ostium intrandum est, num 19.
Duplex salus introeūtium in Ecclesiam, ibid.
In Ecclesia qui sint fures, nu. 20.
Ecclesiæ vnitas qualis, tract 15. nu. 14.
Ecclesia in arca Noe præfigurata, tract. 14. num 4.
Ecclesiæ hospitalitas, tract. 16 nu 16.
Ecclesiæ bona quorum sint, tract. 20 nu. 4.
Ecclesiæ vineæ post Christum quis custos, tract. 21 num 13.
Primum locum in Ecclesia ambientiū quatuor genera, tract. 22. num 12.
Honoratior in Ecclesia quis, nu. 13.
In Ecclesia qui serui sint, qui principes, ibid.
Ecclesiæ compellendi vis efficax, tract. 23. num. 16.
Ecclesiæ primitiuæ erga Dominicam cœnā pietatis ardor, ibid
Ecclesia cur modo possessiones habeat, tract. 34. nu. 17.

Ecclesia quantum ad eam accedentibus, proficiat, tract. 25. nu. 11.
Ecclesia quam pulchrè viduam repræsentet, trac. 31. nu. 9.
Ecclesiæ ante Abraham cum ea quæ post eū fuit comparatio, tract. 33. nu. 17.
Quid est quod Dei Ecclesia, quantumuis malis agitata, nunquam fuerit extincta, tract. 36. num. 6.
Vineæ Ecclesiæ Catholicæ qui sint agricolæ, sepes, toreular, turris, & reliqua, nu. 27.
Ecclesia militans Regnum Cælorum, tract. 37. num. 9.
Ecclesia Christi sponsa, nu. 2.
In Ecclesia quinque bona ad meritum exercentur, tract. 39. nu. 7.
EGENTIBVS quo studio benefaciendum, tract. 18. nu. 15.
ELEAZAR sub elephanto cæso succumbens superborum typus, tract. 32. nu. 9.
ELEEMOSYNA cui detur potissimum, tract. 29. nu. 13.
ELECTI de quo vitio plerumque tententur, tract. 32. nu. 11.
Electio ad gloriam propter opera, & post opera fit, tract. 37. nu. 28.
Electorum congregatio vnde fiat, tract. 40. num. 7.
Electi cur filij dextræ vocantur, nu. 12.
Electorum quid proprium, num. 18.
Electorum quantum decus, tract. 41. nu. 5.
Electorum felicitas, ibid.
Electorum ius ad regnum æternum, ibid.
Cur fuerit illis præparatum, ibid.
Qui tantum ob importunitatem eleemosynam faciunt, quid assequantur, tract. 17. nu. 4.
Eleemosyna cui danda, nu. 14.
Ab eleemosynis faciendis qui se excusant, nō recipiendi, tract. 23. nu. 22.
EPICVRVS hominis summum bonū in voluptate constituit, tract. 18. nu. 12.
EPIPARABOLA quid sit, tract. 3. num. 4.
Epiparabola parabolæ zizaniorum, tract. 6. num. 1.
Episcopi, vide verbo Concionator.
Episcopi à Samaritano Euangelij arguuntur, tract. 16. nu. 8.
Episcopi tempore Augustini litibus Christianorum dirimendis vacare solebant, tract. 18. num. 1.
Modo Episcopi ciuilibus causis, & criminalibus implicantur, & cur, nu. 2.
Si Episcopi domini sint, quæ sequantur incommoda, tract. 20. nu. 3.
Episcopatus turri comparatur, tract. 24. num. 12.
Episcopus quare collum sit, & turris eburnea, & Libani, ibid.
Vbera Episcopi cur sint sicut turris, & quæ nam sint hæc vbera, ibid.
Qui Episcopi turrim Babylonicam, in Dominicam restituant, nu. 13.
Turris Episcopatus quibus sumptibus ædificanda sit, ibid.
Qui Episcopi similes Phaetontis, ibid.
Quid Episcopi promittant in consecratione sua, ibid.
Episcopi quam debeant esse benigni cum subditis, tract. 29. nu. 16.
quales se agnoscere, & gerere debent, tract. 29. num. 16.
Otiosi Episcopi qui, tract. 33. nu. 12.
Episcopi nomen quid sonet, nu. 19.
Episcopi sui officij immemores punientur, trac. 35. nu. 14. 15.
EPVLARI quid, tract. 18. nu. 10.
ERASMVS quid de Franciscana familia malè dixit, tract. 41. nu. 13.
ERVBESCAT spiritualiter quis, tract. 29. num. 5.
EVANGELIVM quid doceat, & suadeat, tract. 22. nu. 9.
Euangelium hominis inuitantis ad cœnam cur infra octauam corporis Christi in Ecclesia legi consueuit, tract. 23. num. 21.
Charissima & coniunctissima quæque Euangelij gratia post habenda sunt, tract. 24. num. 2.
Euangelij prædicationis effectus, tract. 26. num. 7.
EVCHARISTIAE cœna cur recta & magna, trac. 23. nu 18.
Quomodo in Eucharistiæ sumptione vltimus locus quærendus, trac. 22. nu. 14.
Sacrum Eucharistiæ conuiuium cœna dicitur duplici ratione. trac. 23. nu. 10.
Eucharistiæ cœna qua hora sit, num. 19.
Eucharistiæ cœnæ aparatus, ibid.
Eucharistiæ sumptionis quomodo fit diuina obligatio, ibid.
In hac cœna omnia parata, ibid.
Nullum temporale impedimentū debet nos retardare ad hanc cœnam non accedere, nu. 20.
Eucharistiæ sumptio non paratis quid prosit, num. 21.

Eucharistiæ sumptio initium gloriæ, tract. 28. num. 10.
EVCHITAE hæretici vnde dicti, tract. 31. num. 2.
EVGE quid, tract. 39. num. 14.
EZECHIAS Rex suas virtutes enumerauit, tract. 32. num 11.
EXCVSATIO quæ non recipiatur, tract. 23 num. 12. 13.
Excusantis se à cœna Eucharistica ob suam indignitatem soluitur obiectio, tract. 23. nu. 22.

F

FABVLA pro historia ferè nunquam accipitur, tract 1. num. 12.
Fabula pro re ficta, & excogitata communiter vsurpatur, ibid.
Per fabulas doctas & indoctas quid Petrus in epistola sua secunda intelligat, ibid.
Fabula à fando dicta, ibid.
Quid sit fabula, num. 14.
FACTORVM vis, tract 23. num. 12.
FOENERARI quibus olim concessum, tract. 39. num. 4.
FOENVS turpissimum quod, tract. 17. nu. 3.
FAMES quæ & quotuplex malos opprimat, tract. 27. num. 13.
FASCICVLI quid significent in Euangelio, tract. 6. num. 15.
FATVI qui sint, & dicantur, tractat. 38. numer. 16.
FERMENTVM vnde dicatur, & quid sit, tract 9. num 3.
Fermenti variæ virtutes, ibid.
In fermento fœminam iacere, quid apud Plautum, num 3.
Fermentum accipitur in bonam & in malã partem, num. 4.
Quid fermentum Pharisæorum, & Saduceorum in Euangelio intelligatur, num. 4.
Per vetus fermentum à Paulo intelligitur peccatum, siue peccator, ibid.
Variæ de fermento sunt Patrum interpretationes, num. 6.
Quomodo quis possit & ipse fieri fermentum, num. 7.
Fermentum Dei, & dæmonis, num. 10.
Fermentum cur in panibus hostiæ pacificæ, num. 9.
FICTIO aut res ficta quid conducat ad docendam veritatem, tract. 1. num. 9.
Fictio quando sit mendacium, ibid.
Quæ in sacra Scriptura fictiones sunt, cur parabolarum, non fabularum nomine veniant, num. 12.
FICVLNEA quid, & quomodò succidatur tract. 21 num 13.
FICVS tripliciter accipitur, tract. 21. nu. 5.
Fici arboris ingenium, ibid
Ficus quando fructificet, num. 7.
Ficus ferax, quorum sit hieroglyficum, nu. 8.
Ficus proprietates quibus applicentur, nu. 11.
Ficus quæ appellantur fatuæ, cui vsui sint, ibid.
FIDELES etsi serui, sunt tamen filij Dei, tra. 20. num 3.
Fidelis in quo fidem suam seruet, tractat. 20. num 4.
Cur grauius fidelis quàm infidelis peccet, tract. 20 num. 8.
FIDES pascitur, & crescit doctrinis, tractat. 41 num. 18
Fides vt sit granum sinapis, tract. 8. num. 11.
Fidei semen dupliciter dicitur minimum, ibid.
Fidei quanta vis, & quæ natura, ibid.
Quis semen Fidei dicitur in Euangelio seminare in agro suo, num. 12.
Rami arboris Fidei quomodò excrenerint, & qui in eis nidificent, num 13.
Fidei vnitas qualis sit, tract. 12. num. 11.
Fides implicita quæ fuerit ante Christum, trac. 14. num. 19.
Fidei adhærentes quam vitam habeant, & abundantiùs habeant, num. 20.
Fides sine operibus qualis, tract. 19. num. 8.
Fides quibus non est habenda, tract. 24. nu. 2.
Fides quid operetur, tract. 28. nu 9.
Fidei humanæ, vel diuinæ apud nos paucitas vel imparitas quanta sit, tract. 31. nu. 15.
Fidei Catholicæ inconstantia sub Cõstantio Imperatore, ibid.
Humanæ Fidei defectus quantus inter homines, & vnde hoc proueniat, ibid.
Fides quid, trac. 33. num. 20.
Fidei Christianæ conditiones, tract. 34. nu 15.
Fidei nostræ lampas quomodò accendatur, tra. 38. num. 14.
Sola Fides sine operibus non sufficit, tractat. 41. num. 6.
FIDVCIA quanta ad Deum accedendum, tract. 17. num. 11.
FILII paruæ ætatis non sunt ad religionem compellendi, tract. 24. nu. 10.
Filius prodigus quis, tract. 28. nu. 5.

Quare

Quare filij huius seculi prudentiores sint filijs lucis, tract. 29. nu. 9.
Et quæ hęc prudentia, ibid.
Et in quibus rebus, & quare, num. 10.
Filij huius seculi qui, ibid.
Filij lucis qui, ibid.
Filiorum & seruorum operantium ratio diuersa, tract. 35. nu. 2.
FLORES nostri quales debeant esse, tractat. 21. num. 11.
FODIANT qui, tract. 29. nu. 5.
FOEMININVM genus pro neutro poni solet in Scriptura, tract. 36. nu. 20.
FORTVNAE quis ponat mensam, tractat. 27. num. 19.
FRANGI aliud est, quàm conteri, secundum Philosophum, tract. 36. nu. 16.
FRATRVM odia qualia sint, tractat. 28. num. 13.
Fratris infamia fugienda, tract. 32. nu. 2.
FVRIS à mercenario discrimen, tractat. 15. num. 12.
Fur quis, tract. 20. num. 4.
FVROR furorum omnium nouissimus quis, tract. 22. num. 18.

G

GAVDIVM duplex, secundum Theologos, tract. 25. num. 17.
Intrare in gaudium, quid, tra. 39 nu. 15.
GENTES quomodo sæpes & viæ dici possint, trac. 23. nu. 16.
Gentes quomodò compellantur intrare ad fidẽ Christi, ibid.
Gentium vocatio vbi figurata, trac 38. nu. 14.
Gentilis populi delineatio, ibid.
Inter Gentiles qui boni, qui verò mali, & cur boni, & mali fuerint inuitati ad nuptias, tractat. 37. num. 21.
GLORIA inanis quid Basilio, tract. 32 n. 9.
GRATIAE Dei, & Christo qui faciunt iniuriam, tract. 16. num. 13.
Gratia diuina quid præstet in nobis, tractat. 16. num. 14.
Duplex gratia, præueniens, & subsequens, tract. 28. num. 6.
Eodem gradu gratiæ cur vnus magis acquirat quàm alius, trac. 34. num. 18.
Gratia iustificans secundum quam mensurã detur, trac. 39. nu 9.
Gratiæ gratis datæ quatenus dentur, ibid.
Ante præuenientem gratiam nullum meritum datur, ibid.
Gratiæ diuinæ vis, tract. 39. nu. 14.
Gratia non in vacuum accipienda, tractat. 39. num. 20.
Gratia, meritum, hæreditas & merces minimè pugnant, tract. 41. nu. 5.
D. GREGORII celebre responsum, tract. 32. num. 9.
Magnus Gregorius quare seruũ seruorum Dei se nominabat, tract. 20. nu. 3.
GREGIS Dominici cura qualis habenda, tract. 16. nu. 18.
GVSTVS verus quibus communicetur, trac 25. num 9.

H

HABERE in infinitiuo apud Græcos quid; tract. 23 nu 5.
Habitus infusi nõ fiunt Phisicè per actus, sed meritoriè, secus verò habitus acquisiti, tra. 39. num. 10.
Mali habitus restant adhuc relicto peccato, trac 27 num. 11.
HEBRAEI pro positiuo comparatiuum vsurpant, tract. 20. nu. 9.
HAEDI quorum sint figura, tract. 40. nu. 11.
Hædorum vitia, ibid.
HAEREDITAS, meritum, gratia, merces, minimè pugnant, tract. 41. nu. 5.
Quæ melior & maior hęreditas, tractat. 18. numer. 5.
Hereditatis humanę quid proprium, ibid.
HAERES qui testatorem occidit, à iure hęreditaris cadit, tract. 36. nu. 13.
HAERESIS assimilatur spinis, tract. 5. nu. 5.
Ad hæresim quæ disponant, tract. 14. nu. 17.
HAERETICI cur zizanię assimilantur, & vnde nascantur, tract. 6. nu. 6.
Hæreticorum leuitas & inconstantia, ibid.
Hęretici an statim eradicandi, & cremandi, trac. 6. num. 12.
Quo sensu Chrysostomus hæreticos dixit esse tolerandos, tract. 6. nu. 15.
Cur Augustinus de hęreticis statim coërcendis sententiam mutauerit, ibid.
Ecclesia quomodò puniat hereticos, ibid.
Hęresis qualem nobis Christum proferat, tract. 7. num. 11.
Hæreticorum doctrina quàm rectè vocetur fermentum, tract. 9. num. 4.

Hæretici mali pisces, tract. 12. nu. 8.
Hæretici falluntur putantes meritum non esse in nostris operibus, tract. 30 nu. 13.
Hæreticorum nostri temporis de veste nuptiali multiplex refellitur intelligentia, tract. 37. num. 24.
Hæreticorum cœna qualis, trac. 27. nu. 19.
Hæreticorum cœcitas vnde orta, tract. 22. nu. 16.
Hærerici quales sint, tract. 14. nu. 17.
Hæreticus verè lupus, tract. 15. nu. 8.
HELIOGABALVS Romani Imperij monstrum, trac. 33. nu. 11.
HIERICHO à sanguine ibi fundi solito dicta est Adommim, trac. 16. nu. 1.
Hiericho significat Lunam, & qui dicantur in Hiericho descendere, trac. 16. nu. 11.
HIEROGLYPHICA AEgyptiorum à quo sunt inuenta, & ad quem finem, trac. 2. num. 2.
HIRCI quos denotent, trac. 40. nu. 11.
HOMO qua ratione natura malus sit, trac. 17. num. 12.
Ad quem occurrant homines ferè semper in suis difficultatibus, trac. 18. nu. 1.
Homines mundani quid diligant, ibid.
Homo vnde suum nomen accepit, trac. 18. num. 8.
Hominum quærelæ vnde, ibid.
Hominum diteſcendi studium, trac. 18. num. 15.
Hominum iudicium stultum, & temerariũ, trac. 21. num. 1.
Homo corrigitur in parabola habentis arborẽ fici, ibid.
Hominis quæ sit propia pœna, trac. 22. nu. 7.
Hominis imperfecti apertum ingenium, tract. 22. num. 18.
Homo homini quid præstat, tract. 25. nu. 4.
Quid opus fuit, vt homo saluus fieret, tract. 25. num. 19.
Post Adę peccatum hominis infelix cõditio describitur, tract. 26. nu. 11.
Hominis hæreditas duplex, tract. 27. nu. 6.
Homo in quo Dei similis, ibid.
Extraneum homini quid, tract. 27. nu. 11.
Ex se homo quam insolubiliter dæmoni sit subiectus, tract. 27. nu. 15.
Post remissionẽ peccati quid debeat facere homo, tract. 28. num. 7.
Quæ homines vehementer concupiscant, tract. 27. num. 13.
De quorum hominum salute lætandum nobis est summopere, tract. 28. nu. 14.
Qui hominem non reueretur, qualis sit, trac. 31. num. 6.
Veteris hominis sepultura, tract. 29. nu. 5.
Hominis infidelitas, & inconstantia, trac. 23. num. 5.
Cur homo à se ipso facilius frequentius que decipiatur, ibid.
Qualis homo derelictus à Deo, tract. 32. nu. 3.
Vita seu prosperitas hominis qualis, tract. 32. num. 9.
Proprium hominis quid, tract. 34. nu. 13.
Pusilli animi homines quæ tentationes inuadãt, tract. 34. nu. 20.
Hominum duo genera Deum crucifigentium, tract. 36. nu. 12.
Homines ad iudicandum de alijs proni, tract. 36. num. 16.
Hominis bona propria quæ, tract. 29. nu. 17.
Hominum commune vitium, trac. 36. nu. 17.
Cur homo non potest omnia naturalia intelligere in hac vita, trac. 38. nu. 5.
Hominis supplicium proprium quod, trac. 4. num. 5.
Eius præmium proprium quod, ibid.
HONORIS appetitus immoderatus nociuus, tract. 19. nu. 6.
Honoris ambitio quantum timenda, trac. 23. num. 13.
HORA prima, tertia, sexta, & nona, quæ fuerint, trac. 33. nu. 18.
Hora vndecima quæ fuerit, ibid. nu. 19.
HOSPITALITAS quæ reprehensione digna, trac. 23. nu. 1.
HOSTES spirituales aduersus, quibus armis dimicandum, trac. 19 nu. 4.
HVMANAE naturæ improba conditio, trac. 32. nu. 19.
HVMILIATIO est initium iustificationis, trac. 13. nu. 9.
Humiliatio, quantalibet sit, non nocet, trac. 22. nu. 12.
Humilitas quam Christo grata, trac. 22. nu. 19.
Domus nostra humiliatione seruanda, ibid.
Humiles ad cœnam magnam vocantur, trac. 23. num. 16.
Humilitatis vis, trac 30. nu. 11.
Quales nos reddat, ibid.
Christianæ Philosophiæ fastigium, humilitas, ibid.
Qui humiles exaltati sint, ibid.
Humilitatis laus, ibid.
Qua ratione comparari potuit, ibid.

Humilitatis

Humilitatis fructus quantus, trac. 30, nu. 14.
Sine humiliatione nemo Deo acceptus, trac. 32. num. 3.
Humilitatis virtus quanta, tract. 32. nu. 12. 17.
Quis se humiliet, tract 32. nu. 17.
Humilitatis septem regulæ, nu. 19. 20. & trac. 32. nu. 19. 20
Humilis omnia à Deo esse recognoscit, trac. 32. num. 27.
Humilitas vas est ad dona Dei recipienda, tract. 39. num. 8.
HIERONYMVS qualiter de clericis loquatur, trac. 24. num 17.
Hieronymi interpretandæ Scripturæ aurea regula, tract. 38. nu. 8.

I

IANITOR Ecclesiæ quis, trac. 20. nu. 6.
IEIVNIVM verum quod sit, tract. 22. num. 11.
Quid ire in ignem æternum, tract. 41. num. 10.
IGNORANTIA crassa pro scientia in Scriptura habetur, trac. 36. num. 13.
IMPIORVM ingenium, tract. 29. num. 18.
IMPORTVNITAS quantum valeat apud omnes, tract. 17. num. 2.
Quantum valeat importunitas, tract. 31. nu 7.
INDIGNVM esse, peius est, quam non dignum, trac. 17. nu. 20.
INIQVITAS stulta est, tract 36. nu. 14.
INCARNATIONIS mysterium qualiter cœna magna dicatur quã fecit homo quidam, tract. 23 nu 10.
Incarnatio Christi quam excellens opus, tract. 25. nu. 19.
INFAMIA quid, tract. 29. nu. 3.
Vnde oritur, ibid.
IN INFERNO nulla est redemptio, tract. 13. num 19.
Inferni pœna qualis, & quanta, tract. 37. nu. 27.
INFIDELIS dicitur in Euangelio terra secus viam, tract. 5. nu. 3.
Infideles quare damnabuntur, tract. 40. nu. 3.
INGRATITVDO quid operetur in habente illam, & cui aduersetur, tract. 13, nu. 19.
INIVRIA non tantum septuagies septies, sed semper remittenda est, tract, 13. nu. 2.
Iniuria ex præcepto dimittenda est, & ex corde, tract. 13. nu. 13. & 20.
INNOCENTIAE status cur excedat statũ pœnitentiæ, tract. 25. nu. 18.
INSATVRABILIA tria explicantur, tract. 27. num. 18.
Et quartum insaturabile quod non dicit sufficit, ibid.
INVIDI proprium quid, tract 25. nu. 3.
IOANNES Baptista qua ratione venit in via iustitiæ, tract. 22 nu. 12.
Ioannes Baptista quando primum locum quando vltimum tenuit in conuiuio, tract. 22. num. 10.
Ioannis Apostoli benignitas in peccatores, trac. 29. num. 16.
IOB diues in Deum, tract 18. nu. 12.
Iob mira innocentia, tract. 25. nu. 18.
Iob de se loquens magnificè coronatur, trac. 32. num. 11.
IOSAPHAT quid significet, tract. 40. num 7.
IOVINIANVS parem gloriam coniugatis & virginibus futuram falso putauit, tract. 33 num. 24.
ISAIAE patruelis quis, cuius canticum canit, tract. 36. nu. 5.
ISRAEL vinea quorum typus sit, tract. 21. num. 11.
Israelitici populi qui fuerint primi Duces, & pędagogi, tract. 36. nu. 12.
IVDAEAM cur Prophetæ virginem appellent, tract 38. nu. 3.
Iudæorum cæcitas qualis, tract 14. nu. 11.
Iudæi de religione maximè gloriabantur, tract. 16. num. 3.
Vestium vsus qualis apud Iudæos, tract. 19. num. 4.
Iudæorum inhumanitas qualis, tract. 16 nu. 3.
Boni Iudæi vita in quo sita erat olim, tract. 19. num. 9.
Iudæi Iesum qualem habuerint, tract. 21. nu. 10.
Iudæi, quis Deus esset colendus, & viam iustitiæ cognoscebant, tract. 23. nu. 16.
Iudæi quot milla Leuitarum præter laicos alebant, tract. 24. nu. 17.
Stantes orare solebant Iudæi, tract. 32. nu. 7.
Iudæi triplicem decimam soluebant, tract. 32. num. 11.
Qui Iudæi cum gentibus nouissima hora vocati sunt, tract. 33. num 33.
Rudis & stulta de regno Christi Iudæorum opinio, tract. 34. nu 2.
Iudæi cur Christi ciues & fratres dicantur, num. 14.
Cur Christum odio habuerunt, ibid.

Iudæi

Iudæi quando dixerint per legationem nolle, vt Christus super eos regnaret, num. 15.
Principum Iudæorum in Christum malignitas, num. 15.
Iudæorum supplicium ob incredulitatem, num. 24.
Iudæis qui erant infames, tract. 35. nu. 10.
Iudæorum in Christum ingratitudo, tract. 36. num. 1.
Iudæos Christum cognouisse vnde colligi possit, tract. 36. num. 13.
Populus Iudæorum quomodo in Christi mortem consenserit, nu. 13.
Iudæi quando Christum à vinea eiecerint, tract. 36. num. 15.
Iudæorum Messiam interficientiũ punitio, trac. 36. num. 18.
Iudæi ædificantes Christum lapidem quomodo reprobarint, trac. 36. nu. 19.
Quale sit regnum Dei à Iudæis auferendum, ablatumve, trac. 36. nu. 22. & 23.
Iudæorum infortunia, ibid.
Duplici contritione contriti Iudæi, tract. 36. num. 26.
Cur Iudæi inuitati ad nuptias venire noluerunt, tract. 37. num. 15.
IVDICIS boni officium, tract. 29. num. 2.
Boni iudicis munus quale, tract. 29. nu. 5.
Iniqui iudices quales apud nos sint, tract. 31. num. 7.
Nemo in propria causa bonus iudex, tractat. 32. num. 25.
IN IVDICIVM vocari qui censeantur idonee, tract. 29. nu. 5.
Temerarium iudicium graue peccatum, tract. 32. num. 5.
Iudicium de aliorum factis & de nostris quale ferre debeamus, trac. 32. nu. 11.
Dies iudicij imparatos multos offendet, tract 38. nu. 1.
Iudicij finalis signa quæ, tract. 38. nu. 19.
Vniuersale iudicium futurum esse, de fide est, & probatur trac. 40. nn. 4. & seq.
Iudicij vniuersalis diem velle coniectare quã sit inane, trac. 40. nu. 6.
Quo in loco generale iudicium fiet, tractat. 40. num. 7.
Iudicium quale debeat esse, trac. 40. nu. 9.
Quæ iudicium præcedent, tract. 40. nu. 10.
Dies iudicij quibus tristis, ibid.
Quæ tria opera summæ virtutis & potentiæ Christi fient in iudicio, trac. 40. nu. 11.
In iudicio qui non separabuntur, ibid.
Iudicium vniuersale vocali sermone est pronuntiandum, sensibile que futurum, tract. 41. num. 1.
Iudicium generale quamdiu durabit secundum quosdam, ibid.
In die iudicij de quibus reddenda ratio, trac. 41. num. 11.
IVLIANI Apostatæ dogma de abdicatione rerum confutatur, tract. 24. nu. 17.
IVMENTVM vnde dictum, tract. 16. num. 16.
IVSTIFICATIONIS duplex genus, trac. 28. nu. 8.
Impium iustificare, maius quam pium seruare, tract. 25 nu. 19.
IVSTITIAE falsę ingenium quale, trac. 25. num. 3.
Iustitia Pharisaica qualis, tract. 32. nu. 5.
Iustitia quantum distat à peccato, tractat. 27. num. 11.
Imputatiuæ iustitiæ ratio est ponenda, tract. 41. num. 15.
Iustitiæ duæ partes, tract 31. nu. 11.
IVSTORVM hominum zelus aliquãdo nõ laudabilis, tract 6 nu. 12
Iusti vnde ad virtutem confirmentur, tract. 9. num. 7.
Iusti & pij homines, sunt velut lapides cœlestis Hierusalem, tract. 10. nu. 7.
Vt sint thesauri absconditi, ibid.
Iusti sunt mercatores quærentes bonas margaritas, tract. 11. nu. 7. & 15.
Iusti qualem vitam agent in cœlo, & vt piscibus comparentur, tract. 12. nu. 6.
Iusti & iniusti parem rationem moriendi sortiũtur, & quare, trac. 21. nu 3.
Iustorum & Sanctorum iustitia & sanctitas vnde pendeat, tract, 22. nu. 11.
Iusti & perfecti cur Christi amici & vicini, tract. 25. num 13.
Qui iusti nõ indigent pœnitentia, & quare, trac. 25. nu 15.
Iusti in drachma descriptio, tract 26. nu. 5.
Iustus diuitias temporales parui facit, tractat. 28. num. 4.
Iusti pretium, trac. 26. nu. 5.
Iustorum quid proprium, trac 32. nu. 12.
Iustus cur in sua iustitia minimè fidere debeat, num. 20.
Iustus cur se habere potest pro iusto, & pro peccatore, trac. 32. nu. 25.

Iusti

Iusti cur à Deo Patre benedicentur, tract. 41. num. 5.
Iusti regnum duplici nomine possidebunt, ibid.
Regnum iustis quatenus paratum sit, ibid.

L

LABORANTES inæqualiter quo iure æqualem mercedem recipiant, tract. 33. nu. 27. & ostendit elegantibus similitudinibus
LAMPADES quid, tract. 38. nu. 19.
Quorum lampades extinguuntur, tract. 38. num 20.
LATRO quis, tract. 20. nu. 4.
D LAVRENTII sermo ad Decium vox fuit verè diuitis, tract. 18 nu. 8
LAVS in ore proprio vilescit, tract. 22 num. 9.
LEONE mortuo melior est canis viuus, quid significet, trac. 25 nu. 16.
Leonis mira proprietas, tract. 13. nu. 9.
LEONTINI agri mira fœcunditas, trac. 4. num. 19.
LEX naturæ quid præscribat, trac. 41 nu 7.
Legis peritus Christum tentans cur mittitur ad Legem, trac. 16 nu. 5.
Legis peritus quem sibi proximum putauerit, & vt voluerit se iustificare, ibid
Lex à Deo cur data, trac. 16. nu. 14.
Lex vnde dicatur, ibid.
LIA figura humanitatis Christi, tract. 26. num 4.
LIBERI arbitrij pulchra descriptio & comparatio, trac 7. nu. 9.
Liberum arbitrium vt fructificet, quam egeat diuina gratia & auxilio, ibid.
Quanta sit in nostro opere libertas, trac. 39. num. 9.
LIBIDO quantũ formidanda prælatis, trac 20. num 3.
LOCVLI seruandæ pecuniæ deputati veterascunt, trac. 18 nu 10.
Locum optimum quomodo semper valeat quis occupare, trac. 22 nu 10.
In vltimo loco iam occupato quomodo quis possit sedere, trac. 22 nu. 11.
Quis frustra in loco humili sedet, tractat. 22. num. 11.
Locus nouissimus in oratione & Eucharistiæ conuiuio quomodo ambiendus, trac. 22. num 14.
Primum locum quis tenebit in sacræ Scripturæ conuiuio, trac. 22. nu. 16.
LOLIVM quid sit, & quomodo in frumentũ conuertatur, trac. 6. nu 4.
LVCERNAS non habere ardentes, quid, tract. 19. nu. 8.
Lucernæ tenendæ in manibus quæ nam sint, ibid.
Lucernæ quare sint ardentes, & in manibus gestandæ, ibid.
Gestare lucernas ardentes quid secundum Bernard. ibid.
Lucerna prædicationis Apostolicæ quæ, & quomodo ardeat, ibid.
Lucernæ variæ acceptiones, ibid.
Interdum serui Dei abutuntur lucernis ardentibus, ibid.
LVCIFER primum obtinere locum in nuptijs Agni quomodo affectauerit, tract. 22. num 6.
LVCRVM minus tutum quod, tract. 39. num. 4.
LVMBIS succincti qui nam sint, tract. 19. num. 8.
Lumbare quid mysticè, tract. 36 nu. 1.
Lumbos accingere quid, tract. 19 nu. 6.
Lumbi & renes in quo differunt, tract. 19. num 5.
Lumbi quid, ibid.
IN LVPIS qui designentur, tract. 24. nu. 13.
LVXVS quid, tract. 27. nu. 12.
Eius mala, ibid.
LVTHERI dogma, quod iustus in quolibet opere peccet, impugnatur, tractat. 30. num. 14.
Lutherus se quintum Euangelistam dicit, tract. 32. num. 10.

M

MALEDICTIO vnde sit, tract. 41. num. 20.
MALVM summum in quo sit, tract. 23. num. 17.
Malorum omnium quæ causa, tract. 31. nu. 11.
Malorum conditio, tract. 36. nu. 13.
Malus quis, tract. 39. nu. 9.
Malorum bona opera illis irremunerata, quibus prosint, tract. 39. nu. 21.
MAMMONA iniquum dicitur tripliciter, tract. 29. nu. 12.
Mammona iniquitatis quid, tract. 29. nu. 16.
MANICHAEI de anterioribus Prophetis blasphemia, tract. 14. nu. 15.

Manichæus

Manichæus hæreticus dixit se Christi Apostolū, tract. 32. nu. 10.
MANVS pilosas quis habeat, tract. 40. num. 11.
MARGARITARVM varia sunt genera, tract. 11. nu. 2.
Margaritæ regnum cœlorum assimilant, tract. 11. num. 1.
Quomodo capiantur, & quid sint, & cur vnionis nomine nuncupentur, trac. 11. nu. 3.
Quomodo genereintur, ibid.
Margaritæ efficiens materia, forma & finis, trac. 11. num. 5.
Margaritæ vocabulum quam latè pateat, ibid.
Margaritarum conchæ tympana nominantur, tract. 11. nu 3.
Bonæ margaritæ quæ sint in Euangelio, tract. 11. num. 9.
Margaritæ quæ meliores & optimæ, ibid.
Margaritæ & gemmæ quibus conueniant & aptentur, tract. 11. nu. 10 vsque ad 20.
MARIA Virgo quam pretiosa sit margarita, tract. 11. nu. 12.
Maria Virgo assimilatur mulieri, quæ abscondit fermentum in farinæ satis tribus, tract. 9. num. 7.
Maria Virgo in vltimo conuiuij loco quando sedit, & quando in primo, tract. 22. num. 10
MATTHAEVS duplicem missionem seruorum describens quomodo non dissentiat à Marco & Luca triplicem enarrantibus, tract. 36. nu. 11.
MEDICI officium quod sit, tract. 16. nu. 8.
MENANDRI dictum, tract. 29. nu. 2. & 12.
MENDICANTIVM vita quos deceat, tract. 24 nu. 17.
MENTIS bonæ indicium, tract. 32. num. 11.
MERCATVRA quando illicita, tract. 23. num. 13.
MERCENARII boni qui, tract. 28. nu. 4.
Mercenarius quis sit, & quis iustus, tract. 15. num. 5.
Mercenarius vilis quis, tract. 33. nu. 21.
MERCES annua quæ, tract. 33. nu. 8.
DE MERITIS nostris, vt nostris, non possumus gloriari, tract. 30. nu. 19.
Quando merita nostra recensere possimus, trac. 32. nu 21.
Propter meritum operari licet, trac. 33 num. 20.
Nullus mereri potest post hanc vitam, tract. 37. num. 27.
Quid vnus alteri mereri potest, tract. 37. nu. 20.
Ratio meriti vbi consistat, trac. 40. nu. 14.
Meritum & gratia, hæreditas & merces, minimè pugnant, trac 41. nu. 5
Merita nostra vnde potissimum oriantur, tract. 41. num. 10.
Ad meritum quæ necessario concurrant, tract. 40. nu. 14.
METAPHORAE aliter ab oratoribus, aliter ab Scriptura vsurpantur, tract. 1. nu. 15.
MINA in quo differat à talento & drachma, tract 34 nu 5.
Mina quid, ibid.
Minam in sudario reponere, quid, trac. 34. num. 20.
Minam creditam quando Dominus exigit cum vsura, trac. 34. nu. 22.
MISERIA quæ digna videatur misericordia, tract. 28. nu. 6.
Qui miseriam dissimulat, exufflat misericordiā, trac 32. nu. 27.
MISERICORDIAM qui non seruat cū proximo, iuste traditur tortoribus, tract. 13. num. 13.
Misericordia quam Deo sit grata, tract. 16. num. 10.
Misericordiæ vis, trac. 28. nu. 6.
Quam fructuosa misericordia in proximū, trac. 29. nu. 1.
Misericordię in proximum quanta sit obligatio, trac. 40. nu. 3.
Opera misericordię corporalia quam necessaria proximo sint, trac. 41. nu 7.
Cur de his operibus, & non alijs homines iudicandi, ibid.
Diuina misericordia digni qui, trac 41. num 9.
Opera misericordiæ quo loco sint apud Deum, trac 41. num 11.
De his cur instituatur sermo in die iudicij, trac. 41. nu. 15.
MODESTIA quantum bonum, trac 32. num 11.
MONTANVS hæreticus in se Spiritū sanctum descendisse dixit, tract. 32. nu. 10.
MORIBVNDI candelam cur manibus teneant, tract. 37. nu. 26.
Morientis manibus candela apponi cur solcat, tract. 19. nu. 8.
Mortis nuntij qui nam, tract. 29. num. 5.
Hora mortis tremenda, tract. 37. nu. 27.
Post mortem non erit locus mercimonijs, tract. 37. nu. 20.
Neque Sanctorum erit communicatio, ibid.

Si milia

Similia sunt quæ in cuiusuis morte accidunt his quæ in extrema die contingent, tract. 37. num. 25.
Mors propriè quid, tract. 41. nu. 2.
Quid mors secunda, ibid
MORTIFICATIONIS fructus, tract. 33. nu. 16.
MORVS rubens quid, tract. 30. nu. 1.
MOSIS quanta charitas, tract. 23. num. 16.
MOTIO diuina quibus modis fiat, tract. 36. num. 30.
MVLIERES prostibulæ quæ, tract. 16. num. 16.
Mulieris quanta cupiditas diuitiarum, tract. 26. num. 3.
Mulieris ingenium, ibid.
MVNDI amatorum miser status, tract, 23. num. 12.
MYSTERIVM quid sit, tract. 4. nu. 4.

N

NATVRA humana de genere Dei est, tract. 37. nu. 10.
Natura humana quam arctè Verbo vnita sit, tract. 37. nu. 11.
Natura humana Verbi dignitate ornata, tract. 37. nu. 12.
Naturæ humanę ornatus tanquam Sponsę, trac. 37. num. 12.
QVAE NAVIS securè portum teneat, quæ secus, tract. 32. num. 18.
NECESSITAS quæ felix habenda, tract. 17. nu. 4.
NEGLIGENTIBVS Dei gratiam quotuplex supplicium sit, tract. 34. nu. 20. & 25.
NEGOTIATIO quam sit iusta, tract. 23. num. 13.
Negotiatio quibus cum tuta, & licita sit, tract. 39. nu. 4.
Negotia quæ fiant illicita, tract. 23. nu. 22.
NOBILITAS quid secundum Philosophū, tract. 34. num. 8.
Respondere per verbum NOLO, contumaciæ & irreuerentiæ vox est, tract. 35. nu. 7.
NOX in quot partes olim diuidebatur, tract. 19. nu. 11.
NVMERI in parabolis assumpti quid significent, tract. 38. nu. 12.
NYMVLARII mysticè quid, tract. 39. num. 20.
NVPTIAE Christi quæ, tract. 19. nu. 10.
Et quomodo à nuptijs veniat, ibid.
Nuptiæ quid, tract. 37. nu. 5.
Quales nuptiæ humanitatis cum Verbo, tract. 37. nu. 8.
Eorundem sponsalia, conditiones, ratihabitio, consummatio, causæ, bona, tract. 37. num. 9. 10. & 11.
Quod sit discrimen inter nuptias, & inter nuptias Verbi cum humana natura, tract. 37. num. 12.
In his nuptijs quantus sit honor, tract. 37. num. 14.
Harum nuptiarum Christiani cur dicantur filij, ibid.
Inuitati ad nuptias cur neglexerunt venire, tract. 37. nu. 18.
Antiqui nuptiarum ritus, tract. 38. num. 2.
Mos gestandi faces in nuptijs qua ratione introductus, ibid.

O

OBLATIONIS elegans descriptio, tract. 17. nu. 13.
Oblatio vituli quam grata Deo, ibid.
Quæ oblatio non grata Deo, tract. 33. nu. 12.
ODIVM suffocat proximum, tract. 13. num. 12.
Odio habere aliquē, multis modis dicitur, tract. 24. num. 2.
OECONOMVS, & villicus quid differant, tract. 29. num. 2.
OLEI effectus, tract. 16. num. 14.
Olei tantum in Veteri Testamento fuit vsus, nō ceræ & sepi, tract. 38. nu. 3.
Oleum accipere in vasis, quid, tractat. 38. num. 17.
Qui oleum in vasis accipiant, trac. 38. ibid.
Oleum mysticè quid? tract. 38. nu. 19.
Oleum vendentes qui? trac. 38. nu. 2.
OMISSIO vt talis non recipit magis & minus, cum sit priuatio? trac. 39. nu. 7.
OPERA bona vnde proficiscantur, tractat. 19. num. 8.
Mala opera vnde proficiscantur, tractat. 21. num. 11.
Opera bona qualiter mercantur vitam æternā, trac. 23. num. 6.
De opere bono non detrahendum, tract. 25. num. 13.
De bonis operibus gloriari quatenus nobis liceat, trac 30. num. 11.

Opera bona quę agimus, quatenus noſtra ſint, tract. 30. nu. 14.
Bonorum operum quę fecimus obliuio, certus theſaurus, ibid.
De bonis operibus non iactare nos debemus, ibidem.
Propria bona opera enumerare quando & quo modo liceat, tract. 32. nu. 8. & 11.
Bonorum operum iactabundi quibus ſimiles, tract. 32. num. 11.
Bonorum operum vilitas ex ſe ipſis, tractat. 32. num. 12.
OPERARIORVM tria genera, tract. 33. num. 22.
Quibus amplior merces debeatur, ibid.
Operarij Euangelici in quo minus laborarint, tract. 33. nu. 26.
OPPOSITA maxima quæ, tract. 32. nu. 6.
ORANDVM cur ſemper, tract. 31. num. 2.
Ad orandum quæ inuitent, ibid.
Orandi ſtudium frequens qui non putat ſibi neceſſarium, errat, ibid.
Orandi difficultas vnde, ibid.
Orare ſemper quis dicatur, tract. 31. nu. 2. & 3.
Orandum quamdiu, tract. 31. nu. 3.
Orare quomodo non deſinat qui ſemper benefacit, tract. 31. nu. 4.
ORATIO breuis penetrat cœlos, quomodo intelligendum, tract. 31. num. 5.
Oratio quàm neceſſaria ad deſtructionem inimicorum Eccleſiæ, tract. 31. nu. 10.
Oratio noſtra cur ſtatim non exaudiatur à Deo, tract. 17. num. 9.
Orationis in conuiuio quomodo nouiſſimus locus ambiendus, tract. 22. num. 15.
Orandi ſtudium vnde ſit, tract. 31. nu. 13. & 14.
Oratio quid ſit, tract. 32. nu. 6.
Orationis effectus, tract. 32. nu. 7.
OSCVLVM in Scripturis quid, tractat. 28. num. 7.
OSTIVM boni paſtoris Spiritus ſanctus aperit, tract. 14. nu. 10.
OVILE Chriſti quando fiat vnum, & qui ab illo excludendi, tract. 17. nu. 14.
OVES quæ nam audiant vocem Chriſti, tract. 14. num. 8.
Oues quomodo Chriſtum ſequuntur, & vocem eius ſciunt, ibid.
Oues Chriſti alienum non ſequuntur, ibid.
Oues Chriſti quomodo illius propriæ dicantur, tract. 14. num. 10.
Oues Chriſti paſtorem ſuum cur ſequantur, & non alienum, quamque vocem agnoſcant paſtoris, ibid.
Ouibus vt intrandum per oſtium Eccleſiæ, trac. 4. num. 19.
Oues cur multæ pereant, tract. 15. nu. 10.
Ouis vox in Scripturis quàm latè pateat, ibid.
Oues Chriſti quæ non pereant in æternum, trac. 15. num. 10.
Oues Chriſtum paſtorem quando agnoſcunt, tract. 15. nu. 13.
Ouis perdita à paſtore quomodo inueniatur, tract. 25. nu. 9.
Oues quorum ſint typus & figura, tractat. 40. num. 11.
Ouium virtutes, ibid.
Oues propriè quos denotent, ibid.
Oues à dextris ſtatuere quid, tract. 40. num. 12.
OTIOSVS quis, tract. 33. num. 12.
Otioſorum excuſatio qualis, tract. 39. nu. 19.
Otij pernicies, tract. 33. num. 12.

P

PARABOLA ſignificat collationem, vel comparationem, à verbo Græco, non à Latino, tract. 1. n. 1.
Parabola minus latè patet quàm ſimilitudo, num. 2.
Parabola nunquam in Euāgelio ſumitur niſi inducendo perſonam ratione præditam, aut negotium ratione confectum, nu. 2.
Pro ſimilitudine frequenter in Scriptura vſurpatur, num. 3.
Interdum in malam partem accipitur, nu. 4.
Fieri in parabolam idem eſt, ac fieri in deriſum, ibidem.
Tradere in parabolam, idem eſt, ac tradere in exemplum, ibid.
Vſurpatur etiam pro obſcura narratione, & eleganti, ſiue pro ænigmate, etiam ſine vlla comparatione, num. 5.
Tres parabolæ acceptiones, ſeu ſignificatus, per analogiam deducuntur, num. 6.
Parabolæ quomodo definiantur, ibid.
Quas conditiones requirat, vt veram eſſentiam parabolæ retineat, ibid.
Humanæ parabolæ à diuinis qui differant, n. 48.
Ab hiſtoria quomodò diſtinguantur, nu. 9.
In quo ab exemplo, num. 10.
In quo ab apologo, num. 11.
In quo ab allegoria, num. 13.
Senſus literalis parabolæ quis, num. 13.
Parabola Samaritani, quàm elegantem allegoriam contineat, ibid.
In quo à prouerbio, num. 14.
Vbi cum prouerbio in ſacra Scriptura confundantur, num. 15.
In quo diſcrepet à metaphora, num 16.
Parabolis cur Chriſtus vſus ſit, quinque fructus aſſignantur, tractat. 2. num. 1. 4. & ſeq. vſque ad 13.
Parabolis cur Syri, & Paleſtini frequenter vterentur, num. 2. & 3.
Quot fuerint parabolę Salomonis, num. 2.
Parabola quàm varium præſtet vſum auditoribus, ibid.
Quomodo parabola doceat, cum ea ad tegenda myſteria regni cælorum Chriſtus vteretur, num. 3.
Maiorem vim oblectandi habet, quam metapho ra, num. 4.
Qualis parabolarum doctrina, num. 5.
Triplici ex capite præcipuè parabolarum obſcuritas pendet, tract. 3. nu. 1. & ſeq.
Quæ ratio ſit ad venandum ſenſum germanum, & literalem parabolis, tract. 3. num. 1. & ſequentib.
Parabolæ ſenſus ex quo loco deducendus, cum propatabolæ, & epiparabolæ deficiunt, tra. 3, num. 3.
Parabolarum verba ſingula adaptare, & accommodare ad rem ipſam ſpiritualem, & intentā, nimium curandum eſt, ibid
Parabola hœdorum & ouium, iuxta quem ſenſum à Domino propoſita ſit. Matthæ. 25. n. 6.
Parabola talentorum exponitur, tractat. 39. per totum.
Quid doceat hæc parabola, num. 1.
Hæc parabola in quo differat à parabola minarum, num 2.
Ad parabolarum intelligentiam quarum rerum cognitio maximè conducat, num. 7
Parabolarum varia documenta, num. 8.
Vnde nam Patres quam nobis tradiderunt parabolarum intelligentiam, & interpretationem hauſerint, num. 10.
Parabolæ non omnes eodem modo concludūt, & quare, ibid.
In parabolis quid obſeruandum ſit Euangelicis, numer. 11.
Parabola ſeminantis exponitur, tract. 4. & 5. per totum.
Quo die hæc parabola à Chriſto Domino dicta ſit, num. 3.
Cur ad hanc parabolam dicendam Chriſtus è domo ſecus mare exierit, ſcaphamque aſcenderit, num. 3.
Quis ſit huius parabolæ ſcopus, & inſtitutum, num. 4.
Duplex velum eſt parabolarum, ibid.
Qua occaſione propoſita ſit parabola ſeminantis, num. 7.
Cortex huius parabolæ, num. 6.
Fructus, ſeu medulla parabolæ ſeminantis, tract. 4. num. 12.
Finis parabolæ ſeminantis à Chriſto intentus in illa, tract. 5. num. 2.
Vtilitas parabolę ſeminantis, tract. 6. nu. 1.
Parabola zizaniorum exponitur, tract. 6.
Vtilitas huius parabolæ, num. 1.
Quid amplius hæc parabola contineat ſupra parabolam ſeminantis, ibid.
Finis illius, & quibus cum aliis parabolis conueniat, nu. 2.
Cortex huius parabolæ, num. 3.
Parabola ſeminis iacti, & creſcentis dum homo neſcit, apud Marc. cap. 4 exponitur, tractat. 7. per totum.
Cortex huius parabolę, & ſcopus, num. 4. & 5.
Variæ applicationes huius parabolę, nu. 12.
Quorum tentationi hęc parabola occurrat, numer. 3.
Parabola ſinapis exponitur, cur ſumpta ab agricultura, & quò tendat, tract. 8. nu. 1.
Quo tempore Chriſtus hanc parabolam propoſuit, num. 2.
Cortex parabolæ huius, num. 3.
Varij ſenſus illius, num. 8 vſque ad 12.
Parabola fermenti exponitur, tract. 9.
Illius ſcopus quis, & vnde venandus, nu. 1. & 2.
In quo differat à parabola priori de ſinapi, nu. 2.
Vnde ſit ſumpta hæc parabola, ibid.
Parabola theſauri abſconditi in agro explicatur, tract. 10.
Verè parabola eſt, non ſimilitudo tantum, nu. 1.
Quò fine ſit dicta, & quis eius cortex, nu 3. & 4.
Parabola negotiatoris quærentis bonas margaritas exponitur, tract 11.
Quò ſpectet hæc parabola, nu. 1.
Quæ ſit eius medulla, ſeu fructus multiplex, num 14.
Parabola ſagenæ miſſę in mare exponitur, tract. 12.
Quę ſit huius parabolę ſeries, quique ſcopus, & ſenſus, & quę differentia à parabola zizaniorum, nu. 1. vſque ad 6.

Parabola Regis ponentis rationem cum ſeruis ſuis exponitur, trac. 13.
Parabola talentorum in quo differat à parabola boni, & mali diſpenſatoris, tract. 39. nu. 3.
Senſus hiſtoricus huius parabolæ, nu. 4.
Parabola ouium & hœdorum explicatur, tract. 14. per totum.
Quę in hac parabola propoſita ſunt, parabolica eſſe multis oſtenditur, nu. 1.
Quo tendat, num. 2.
Hęc parabola latè patet, num. 3.
Parabolæ Regis ponentis cum ſeruis rationem cortex, nu. 4.
Parabola veri paſtoris per oſtium intrantis, & de ouibus, exponitur, trac. 14. & 15.
Scopus huius parabolæ quis ſit, nu. 1.
Quis cortex, nu. 4.
Hæc parabola qui cohæreat cum præcedētibus, num. 2.
Qua occaſione hanc parabolam de bono paſtore Chriſtus ſibi applicuerit, trac. 15. nu. 1.
Parabola hominis deſcendentis ab Hieruſalem in Hierico exponitur, trac. 16.
Hęc non eſt hiſtoria, ſed propriè parabola, num. 2.
Parabola quid requirat, & quę ſit aptior ad docendum, num. 2.
Parabolę hominis deſcēdētis ab Hierico proœmium, num. 3.
Quis ſenſus literalis, num. 9.
Fructus parabolę hominis deſcendentis, &c. tra. 16. num. 19.
Parabola amici accommodato petentis tres panes exponitur, trac. 17. per totum.
Quo tendat hæc parabola, trac. 17. nu. 1.
Quis ſenſus literalis, ibid. nu. 2.
Hæc parabola quomodo à Bernardo, & Auguſtino exponatur, trac. 17. nu. 8.
Quæ parabolæ diſſimiliter concludant, tract. 17. num. 10.
Parabola hominis diuitis, cuius ager vberes fructus afferebat, exponitur, tractat. 18. per totum.
Quid Deus hac parabola doceat, tract. 18. nu. 1.
Intentum Chriſti in ea, tract. 18. num. 13.
Parabola Sint lumbi veſtri præcincti, explicatur, trac. 19. per totum.
Hanc ſimilitudinem eſſe parabolam qui oſtendant, trac. 19. num. 1.
Quibus parabolis idem Chriſtus docere ſtuduerit, trac. 19. num. 2.
Cortex parabolæ huius proponitur, num. 3.
Parabola Quis putas eſt fidelis diſpenſator, trac. 12. per totum.
Propoſitę parabolæ occaſio, trac. 20. nu. 1.
Ad quos potiſſimum pertinet, ibid.
Quo ſpectet, ibid.
Senſus literalis eius, ibid.
Cui ſit ſimilis hæc parabola, trac. 20. num. 2.
Parabola fidelis diſpenſatoris, in quo differat à parabola Sint lumbi veſtri, &c. num. 6.
Parabolæ habentis arborē fici, explanatio, tract. 21. per totum.
Vnde pendeat eius intelligentia, ibid.
Parabola ouium, & hœdorum amplius explicatur, trac. 41.
Parabola habentis arborem fici, ad omnes, tam veteris quam nouæ legis ſpectat, tractat. 21. num. 2.
Parabola habentis arborem fici quę documenta præbeat nobis, tract. 21. nu. 14.
Parabola Cum inuitatus fueris ad nuptias, exponitur, trac. 22. per totum.
Vnde fuerit aſſumpta hæc parabola, tractat. 22. num. 1.
Ad quid inſtituta, ibid.
Cortex parabolæ de inuitato ad nuptias, tract. 22. num. 3.
Eiuſdem moralis ſenſus, nu. 5.
Parabola de nuptijs quomodo ad alias nuptias, & conuiuia poſſit accommodari, tractat. 22. num. 12.
Parabola Homo quidam fecit cœnam magnam exponitur, tract. 23. per totum.
Scopus parabolæ, tract. 23. num. 1.
Verus & proprius parabolæ ſenſus, tract. 23. num. 8.
Senſus ſpiritualis eiuſdem, trac. 23. nu. 12.
Parabolæ inuitantis ad cœnam medulla, trac. 27. num. 23.
Parabola volentis turrim ædificare explanatur, trac. 24. per totum.
Scopus parabolæ, nu. 1.
Huius parabolę ſenſus literalis, trac. 24. nu 5.
Applicatio huius parabolæ, tract. 24. nu. 6.
Parabola Regis volentis committere bellum cū alio Rege, quorſum tendat explicatur, trac. 24. num. 14. & 15.
Parabola ſalis ad quid inducta poſt parabolam Regis volentis committere bellum, tract. 24. num. 18.
Parabola paſtoris habentis centum oues exponitur, tract. 25. per totum.
Quoties hęc parabola propoſita fuit, tra. 25. n. 1.
Ad quem finem alibi, & ad quem hic fuerit inducta, ibid.
Cortex parabolæ paſtoris, trac. 25. nu. 7.
Parabola mulieris decem drachmas habentis exponitur, tract. 26. per totum.
Finis huius parabolę, tract. 26. nu. 1.
Parabola hominis habentis duos filios, trac. 27. exponitur.
Qualis ſit hęc parabola, nu. 1.
Quo tendat, nu. 2.
Quid differat à duabus precedentibus, ibid.
Quæ parabolę ſimul cum hac allegoricum poſſint recipere ſenſum, ibid.
Senſus literalis huius parabolę, nu. 3.
Parabola de villico iniquitatis exponitur, tract. 29. per totum.
Quid de ea veteres Patres ſenſerint, num. 1.
Quo tendat propoſita parabola, ibid.
Applicatio parabolę villici iniquitatis, nu. 2.
Parabola de villico quid nos doceat, nu. 20.
Parabola de habente ſeruum arantem, tract. 30. per totum explicatur.
Scopus parabolæ, nu. 1. 2. & 3.
Fructus parabolæ, num. 7.
Qua ratione hac parabola de habente ſeruū, &c. hæretici abutantur, nu. 9.
Parabolæ de habente ſeruum, &c. elegans allegoria.
Parabola iudicis iniqui explicatur, trac. 31. per totum.
Cur Dominus inſtituit hanc parabolam, nu. 1.
Præſens parabola quas patiatur difficultates, num. 6.
Parabolæ iudicis allegoria, num. 7. 8. 9. 10. 11. & ſeq.
Parabola Phariſæi & Publicani expenditur, trac. 32. per totum.
Huius parabolæ argumentum, nu. 2.
Præcipuus ſenſus huius parabolæ, nu. 6.
Parabola Phariſæi & Publicani ad quos poſſit accommodari, num. 19.
In parabolis nonnunquam inueniri allegorias, ibid.
Parabola vineæ, & operariorum exponitur, trac. 33. per totum.
Quæ tria parabolam aliquam reddant difficilē, num. 2.
Propoſitum huius parabolę, nu. 2.
Senſus literalis huius parabolę, nu. 6.
Parabolę operariorum ſpiritualis ſenſus, nu. 16
Parabola Homo quidam nobilis, tract. 34. per totum.
Parabolę huius ſcopus, num. 1.
Quid Chriſtus doceat in hac parabola, num. 4.
Multum eſt diſcrimen, inter hanc, & talentorum parabolam, ibid.
Parabola de duobus filijs in vineam miſſis explicatur, tract. 35.
Finis huius parabolę, num. 1.
Parabolę cortex, num. 2.
Parabola vineę circundatę ſepe, tract. 36.
Eius ſcopus, num. 1.
Parabolæ vineæ agricolis locatæ, moralis intelligentia, num. 32.
Parabola Regis, qui fecit nuptias filio ſuo exponitur, trac. 37.
Quo ſpectet hæc parabola, num. 1.
Quam aptè hæc parabola cum parabola vineæ circundatæ ſepe cohęreat, num. 3.
Hæc parabola ab illa Lucæ 14. de cœna magna multum differt, nu. 4.
Cortex parabolę, ibid.
Parabola decem virginum explicatur, tract. 38.
Quo tendat, num. 1.
Huius parabolę literalis ſenſus, nu. 2.
Præſens parabola vnde obſcura & difficilis, num. 7.
Diuerſi ſenſus huius proponuntur, & refelluntur, num. 8. & 9.
Verus eiuſdem ſenſus, nu. 10.
PARENTES quomodo præcipiuntur odio haberi, tract. 24. nu. 2.
PASCHA noſtrum quomodo celebrandum, tract. 24.
PASTORVM munus quod ſit, tractat. 6. num. 12.
Paſtoris, & furis quod diſcrimen, tract. 14. num. 4.
Paſtores Syrię, oues præcedebant ad paſcua, ibid.
Paſtores qua via legitima ad oues Chriſti intrent, num. 5.
Quomodo intrant per oſtium, vel non intrant, num. 6. & 7.
Parabola hęc quibus rectè accommodetur, num. 9.
In quo differat à prioribus parabolis, ibid.
Quibus hęc parabola inſeruiet, tractat. 15. num. 13.
Boni paſtoris nomine qui veniant in Euangelio, tract. 14. nu. 10.
Boni paſtoris officium quale ſit, ibid.
Boni paſtoris oſtium quomodo Spiritus ſanctus aperiat, ibid.

Fidelis cuiusque pastoris oues cur propriè dicãtur illius,ibid.
Bonus pastor vt vocet oues Christi nominatim, ibid.
Qualis pastor sit medicus, vtq; vadat ante oues, ibid.
Quid sit proprium pastorum,nu. 11.
Pastor in quibus se Christo pastori summo conformabit,nu. 14.
Pastoris vocabulum quid denotet,& quis sit bonus pastor,quandoq; illi liceat pro ouibus mori,tract. 15.nu. 3. & 4.
Quomodo bonus pastor animam suam ponat pro ouibus,nu. 5.
Pastor duobus modis dicitur,num. 8.
Boni pastoris typus quis fuerit,ibid.
Pastores, vt cognoscant oues propriàs exemplo Christi,tract. 15.nu. 13.
Pastorum maior cura quæ,teste Cypria.trac. 16. num 17.
Quæ dogmata cognoscenda pastori, tract. 24. num. 4.
Qualis prudentia in pastore requiratur,ibid.
Pastor spiritualis, qui gregem suum pascat, ibid.
Secularis qualiter,&c.ibid.
Pastor qualis debet esse pater famil.ibid.
Officium pastoris quam periculosum, tract. 20. num.7.
Pastores quid cauere debeant, tractat. 23. num. 17.
Quomodo pastor inueniet perditam ouẽ, tract. 25.num. 9.
Pastorum quid proprium,num. 17.
Malorum pastorum mores,nu.24.
Pastorum spiritualium officium, tractat. 41. num. 19.
PATER FAMILIAS cur iratus fuerit in inuitatos ad cœnam, qui se excusarunt, tract. 25.nu 16.
PATIENTIAE necessitas,tract. 5.num. 7.
Patientiæ fructus vberrimus,nu. 10.
Patientiæ vis quanta,nu. 17.
B. PAVLVS assentandi vitium quantum abhorruerit,tract. 22.num. 2.
Paulus qualem se agnoscebat, & prædicabat, num.7.
D.Paul.in quibus operibus gloriabatur, nu. 11.
D.Paul.suas virtutes enumerauit,nu. 11.
PAVPERTAS olim inuisa, post Christum qualis reddita fuerit,tract. 20.nu. 3.
Pauperes vocati ad cœnam qui nã sint, trac. 23. num. 16.
Pauperum studium & diligentia, tractat. 23. num. 22.
Pauper quis,tract. 41.num. 13.
Pauperibus benefaciendum, tractatu. 41. num. 13.
PAX ad quid apta,tract. 23.num. 10.
PECCATI originalis pœna quæ sit, & quæ actualis,tract. 41.nu. 2.
Peccator cur in rhamno adumbretur in sacra Scriptura,tract. 1.nu. 12.
Quales sint peccatores, & quomodo è vasis fictilibus vasa argentea fieri possint, tractat. 4. num. 11.
Peccatores cur differat Deus punire vsque in diẽ iudicij,tract. 6.nu. 14.
Peccatores cur Deus toleret,num. 15.
Quos peccatores sustineat Ecclesia,ibid.
Peccatorum vita per mortem cur interdum Domino volente abrumpatur,tract. 7.nu. 14.
Peccatorum vita quam rectè vocetur fermentũ, tract. 9.nu. 4.
Peccatores etiam pertinent ad Ecclesiam, tract. 12.num. 6.
Peccata semel dimissa non redeunt, tractat. 13. num. 17.
Quibus maximè peccatis antiqua peccata redeant,nu. 19.
Venialia peccata cur ipsa sola redeãt,& per mortale reuocentur,ibid.
Peccatores portas quinque ad sui perditionẽ excogitant,tract. 14.num. 17.
In his portis,veluti in porticibus,qui iacent peccatores,ibid.
Peccati voluptas api comparatur, tractat. 16. num. 13.
Peccatoris anima vt fodiatur,ac stercoretur tanquam terra,tract. 21.num. 3.
Cum à peccatoribus longè sit salus, quomodo appropinquant ad Iesum, tractat. 25. num. 20.
Quare peccatores ad Iesum veniant, & quomodo,ibid.
Qua ratione peccator cum Deo possit coniungi,ibid.
Cur peccatores ad audiendum Iesum dicuntur appropinquare, & quo animo multi eorũ accesserint,tract. 25.nu. 3.
Cum peccatoribus communicare quando vitiosum sit,& quando laudabile,tract. 25.nu. 3.
Versari cum peccatoribus tantum quis debeat, tract. 25.nu. 4.

Quomodo

Quomodo maius est gaudium de vno peccatore conuerso, quam de 99. iustis, tractat. 25. num. 16.
Peccatores qua ratione distent à Deo, nu mer. 11.
Peccantium duo genera,ibid.
Ex fragilitate peccantes quales sint, eleganti cõparatione ostenditur,ibid.
Quales verò ex malitia,ibid
Peccatum quomodo totam dissipet substantiã, ibid.
Peccati abyssus quanta,num. 1.
Quid iuuet peccatoris reditum ad Deum, num. 2.
Vnde peccator resipiscere incipiat,nu. 3.
Peccator semper esurit,tract. 28.nu. 5.
Peccare coram Deo,quid,ibid.
Peccatoris confusio quanta,ibid.
Peccata sunt velut scorpiones, & serpentes, num. 12.
Peccata fateantur quando,num 3.
Peccatores Deo quatenus ignoti, tractat. 32. num. 21.
Peccati pondus quantum,nu 12.
Peccator humilis cur oculos in cœlum non leuet,num. 14.
Peccans malitiosè quid faciat,ibid.
PELAGIANI bona opera sine Dei gratia fieri putabant,tract 39.num. 16.
Pelagiani quantum sibi arrogent, tractat. 24. num. 9.
AD PERFECTIONIS statũ aggrediendum quid opus sit,tract. 24.nu. 15.
PERSEVERANTIA sola coronatur, tract. 24.nu. 19.
Perseuerantia non nostrum, sed Dei est opus, num. 14.
PERSEQVVTIONES quos pariant effectus,tract. 15.nu. 9.
IN PETITIONE quid obseruandũ, trac. 17.nu. 13.
B. PETRVS cur an vsque septies fratri peccanti remittendum sit, Christum interrogauerit,tract. 13.nu. 1.
Petrus duplicem personam gerebat,nu. 4.
PHARISAEI cur fures,& latrones, & mercenarij,tract. 14.vide verbo Scribæ,nu. 16. & tract. 15.nu. 12.
Pharisæi quem solum sibi proximum putabant, tract. 16.num. 3.
Quare Pharisæi Iesum deriserint,nu. 18.
Pharisæorum superbia,tract. 32.nu. 1.
Pharisæorum conscientia parabolarum Christi sæpe erat interpres,nu. 2.
Pharisæi cur relicto Christo abierunt,num. 3.
Pharisæi primo contra seipsos tulerunt sententiam,nu. 17.
PHILAVTIAE proprium quid, tract. 32. num. 23.
PHILIPPI Regis Macedonum factum,trac. 32.num. 7.
PHYLACTERIAS cur gestare Iudæis à Domino præciperetur,tract. 2.nu. 1.
PILATVS cur miscuerit Galilæorum sanguinem cum sacrificijs eorum,tract. 21.nu. 1.
PISCATIONI prædicatio Christi assimilatur,tract. 12.nu. 6.
Pisces spirituales in quod littus,& vasa exponẽdi,ibid.
Mali pisces qui foras mittendi,ibid.
Piscium malorum proprietates, quæ sint à nobis cauendæ,& inducendæ bonorum,nu. 7.
PISTORES quandiu non fuerint apud Romanos,tract. 9.nu. 4.
PLANTAS,& stirpes vti ratione quidã Philosophi putauerunt,tract. 11.nu. 11.
POENITENTIAE status cur à statu innocentiæ excedatur,tract. 25.num. 18.
Qui non indigent pœnitentia,tract. 25.nu. 15.
Pœnitentiæ status qualis,ibid.
Pœnitentiæ fructus,tract. 26.nu. 7.
Pœnitentia quid sit,nu. 2.
Humana pœnitentia non sufficit ad iustificationis gratiam nisi ex Dei misericordia,& acceptatione,tract. 28.nu. 6.
Post mortem non datur pœnitentiæ locus, num. 5.
Pœnitentium quid proprium,nu. 14.
Qui pœnitentes oculos leuabant in cœlum, ibid.
Pœnitentia infructuosa quando,nu. 22.
PONTIFICI quantum libido formidanda,tract. 20.nu. 3.
PORCOS qui pascant,tract. 27.nu. 15.
POSITIVVM pro comparatiuo ponere, frequens Hebraismus in sacra Scriptura,tract. 25.num. 14.
POTENTIAE Dei triplex est genus,tract. 9.num. 7.
PRAECEPTA Dei qualia vincula,tract. 16. num. 15.
PRAELATVS qui fidelis sit,tract. 20.nu. 4.
PRAEMIA quibus indies accrescant, tract. 40.num. 5.

PRANDIVM

PRANDIVM quale sit, ad quod inuitatur Christianus, & à quo, & qua ratione paratum sit, tract. 20. nu. 16.
PRIMITIAE nostræ Deo debitæ quæ nam, tract. 20. nu. 15.
PRINCEPS, tam secularis, quam Ecclesiasticus, quomodo præceptum de humilitate seruabit, tract. 22. num. 12.
Principes, tam seculares, quam Ecclesiastici, quemadmodum ius cogendi habeant, tract. 23. num. 16.
Principes tenebrarum qui, nu. 11.
Principes vnde ferè vxores accipiant, num. 12.
PRODIGI summa infelicitas & miseria tract. 27. num. 17.
PROFABVLATIO quid sit, tract. 3. num. 4.
PROPARABOLA quid sit, tractat. 3. num. 4.
PROVERBIVM quid, tractat. 1. num. 14. & 15.
In quo differat à parabola, ibid.
Vnde suum nomen accipiat, ibid.
Prouerbio quam affinis est parabola, nu. 15.
Vbi nam in sacra Scriptura confundantur, ibidem.
PROVIDENTIA quid sit, tract. 29. num. 9
Ordo diuinæ prouidentiæ, tract. 41. nu. 6.
PROXIMI nostri qui nam sint, tractat. 16 num. 2.
Proximi nomine qui censendi sunt, tractat. 16. num. 19.
Nemo à defectu dilectionis proximi excusari potest, tract. 16. nu 19.
Quid Christo debeamus in proximo, tract. 16. num. 20.
Verus qui proximus, ibid.
PRVDENTIA quid, tract. 29. nu. 9.
Prudentia carnis, ibid.
Prudentia spiritus quid, ibid.
Partes prudentiæ secundum Philosoph. ibid.
Prudentia vera quæ, nu. 11.
PVDOR qui differat à timore, tract. 29. nu. 11.
PVERI quare maximè indigent, tract. 27. num. 4.
Pueri sine baptismo decedentes è vita, ouiũ, vel hœdorum nomine censendi non sunt, trac. 41. num. 1.
PVLCHRITVDO ad agendum nihil adfert, tract. 39. nu. 9.

Q

QVO in loco nulla sit quies, tractat. 18. num. 10.
QVINQVAGENARIVS numerus quid significet, tract. 29. nu. 2. & 21.

R

ARABBINIS sensus Scripturæ non petendus, tract. 36. nu. 22.
RACHEL figura fuit Christi humanitatis, tract. 26. nu. 4.
RAPTOR quis, tract. 41. nu. 11.
Alieni raptores quam damnabiles sint, tract. 23. num. 13.
RECONCILIATIONIS Verbum in quod nam sit, tract. 16. num. 17.
Reconciliatio nostra cum Deo, vnde, tract. 23. num 7.
REDEMPTIONIS opus à quibus imis ad summa progressum est, tract. 8. num. 2.
REGNVM Dei, vel cœlorum, quid sit, tract. 4. num. 5.
Impedimenta Regni Dei quæ nam sint, tract. 5. num. 2.
Quæ valeant ad introitum regni Dei, ibid.
Via regni Dei quæ nam sit, num. 3.
Audiens verbum Regni, & non intelligens, quomodo pereat, ibid.
Filij Regni sunt semen bonum, tract. 6. num. 5.
Regnum Dei, vel cœlorum, cur grano sinapis, fermento, margaritæ, decemq; virginibus assimiletur, tract. 7. num. 4.
Regni Dei variæ acceptiones in sacra Scriptura, num. 3.
Quare Regnum Dei simile fermenti, num. 6.
Regnum cœlorum simile est fermento, tract. 9. num. 8.
Regnum cœlorum simile est thesauro, tract. 10. num. 5.
Cur regnum cœlorum thesauro, & margaritæ sit simile, trac 11 num. 1.
Quomodo regnum cœlorum simile sit homini quærenti bonas margaritas, tract. 11. nu. 8.
Regnum cœlorum quinque sensibus comparatur, tract. 23. num, 10.
Regnum cœl. cur cœnæ simile dicatur, ibid.
Regni Dei fructum qui faciant, tractat. 36. num. 23.
Regnum Dei potissimum vbi consistat, numer. 24.

A quibus videatur ablatum, & quibus traditum, num. 25.
Quod regnum cœlorum simile sit decem virginibus, tract. 33. nu. 14.
Regni cœlorum ianua quibus aperta, & quando claudatur, nu. 21. & 22.
RELIGIO vera in quo sita sit, tract. 16. num. 9.
Religiones quã ob causam turres dicantur, tract. 24. num. 9.
Religionum varietas in Ecclesia Dei admirabilis, ibid.
Quomodo sint turres, ibid.
Qui clypei pendent ex turribus, ibid.
Quę armatura fortium in eis, ibid
Quibus sumptibus turris religionis construenda, ibid.
Ad religionem ætate perfecta opus est, nu. 10.
Qui aliquem compellit ad religionem, quanto scelere se obstringat, ibid.
Religionis turrim incipientes, & non consummantes, quos patiantur illusores, num. 11. & quando, ibid.
Huius turris fundamentum, tract. 24. nu. 10.
RELIGIOSI in quo frequentius peccant, tract. 40. nu. 3.
RENVNTIET quis verè omnibus quæ possidet, tract. 24 nu. 16.
REPROBI vnde confunduntur, tractat. 41. num 5.
Quare noluerunt esse cum Christo, nu. 10.
Quare maledicti, ibid.
Quo igne delectantur dum viuunt, ibid.
Deijciuntur in ignem æternum, & quomodo, tract. 41. nu. 10.
Reprobis nulla erit excusatio, ibid.
Cur reprobi prius mittuntur in ignem æternum, quam iusti in cœlum assumantur, num. 14.
RERVM temporalium solicitudo vnde tract 13. num. 14.
Res licitæ quando fiant illicitæ, tractat. 23. num. 12.
Quas res non curemus, tract. 24 num. 2.
RESPONSA diuina quæ, tract. 18. num. 12.
RESVRGERE quid sit, tract. 23. nu. 1.
In RETE Euangelicum quomodo spirituales pisces trahantur, tract 12. nu 9.
REX cur dicatur seruus communis, tract. 20 num. 1.
ROMANI quandiu pistoribus vsi non sint, tract. 9. nu. 4.

SACERDOTVM munus, tractat. 36. num. 8.
Sacerdotij Iudæorum, & Christi diuersa ratio, num. 24.
SACERDOTIVM vetus quale fuerit, tract. 16. nu. 14.
SACCVLI pecuniæ seruandæ deputati veterascunt, tract. 18 num. 16.
SAGENA quid sit, tract. 26. nu. 7.
Quid sit propriè, & vnde dicta, tract. 12. num. 1.
Ex quibus sagena componitur, ibid.
Sagena sæpe humanitati comparatur, nu. 6.
Sagena aptè repræsentat prædicationem Euangelicam, num. 7.
SAL quando sit bonum, tract. 24. nu. 19.
Quando inutile, ibid.
SALVTARIS scientia quæ, tractat. 29 num. 7.
Triplex ordo eorum qui salutem consequuntur, tract. 28. nu. 4.
SAMARITANI parabola allegoriã quam elegantem contineat, tract. 1. nu. 13.
Samaritani parabola exponitur, tract. 16.
SAMPSON sol verus interpretatur, tract. 1. num 12.
SANCTI cur in oliua, ficu, & vite sint adumbrati, tract. 1. nu 12.
Quomodo fulgebunt sicut sol in regno Dei, tract 6. nu 11.
Quomodo in ramis Christi nidificauerint, tract. 3. num 9.
Sancti viri quid omnibus maximè suadeat, trac. 12. num. 1.
Sancti viri nonnunquam cognatos suos inuitarunt, tract. 23. nu. 2.
Sancti quomodo postulent vindictam de aduersario suo, tract. 31. nu. 12.
De sanguine sanctorum effuso quando erit vltio, ibid.
Sanctorum proprium quid, tract. 32. nu. 9.
Qui sancti moribundi sese bonæ vitæ meritis confirmarint, nu. 11,
Qui sancti peculiaribus locis vt patroni colantur, tract. 34 nu. 19.
Eorundem in suos cultores beneficia, ibid.
Visitationes sanctorum quæ sint, tractat. 37. num. 26.
Sapientia diuina mulieri abscondenti fermentũ in farinæ satis tribus comparatur, tractat. 9. num. 8.

Sapientia huiusmodi quatenus splendeat, tract. 19. nu. 11.
Quomodo non intrabit in animam maleuolam, tract. 25. nu. 3.
Diuinę sapientię proprium quid, tract. 41. nu. 5.
SATIETAS obscenæ voluptatis mater, trac. 13. num. 11.
SCENOPEGIA Vnde dicta, tractat. 8. num. 7.
SCHISMATICI quid ab hæreticis distāt, tract. 6. num. 2.
Inter zizania non ineptè computantur, ibid.
SCRIBAE simul cum Pharisæis verè erant fures, & cæci, tract. 13. nu. 1. 2. 6.
Scribis & Pharisæis qui sint similes, tract. 12. num. 6.
Vide verbo Pharisæi.
SCRIPTVRAE sensus historicus quid necessario requirat, tract. 9. nu. 7.
Scriptura cur vilium corporum similitudines vsurparit, ibid.
In Scriptura frequenter accipitur numerus certus pro incerto, tract. 9. nu. 5.
Varietas sensuum Scripturæ quid arguat, nu. 6.
Scriptura diuina quam verè sit thesaurus, tract. 10. num. 14.
Scripturæ quo spiritu legi desiderent, tract. 14. num. 5.
In Scriptura plus est animam ponere quam dare, & quid illud significet, tract. 15. nu. 16.
In Scripturæ conuiuio quis primum locum teneat, tract. 22. nu. 16.
Scriptura solet humanos affectus Deo accommodare, tract. 36 nu. 13.
Quid significetur in Scriptura per diem, & horā, tract. 40. nu. 7.
SENECAE acutum dictum de diuitijs, tract. 18 num. 11.
SENTENTIAE humanæ rescindi solent, secus fit in diuinis, tract. 41. nu. 12.
SEPIBVS quæ loca cingantur, tractat. 23. num. 16.
SEPI in Veteri Testamento nō fuit vsus, tract. 38. nu. 3.
Quid sit, tract. 36. num. 6.
SERVORVM varia genera, tractat. 19. num. 9.
Seruus fidelis & prudens cur plures debeat habere lucernas ardentes in manibus, num. 7. 8.
Seruorum officium, tract. 19. nu. 10.
Qui serui vulgo beati, tract. 20. num. 2.
Serui olim quaternos frumenti modios singulis mensibus accipiebant, ibid.
Seruus vnde dicatur, nu. 3.
Seruus bonus quo præmio dignus, nu. 4.
Seruus malus quid secum cogitat, tractat. 20. num. 6.
Qualiter conseruos percutiat, ibid.
Seruorum superflua multitudo nostri temporis notatur, tract. 29. nu. 3.
Quæ duo vitia extrema in seruos caueri debeāt, num. 2.
Quis sit Dei seruus in agricultura, & pastura, num. 6.
Qui sint serui inutiles, tract. 30. nu. 10.
Qui ex necessitate præcepti, & non ex charitate seruiant, ibid.
De decem seruis cur tantum tres Domino rationem reddiderint, tract. 34. nu. 7.
Seruorum, & filiorum sperantium ratio diuersa, tract 35. nu. 2.
Qui serui missi sint ad inuitandum homines, tract. 37. nu 13
Qui serui missi sint primo loco, & secundo, nu. 14. & seqq
Bonus seruus quis, tract. 39. nu. 4.
Magnos Dei seruos, vt plurimum, longam vitā degere, nu. 12.
Serui fidelis secura conscientia, nu. 13.
Quis seruus laudandus, nu. 12.
Eius præmium, ibid.
Quomodo in pauca sit fidelis, nu. 15.
Quomodo super omnia bona est constituendus, ibid.
Seruus fidelis in pauca quomodo æquè intret in gaudium Domini cum eo qui in multa fuit fidelis, num. 15.
Serui Dei de quibus gaudebunt, ibid.
Inutilis seruus quis, tract. 39. num. 24.
SERVITVS quæ nam sit Deo grata, tract. 20. num. 3.
SEXVS vterque hominum, & mulierū aptus est Regno Dei, tract. 9. num. 12.
SILIQVA dupliciter sumitur, tractat. 27. num. 16.
Qualis sit cibus, ibid.
Siliquis scientiæ seculares comparantur, ibid.
Misera peccati conditio siliquæ proprietate signata, ibid.
SIMILITVDO latius patet quam parabola, tract. 11. num. 2.
Rem eandem inuoluit, & explicat. nu. 6.
Similitudinum Regni Cœlorum in quem modum accipiendæ sint, tract. 3. nu. 8.
Similitudinem, aut comparationum duplex, est in Scriptura applicatio, tract. 9. nu. 2.
SINAPIS granum minimum esse inter semina, quomodo verum sit, tract. 8. nu. 4.
Sinapi variæ quantitates ex Caietano. nu. 5.
Sinapis vox, natura, virtutes, nu. 6.
Grano sinapis qui merito comparentur, num. 9. & seqq.
SOBRIETATIS castitas indiuidua comes, tract. 19. nu. 6.
SORS quorum tutior apud Deum, tract. 20. num. 9.
De sorte hominum sapientis celebre dictum, ibid.
SPARTAM suam colere, quid, tract. 35. num. 8.
SPES quid in nobis operetur, tract. 28. nu. 10.
SPIRITVS sancti consolatio assimilatur pinguedini terræ, tract. 7. nu. 9.
Spiritus bonus quis, tract. 17 nu. 13.
SPIRITVALIBVS plus quam in temporalibus remittere possumus, tract. 29. nu. 7.
STABVLVM vnde dicatur, trac. 16. nu. 16.
Quid mysticè significet, ibid.
STABVLARIVS quid sit, secundum Irenæum, tract. 16. nu. 18.
STOLA prima quid, tract. 29. nu. 9.
Olim quid erat, nu. 10.
STVDIVM Sacræ Scripturæ quid requirat, tract. 22. nu. 17.
STVLTVS quam sit similis Lunæ, tract. 16. num. 11.
Quis sit stultus, tract. 18. nu. 11.
Quis merito dicatur stultus, tract. 26. nu. 11.
Stultorum qualis conditio secundum Philosophum, tract. 27. nu. 8.
SVBSTANTIA vnde dicta, tractat. 27. num. 5.
SVGILLARE quid, & quomodo propriè & metaphorice sugilletur, tract. 31. nu. 11.
In nouissimo sugillare quid, ibid.
SVPERBIAE proprium quid, tractat. 32. num. 7.
Cur omnibus vitijs pernicioſior, eiusque species, num. 9.
Superborum in Deum duplex indignatio, tract. 23. nu. 16.
Superbi quare separati ab alijs hominibus, trac. 32. num. 2.
Gratiarum actio superbi cur Deo ingrata, numer. 9.
Superborum typus, num. 9.
Superbi qualiter sint raptores, & adulteri, numer. 11.
Quomodo superbos præcedant publicani, trac. 35. num. 10. & 11.
SVPPLICIVM æternum cui immineat, tract. 21. num. 5.
SYMBOLA Pythagoræ quo tenderent, trac. 1. num. 12.
SYMPHONIA quid sit, tract. 28. nu. 12.
SYNAGOGA quando fructificauit, tract. 21. num. 10.
Synagogæ ficus qua securi fuerit præcisa, ibid.
SYNDERESIS quid sit, eius proprium, & qualis sit, tract. 29. nu. 5.

T

TABERNACVLVM quid ex Hieronymo, tract. 24. num. 13.
Tabernaculum vbi Scripturarum cœlestē significat mansionem, tract. 24. nu. 14.
TALENTVM, mina, drachma, in quo differant, tract. 34. num. 5.
Talenta quatenus tradi dicantur, tractat. 39. num. 9.
Talenti Atici, & Hebræi differentia, & quid vnum quodque, trac. eodem nu. 4.
Cur vni plura, alteri pauciora talenta dentur trac. eodem, nu. 7.
Talentum auri, argenti, æris, ferri, & plumbi quid, tract. 39. nu. 7.
Credita talenta qui duplicent, trac. 39. nu. 20.
Creditum talentum quis abscondat in terram, trac. 39. nu. 11.
Vt quis saluetur non sunt necessaria multa talenta, trac. 39. nu 11.
Talentum in terra abscondere, quid, tractat. 39. num. 19.
Talentorum plura genera, trac. 13. nu. 5.
TAVRI quid mystice, trac. 37. nu. 17.
TEMPLI vsus proprius, trac. 32. nu. 6.
TEMPVS à Deo nobis concessum quanti æstimandum, trac. 34. nu. 13.
Minus in temporalibus, quam in spiritualibus remittere possumus, tract. 29. nu. 7.
TERRA cœlitus seminata, quam proferat herbam, trac. 7. nu. 10.
Terra quibus opus habeat ad fructificandū, trac. 7. num. 9.
Terram quis occupet, trac. 21. nu. 13.
Optimum terræ quid, trac. 23. nu. 18.

TESTAMENTI Noui quam Veteris melior conditio, tract. 35. nu. 3.
Testamenti Veteris viri cur amplius laborauerint quam Noui Testamenti, tract. 33. nu. 26
Noui Testamenti quid proprium, tractat. 33. num. 15.
Testamentum nouum cur præstet Veteri, tract. 12. num 9.
Testamenti Veteris, & Noui mira inter se consensio, tract. 12. nu. 10
THESAVRI terreni duplex conditio, tract. 18. num. 16.
Thesaurus quid sit nomine, & re, quid etiã metaphoricè, tract. 10 nu 4.
Thesauri niuis, & grandinis apud Iob qui sint, tract. 10. nu. 4.
Thesauri Dei dicunt loca cauernosa vnde ventos producit, ibid.
An liceat, thesauro inuento in agro, agrum emere, ibid.
Thesaurus cui restituendus, tract. 18 nu. 5.
De inuento thesauro iura humana quid statuãt, ibid.
Thesaurus ex quibus constet, tractat. 10. nu. 7.
Thesauri ab antiquis quomodo reponebantur, tract. eodem, nu. 12.
Thesaurus Christo assimilatus, tract. 10. nu. 10. 11. & 12.
THESAVRIZANTES terrena, cœlestia ve, vbi cor habeant. tract. 18 nu. 16.
Thesaurizare sibi, quid, tract 18. nu. 12.
TIMORIS Domini quantus fructus, tract. 29. nu. 14.
Quo in timore nos debeamus tenere constanter, ibid.
Timor quo differat à pudore, tract. 3. nu. 11.
TORCVLAR quid, tract. 36. nu. 6.
TRAGOEDIAE cur fabulæ sint appellatæ, tract. 1. nu. 12.
TRIBVLATIONIS effectus, & tentationis, tract. 9. nu 9.
Tentati, & afflicti felices magis, quam diuites, & prosperi homines nuncupati, ibid.
TRISTITIAE effectus, trac. 19 nu. 5.
TRITICVM quomodo in lolium conuertatur, tract 6. nu. 4.
TVRRIS mysticè quid, tract. 24. nu. 8.
Turris vnde dicatur, eius conditiones, & vsus, trac 24. num. 9.
Turris Libani quid, trac 24. num. 12.
Quid respectus turris contra Damascum, ibid.
Turris in medio vineæ quid, tract. 36. nu. 6.

V

VENIA à Deo qualiter petenda, trac. 32. num. 16.
VERBI Dei in nobis sterilitas vnde proueniat, trac. 4. nu. 10.
Verbi Dei semen crescit nesciente prædicatore, tract. 7. nu. 8.
Verbi Dei semini herbescenti nocet peccatum, num. 11.
Verbi Dei semen malo exemplo Doctorũ redditur inefficax, trac. 8. nu. 12.
Verbi Dei effectus, trac. 19. nu 8.
Verbi Dei ad persuadendum quanta vis, tract. 23. nu. 16.
Verbi Dei contemptores quomodo punientur, num. 17.
Verbum Dei audire volentis qualis mens esse debeat, tract 25. nu 3.
Verbi Dei cum humanitate matrimoniũ, tract. 37. nu. 9. & seq.
Eiusdem adumbratio, ibid.
Diuini Verbi dignitas in naturam humanæ deriuata, nu. 12.
Dei Verbi species ac decor quantus, ibid.
VERITAS quam antiquior sit errore, & mendacio, tract. 6. nu. 9.
Veritatis quanta vis, tract. 16. nu 19.
VESTES nuptiales cur adhiberi solitæ, trac. 31. num. 6.
Vestis nuptialis quæ, & eius vsus, nu. 23.
Vestis nuptialis quid significet, ibid.
Cui, & à quo solo detur, ibid.
Varij eius vsus, ibid.
Vestis officia quæ sint, nu. 26.
IN VIA Dei nõ progredi quid, trac. 19. nu. 5.
Exitus viarum quid, tract. 37 nu 5.
VIDVARVM officium, trac 31. nu. 7.
Viduæ cur sæpè nõ audiuntur apud iudicẽ, ibid.
VIGILIA quid, secundũ Philosophos, tract. 19. nu. 10.
Vigilia spiritualis quid, ibid.
Vigiliæ primæ, & quartæ, nõ fit mentio in Euãgelio, nu. 11.
Inuigilantibus quid mali accidat, trac. 19. nu. 12.
Cur vigilandum, ibid.
Vigilans fũri resistit, nu. 13.
Vigilet quis, trac 38. nu. 24.
VELA quid sit, trac. 23 nu 12.
Villam qui emant mysticè, ibid.
Villicus, & œconomus differunt, trac. 29. nu. 2.
Improba villici conditio, ibid.
Vnde soleat à Domino suo male audire, ibid.

VINCV-

VINCVLORVM vsus triplex, tract. 16. num. 15.
VINEAE custos quis, tract. 21. nu. 10.
In qua vinea fructus quæritur à Domino, ibid.
Vinea mystice quid, tract. 33. nu. 4.
Vnde dicatur, quid significet, nu. 16.
Vinea nostra quæ nam sit, nu. 36.
Hæc vinea quomodo custodienda, ibid.
Quomodo floreſcat, & vireſcat, ibid.
Quibus horis vinea eadem cuiq; colenda, n. 37.
Vinea Iudaica, & Euangelica in quibus virtutibus propagatæ sint, tract 36. nu 4.
Vineæ situs optimus, nu. 4.
Vinea Schorech cur sic dicta, ibid.
Vinea necessaria quæ, nu. 4. & 6.
Vineę similitudo frequens in Scripturis, num. 5.
Quæ vinea Iudæorum non retulit Deo fructum quem debebat, ibid.
Quilibet sui ipsius vinitor est, nu. 33.
VINI proprium quid, tract. 16. nu. 14.
VIOLENTA quæ dicantur, tract 6. nu. 5.
VIR Iuda germen delectabile cur dicatur, trac. 36 num 5.
Virorum dignitates in vxores deriuantur, tract. 37. num 2
SI DECEM VIRGINES obuiam exierunt, cur dicitur, Exite obuiam, tract. 38. nu. 5.
Cur decem Virgines sint introductæ in Euangelio, & non plures, ibid.
Virgines quare dicantur fatuę, & prudentes, ibi.
Quare Virgines prudentes oleum negarunt fatuis, nu. 6.
Virgines fatuæ & sapientes quæ secundum Augustinum, num. 13.
Cur in virginum natalitijs Euangelium de decẽ virginibus canatur, nu. 13.
Virgines paratæ quæ, & quomodo se parauerint, nu. 21.
VIRTVS sola defunctorum comes, tract. 16. nnm 10.
Quæ virtus magna, & rara, tract. 32. nu. 27.
VITA Euangelica summus thesaurus est, licet absconditus facienſque hominem vere fortunatum, tract. 10 nu. 2.
Vita æterna cœna dicitur, tract. 23. nu. 10.
Vitæ Christianæ quod sit principium, tract. 29. num 22.
Vitam æternam qua ratione promereamur, trac. 30. nu. 10.
Vita æterna quatenus diligenda, trac. 33. nu. 21.
Vita æterna quam aptè mercenario figuratur, num. 24.
Cum vita æterna sit gratia, quomodo laboranti datur, num 28.
Vitæ æternæ felicitas cur nomine Regni significetur, tract. 41. nu. 5.
Vitam æternam à regno minimè distingui, num. 15.
VITIS infructiferæ exitus, trac. 36. nu. 33.
VITVLVS saginatus quid mysticè, trac. 28. num. 9.
VNIONES quæ, & vnde dicantur, tract. 11. num. 3.
Vniones vnde Lucianus designet, nu. 4.
VOCATI cur multi, & pauci electi, tract. 23. num. 8.
PER VOLVCRES cœli quid denotetur in Euangelio, tract. 8. nu. 9.
VOLVNTATIS diuinæ libertas quanta, tract. 38. nu. 20.
VOLVPTAS qualem reddat hominẽ, tract. 23 num. 14.
Voluptates huius vitæ quales, tract. 27. nu. 13.
Et cur satiare non possint, ibid.
Finis voluptatum præsentium, tract. 27. nu. 19.
VNGI cur soleant extremè laborantes, tract. 38. num. 26.
VRBICI cuiusdam error de assiduitate orationis, tract. 32. num. 8.
VVICLEFFI error de abdicatione rerum confutatur, tract. 24. nu. 17.
VVLNERA alligare, iuxta spiritum quid sit, tract. 16. nu. 14.

Z

PER ZIZANIA in Euangelio quid intelligatur, tract. 6. nu. 2. & 6.
Zizanium vnde nascatur, & eius proprietates, num. 3.

FINIS.

APPROBATIO.

LVdouicus de Guzman Prouintialis Societatis Iesu in Prouintia Toletana, do facultatem, vt imprimatur liber De Parabolis Domini nostri, quem composuit P. Alfonsus Salmeron, vnus de primis Patribus Societatis Iesu: quia iam discussus est, & approbatus à viris doctis, & grauibus nostræ Societatis. In cuius rei fidem has literas dedi meo nomine subscriptas, & mei officij sigillo munitas. Mantuæ sexto Kalendas Februarij. 1597.

Ludouicus de Guzman.

HAEC explanatio parabolarum, quæ in sacro Euangelio continentur, edita à præstantissimo viro Alfonso Salmeron, Societatis Iesu, nulla in re aduersatur Catholicæ Fidei, quin potius ea eruditione & pietate referta est, vt ad mores hominum formandos, & sacræ Fidei dogmata stabilienda sit valde proficua, & dignissima quæ in publicam vtilitatem typis mandetur. Ita censeo, Madriti, sexto Kalendas Iunij 1597.

Petrus Lopez de Montoya Doctor Theologus.

LIBER hic, qui de parabolis Domini nostri Iesu Christi inscribitur cuius author est, P. Alfonsus Salmeron è Societate Iesu Magister præstantissimus, Cum in Regno Hispaniæ fuerit visus, examinatus & approbatus, ac Regiæ Catholicæ Maiestatis priuilegio impримi permissus, poterit tuto intus etiam prouincijs Belgicis typis mandari. Est enim ad hominum mores instituendos valde vtilis, ac proinde verbi Dei concionatoribus non parum vtilis. Ita censeo. Antuerpiæ vndecima die Martij 1599.

Fr. M. D. Ouando ordinis prædicatorum
Sacræ Theologiæ Doctor.

ANTVERPIAE,
Typis Andreæ Bacxij typographi iurati.
Anno 1600.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA